BYBLIOTHECAE APOSTOLICAE VATICANAE

CODICES MANV SCRIPTI RECENSITI

IVSSV

PII XII PONTIFICIS MAXIMI

PRAESIDE IOHANNE MERCATI

S. GEORGII IN VELABRO CARD. DIACONO

S. R. E. BYBLIOTHECARIO

ET SCRINIARIO

CODICES VATICANI GRAECI

CODICES 1485-1683

RECENSVIT

CYRUS GIANNELLI

BYBLIOTHECAE VATICANAE SCRIPTOR

IN BYBLIOTHECA VATICANA

MCML

EDI LICET:

E Civitate Vaticana, 1 maii 1950.

Fr. Gabriel Monti, O. E. S. A., *Secret.*

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

PIO · XII

PONTIFICI · MAXIMO

SACRVM

LECTORI BENIVOLO

Cum primum, novem ab hinc annos, enarratio mea codicum Vaticanorum graecorum inde a 1485 (iam pluries instituta, sed aliis curis minimeque iocundis intercepta) taeterrimo belli tempore prelo submitti coepit, tum praepositis humanissimis, tum mihimet ipsi optabile visum, si libri manu scripti usque ad 1806 (quo Lolliniana, quam vocant, sylloge concluditur *) in edendo volumine conplecterentur, librorum descriptorum copia (322) ab eius modi seriei catalogis haud multum absono futuro. Quoniam vero moles operis in dies praeter spem crescebat iamque litterarum formis exscriptae plagulae superiorum catalogorum numerum plus minusve aequaverant, ne illud *μέγα βιβλίον μέγα κακόν* mihi quoque obiciendi oportunitatem alicui praeberem neve libri perfectio in totum fortasse triennium prorogaretur, de pristina sententia decedere coactus optime me facturum existimavi, si, Lolliniana codicum supellectile insecuturo volumini reservata, ante codicem 1684, Lollinianorum primum, operi meo *κορωνίδα* inponerem.

Prodit ergo, antistitum licentia, volumen hocce librorum manu scriptorum centum nonaginta et novem descriptiones conprehendens, temporibus atque originibus non modo (ut fere fit), sed argumentis quoque valde inter se discrepantium: quippe qui (secus atque multo felicius praedecessoribus nostris evenit, qui codicibus Vaticanis graecis enarrandis operam navarunt) nulla contentorum ratione habita pluteis inlati sint ideoque cum ecclesiasticorum tum profanorum scriptorum variam permixtamque segetem uti plurimum exhibeant.

Codices infra descripti Paulo V P. M. sedente (1605-1621) plurimi Vaticanis *κειμηλίοις* adcesserunt: quorum quisque quo modo in bybliothecam nostram pervenerit etsi ad singulorum enarrationes notare, quotiens fieri poterat, nullus neclexi priorumque pos-

---

* cf. tamen Ioh. Mercati, *Per la storia dei mss. greci di Genova* etc. (*Studi e Testi* 68), pp. 134 sq.

sessorum nomina in indice de more rettuli, lectorum commoditati nihilo minus prospicere avens, quae potiores librorum graecorum conlectiones quique exiguiores manipuli tunc temporis in Vaticanas aedes recta confluxerint, heic quoque paucis indicare non omnino ἀπροσδιόνυσον futurum esse autumavi.

Manarunt itaque: ex Graecorum Conlegio Athanasiano (quo anno, mense, die non satis constat, certo tamen Pauli V temporibus) codices 63, scil. 1488-1501, 1503, 1504, 1508-1510, 1512-1517, 1522, 1523, 1527-1529, 1531, 1539, 1541-1546, 1548, 1552, 1558-1560, 1562, 1564-1566, 1568-1573, 1581, 1597, 1598, 1601, 1602, 1606, 1609, 1625-1627; ex Cryptensi monasterio (non ante 12 dec. 1614) codices 36, nimirum: 1506, 1524, 1526, 1553, 1574, 1582, 1589, 1591, 1595, 1600, 1607, 1608, 1629, 1631-1633, 1637-1639, 1641, 1643, 1645, 1650, 1651, 1657, 1658, 1660, 1666, 1667, 1669-1671, 1673-1675, 1679; ex Patiriensi monasterio (inter aa. 1614-1619) codices 14, videl. 1611, 1628, 1636, 1640, 1642, 1646, 1648, 1649, 1653, 1654, 1656, 1659, 1672, 1680. Codices 8, i. e. 1505, 1525, 1655, 1661-1665, Bybliothecae Vaticanae obtulit Franciscus Barbarus patr. Aquileiensis († 1616) vel Hermolaus subcessor († 1622). Libri 6 ex conlectione Prosperi Podiani Perusini a. 1616 adcesserunt: qui sunt hodie 1577, 1584, 1586, 1588, 1592, 1593. Codices 5 ex libris Laelii Ruini ep. Balneoregiensis a. 1622 empti sunt, i. e. 1551, 1580, 1594, 1634, 1668. Libros 3, nempe 1538, 1547, 1554, dono dedit Felix Centinus S. R. E. card., inde a 23 sept. 1613 ep. Maceratensis, totidem ex Conlegio Anglicanorum in Urbe a. 1614 fluxerunt, 1502 nimirum, 1615, 1616, totidem pro Vaticana bybliotheca transscripsisse videtur Iohannes a S. Maura, eiusdem bybliothecae scriptor graecus: hi hodie signantur 1485 (a. 1610), 1486 (a. 1592 c.), 1681 (a. 1594). Binos codices praestiterunt spolia Francisci Peniae decani S. R. Rotae († 1612), i. e. 1511 et 1530, atque (quando, incertum) Leo Allatius, bybliothecae nostrae perenne decus (1599 (?) scil. et 1604). Quinque denique libros, videl. 1555, 1612, 1617, 1620-1622, qui scuta Pauli V P. M. atque viri nobilis nescio cuius operculis inpressa prae se ferunt, ex huius bybliotheca in Vaticanam recto tramite devenisse non equidem ambigo.

Licet in codicum enarratione legibus apud nos iam dudum receptis (quas, paullulum inmutatas, infra subiciendas curavi) enixe

obtemperare studuerim, hoc tamen animum advortas volo, quod sero persensi valdeque doleo, in foliorum notis numeralibus adferendis me mihi non semper constitisse, cum usque ad pag. 130 circiter, ubi singulorum librorum folia scriptionis vacua recensenda erant, puris putisque numeris (nulla scil. addita litterula, ^{r} vel ^{v}) folii *utramque faciem* non nullibi designaverim, ita ut ex. gr. pag. 90, lin. 15 illa ' Ff. I. 22-23 ' id quod ' Ff. I^{r-v}. 22-23^{v} ' significent.

Superest, munus iocundissimum, ut praepositis, conlegis, hospitibus nostris, quot quot in hoc opere, qualecumque est, lucubrando me perhumane iuverunt, grates ex animo rependam faustaque cuncta ominer: ex quibus, acceptorum beneficiorum haud inmemor, Em.mum Iohannem Mercati, S. R. E. Cardinalem bybliothecarium, nec non Pium Franchi de' Cavalieri, Bybliothecae Vaticanae scriptorem ad honores, praesertim conmemorare antiquissimum reor. Quorum alterum in dubiis quaestionibus explicandis numquam adivi, quin edoctior remearem, alter vero, tot annorum decursu, plagulas iterum atque iterum curiose relegit, non nulla, quae me per hebescens ingenium visumve defatigatum male fugerant, comiter emendavit. Quod si, praeter longum laborem, quae reprehendas passim inveneris, illud in librariorum subscriptionibus tam saepe obcurrens meminisse velim, ὅτι scil. ὁ γράφων παραγράφει.

LEGES QUAS PROCURATORES BYBLIOTHECAE VATICANAE
IN CODICIBUS GRAECIS RECENSENDIS SIBI CONSTITUERUNT

Singulorum codicum descriptionem in tres partes dividimus, quarum prima de externo libri habitu praecipua docet, altera auctores et opera recenset, tertia codicis faciem et cultum distinctius exponit.

I. In prima parte, quam, numero excepto, litteris minoris moduli inprimimus, haec tantum de codice proferuntur: nota, aetas, materia, amplitudo, foliorum laterculorum linearum numeri.

1. Lineae initio, typis crassioribus exscriptum, numerum Arabicum conlocamus, quo codex in praesens signatus cernitur; superiorem notam (qua scilicet liber usque ad Pauli V tempora signabatur) uncis lunatis inclusam adscribimus pone adverbium 'olim'; alias notas antiquiores, quotiens in codice exstant, ultimae descriptionis parti, utpote loco oportuniori, reservamus.

2. Sequitur nota temporis numero Romano, cui praefigimus litteras 'saec.', id est 'saeculi'. Ubi est codicis aetatem finibus angustioribus circumscribere, vocum illarum 'ineuntis', 'medii', 'exeuntis' conpendia subicimus 'in.', 'med.', 'ex.'. Cum volumen obcurrit labente saeculo proximove ineunte descriptum, aetatem lineola (-) inter duos saeculorum numeros inserta definimus; e. g. 'saec. XII-XIII'. Codicum vero, qui notationem annorum prae se ferunt, annos, saeculi loco, adferimus, numero Arabico expressos, pone autem litteras 'an.', scil. 'anni' atque inter uncos f(olii) numerum subnectimus, in quo notam librarius adposuit; e. g. 'an. 1284 (f. 125)'.

3. Ad materiam indicandam adiectivis utimur 'membranaceus' (contracto 'membran.' vel 'membr.'), 'chartaceus' ('chart.'). Cum liber partim in membrana, partim in charta exaratus est, materiam signamus qua pleraque folia constant, notas numerales plagularum ex altera materia inter uncos lunatos subiungimus; e. g. 'membran. (ff. 1. 40-50. 67. 89 chart.)'.

4. Libri amplitudinem per longum et latum millimetris, quae vocantur, damus, altitudinis mensuram constanter praemittentes; e. g. 'mm. 280×198'.

5. Foliorum (ff.) praeviorum numerum nota Romana prodimus, cui, puncto seiunctum, adscribimus notis Arabicis foliorum numerum in codice signatorum; e. g. 'ff. V. 148'.

6. Notas Arabicas, plerumque ubi textus desinit intermissas, foliis vacuis sequentibus ad finem usque adponimus.

7. Si quae folia medio codice obcurrunt sine numero, ea folii praecedentis nota signamus, dextrorsum superius litterulas [a], [b], [c] etc. adicientes; in recensione autem adscribimus signo + uncisque includimus. Similiter folia bis numerata notamus. Numeros vero a librario praetermissos uncis comprehensos addimus pone signum —, adiectis verbis 'librarii neclegentia omissis' aut conpendio 'om.', id est 'omisso, omissis'; e. g. 'ff. 150 (+ 24[a]. 28[a-c])'; 'ff. 170 (+ 20. 30. 50 bis numeratis)'; 'ff. 200 (— 21. 30 librarii neclegentia omissis)'; 'ff. 178 (— 32 om.)'.

8. Plagulas vacuas ab eo adiectas, qui nostra fere aetate codicem glutinavit, silentio praeterimus.

9. Librum duobus laterculis exaratum conpendio indicamus 'coll. 2' pone foliorum numerum; e. g. 'ff. 240, coll. 2'. Codices vero lineis plenis descriptos haud notamus.

10. Linearum, quas singulae codicis paginae conprehendunt, numerum foliorum laterculorumque numeris adicimus, pone conpendium 'linn.'; e. g. 'linn. 28', 'linn. 28-32'.

11. Si codex ex parte vel totus palinpsestus est, linearum numero notam adponimus '**rescriptus**' aut '**totus rescriptus**', idque litteris crassioribus.

II. Auctorum et operum recensio.

1. Auctorum et rerum enarrationi titulum, quotiens licet, praemittimus, quo in libro contenta summatim declarantur; e. g. 'S. Iohannis Chrysostomi et aliorum homiliae de tempore'; 'Sermones LXXXIII pro variis festis'.

2. Singulos auctores numeris ordinalibus crassioris formae signatos ad novam lineam reducimus, nisi eos titulus generalis conplectatur, vel eorum orationes et epistolae iaceant in codice confusae ac permixtae.

3. Si codex plures auctores continet, singula eorum opera nova linea recensenda non ducimus, sed brevibus interiectis spatiis discernenda notulisque numeralibus supra lineas adscriptis signanda.

4. Quotiens codicem offendimus conplura unius auctoris opera exhibentem, scriptura quidem utimur continuata, sed opera singula, spatiis vacuis distincta, numeris crassioribus notamus.

5. Opuscula quae volgo in alterius auctoris operibus adnumerantur (ut e. g. Libanii oratio pro saltatoribus, quae inter Luciani opera haud raro legitur), nova linea non recensemus.

6. Auctorum nomina typis crassioribus inprimimus. Opera spuria asterisco indicamus.

7. Titulorum Graecorum, quibus opera sine auctoris nomine inscribuntur, verba praecipua damus litteris diductis.

8. Auctorum nomina operumque inscriptiones, quotienscumque in codice omissa sunt, uncis angulatis ⟨ ⟩ conprehendimus.

9. Singulis auctorum nominibus pone numerum ordinalem praefigimus, inclusas uncis lunatis, notas numerales f(olium aut folia, ff.) in quibus eorum opera continentur indicantes; e. g. '1 (ff. 1–6) **s. Iohannis Chrysostomi** in Adscensionem Domini. 2 (ff. 6v–14) **s. Ephraem** in eumdem festum'. Numerus, nullo addito signo, folium rectum significat; litterula v, iuxta apicem ultimae numeri notae adiecta, folium aversum designat.

10. Si codex duabus est columnis descriptus, conpendio 'col. 1' columnam sinistram significamus, 'col. 2' dextram.

11. Prolegomena, praefationes, dedicationes post titulum recensemus; cum vero operis initium et finis dantur, post finem.

12. Quotiens aliqua ex codice sumimus verba, librariorum scripturam adcurate exprimimus, orthographiam et vitia servantes, sed communiora conpendia solventes et nominibus propriis initialem litteram grandiore forma adhibentes. Charactere minusculo, qui dicitur, constanter utimur, etiam cum librarius notis uncialibus scripsit.

13. Opera singula iis inscribuntur titulis Latinis, quibus volgo circumferuntur. Titulum vero, quotiens quem liber exhibet ab editione non parum discrepat, integrum subiungimus, adiecto conpendio 'cod.' (id est: in codice). Scriptorum ineditorum tituli Graece vulgantur prout in codice prostant, omissis tamen (quotiens pretium operae non visum est integros exscribere verbis minus necessariis.

14. Capitum, quae typis inpressa non exstant, initia proferimus primi et ultimi, cui, si fieri potest, ordinis quoque numerum anteponimus.

15. Vitarum auctorum et hypotheseon, quae passim obcurrunt, prima verba titulo subnectimus, ut lector de quibus scriptis agatur prima fronte agnoscat; e. g. 'Theocriti idyllia, praemissa vita *Θεόκριτος ὁ τῶν βουκολικῶν* (1 Westermann)'; '**s. Iohannis Climaci** *προθεωρία* sanctae scalae *Ὁ τὴν ἰσάριθμον ἡμῖν* (Pasinius ... I, p. 148)'.

16. Versuum numeros, quos stichometrias vocant, notamus.

17. Scholiorum, cum operae pretium videtur, primum vel prima exscribimus et ultimum.

18. Quae saepe numero in spatiis vacuis ab alia manu adiecta sunt quaeque in custodiae foliis ex aliis codicibus avolsis leguntur, ea contentorum recensioni subiungimus nullo praefixo numero, at titulos nova linea litterisque diductis prodimus.

19. Editiones ad solam fidem codicum nostrorum exactas semper memoramus.

20. In operibus sat notis divolgatisque recensendis initium et finem numquam damus, sed unam alteramve editionem omnibus perviam signamus. In recensendis vitis ac passionibus sanctorum satis esse plerumque duximus lectores remittere ad B(ibliothecam) H(agiographicam) G(raecam) secundis curis editam a Sociis Bollandianis (BHG²). Classicorum, qui dicuntur, auctorum editiones laudare minus utile visum est.

21. Operum haud satis cognitorum editionem commemoramus principem aut quae ad artis leges exacta sit.

22. Cum vero opus recensendum parum innotescit, rariores autem editionis minus facile adeundae sunt, prima verba et extrema describimus, editionem illam laudantes, quam ob oculos habere potuimus.

23. Fragmentorum operum, quae typis inpressa exstant, prima et extrema verba adferimus editionis paginas lineasque uncis circumscriptas adponentes.

24. Fragmenta operum, quae tantum manu scripta exstant, titulos et initia primi et ultimi capitis integre servatorum exscribendo designamus.

25. Numeros librorum et libellorum, in quos opera non raro sunt dispertita, notis Romanis exprimimus; numeros vero epistularum homiliarumque notis Arabicis.

III. Tertia descriptionis pars, litteris minutioribus inpressa, de codicis facie et cultu, ut supra dictum est, distinctius agit, ea omnia continens quae in prima parte consulto necleximus.

Ibi *a*) fasciculos quibus liber constat adcurate distinguimus; *b*) officinarum chartariarum signa indicamus; *c*) foliorum seriem interdum turbatam restituimus; *d*) stemmata, imagines, ornamenta, quae litteras initiales foliorumque margines interdum distinguunt, paucis enarramus; *e*) plagulas indicamus initio, medio codice et in fine vacuas relictas; *f*) notas exscribimus librariorum, possessorum etc., vitia omnia servantes, conpendia haud dubia inter uncos lunatos solventes, scripturae versus linea

derecta distinguentes, Latina litteris inclinatis inprimentes; *g*) opuscula, libellos etc., in quibus de codice agitur, quotiens satis prodesse videtur, referimus pariter atque observationes philologicas et historicas; *h*) aetatem denique declaramus qua codex compactus est, nisi illa e scutis Summorum Pontificum et Cardinalium bybliothecariorum in tegumento plerumque inpressis eruatur.

ADDENDA ET EMENDANDA

1485, p. 2, linn. 18-24 *pro* **Hieremiae II** – H i e r e m i a e *lege* ⟨**Matthei Blastaris** e syntagmate⟩ capita de paschate legali deque verno aequinoctio, praefixa tabula (P. G. 145, 89-92 et 96 B 3-104 B 13), subfixis vero can. 7 Apostolorum et (cf. ibid. 104 B 14-C 13) can. 1 Antiochenae synhodi v e r b o t e n u s relatis. De hoc excerpto, quod exhibet liber quoque Vat. gr. 1902, ff. 152^{v}-156, videsis Ioh. Schmidt in *Historisches Jahrbuch* V, 1884, pp. 77 sq., nec non G. Hofmann in op. infra cit., p. 229 (1). Sequitur (f. 77) **Hieremiae II patr. CP.**; p. 3, lin. 9 *post* flexibili *adde* ligaminum vestigia tantum retinet.

1486, p. 3, lin. 15 *pro* CXXXII *lege* CXLII; p. 5 lin. 9 *pro* 259) *lege* 259)*, lin. 3 a. i. in fine *post* purae *adde* Codicis pars altera (ff. 226-330), latinam interpretationem conplurium epistolarum exhibens, servatur hodie in Vat. lat. 6816 (cf. Vat. gr. 2340 B, *πίνακα* scil. librorum graecor. Bybliothecae Vaticanae a Iulio et Iohanne a S. Maura confectum, f. 1155^{r-v}: *ἐν ... τέλει τῆς βίβλου ἔγκειται ῥωμαϊστί· μετενεχθεῖσαι τινὲς τῶν αὐτῶν ἐπιστολῶν ὑπὸ Μ α υ ρ ι κ ί ο υ Β ρ η ξ ί ο υ* [= Bressieu] *τοῦ Γαλλοῦ*; quae ad verba notavit in marg. ⟨L. Allatius⟩ *Epistolę Latinę auulsę ex hoc Codice repositę sunt inter Codices Latinos sub Num.* ⟨6816⟩). De Mauritio Bressieu cf. P. M. Baumgarten, *Neue Kunde von alten Bibeln* etc., I, Romae 1922, pp. 137-140 et 148; II, 1, ibid. 1927, pp. 147 et 53*.

1487, p. 6, lin. 20 *pro* Ff. 54-56 *lege* Ff. I. 54-56^{v}.

1488, p. 6, lin. 7 a. i. *post* e libro de cognit. verae vitae *adde**; p. 7, lin. 1 (i. e. Scholarii) *dele;* lin. 18 *post* aequalis *adde* (is nimirum qui cod. 1491 passim emendavit et in 1497, f. 223 titulum integravit); linn. 18-19 *pro* 31 et 39 *lege* 32 et 40; lin. 27 *post* I^{v}-XII^{v} *adde* XIII^{v}.

1489, p. 8, lin. 9 *post* Librum *adde* (ab eodem, qui codd. 1492, 1493, 1655 et 1664 exaravit, descriptum, neclegentius tamen scribente).

1490, p. 9, lin. 11 a. i. *ante τὸ κεφάλαιον insere ξένον;* lin. 6 a. i. *pro* '*George*' *lege* '*Georges*'; p. 10, linn. 12-13 *pro* septem et viginti — terniones *lege* sex et viginti... 24, binio, 8. 13. 18. 20. 21 et 25, terniones.

1491, p. 11, lin. 16 *pro* Casey 49, 33 *lege* Casey 49, 1; p. 12, lin. 3 *post* adiecit *adde* is nimirum, qui ff. 79-254^{v} libri 1488 descripsit et aliqua subplevit in f. 223 libri 1497; lin. 11 *pro* '*sono* (?)' *lege* '*zono*' (!); lin. 16 *pro* pertinebat *lege* pertinebat*, in ima vero pagina *adde* *A. 1638 (8 aug.) Lucae Holstenio, cardinalis Barberini tunc temporis bybliothecario, copia est facta librum nostrum ex Vaticanis scriniis extrahendi suique domini in usum transscribendi: qui Holstenius 14 sept. eiusdem anni codicem reddidit (cf. Archiv. Bybl. 26, f. 413). Anno autem 1671 (19 mart.) Octavius Falconieri eumdem librum se se recepisse testatus est (cf. Archiv. Bybl. 30, f. 376^{v}).

1492, p. 12, lin. 23 *pro* 681-962 B 6 *lege* 681-692 B 6; p. 13, lin. 12 *post* -789 C 9 *adde* omissis tamen vv. *ἵνα δείξωσιν, ὅτι — τὰ ὀλίγα ταῦτα* [ib. 764 C 13-D 6] ut in P. G. 130, 469 B-C; lin. 17 *pro* in cod. Felkmanni 3 anonymo *lege* in P. G. 130, 492 A 12-13 et in

---

* Idem excerptum, ab insequenti epistula, qua cum una Venetias ad Gabrihelem Severum missum est, dissociatum, conlectaneis autem de paschate, quae card. Sirletus ab Hieremia se se recepisse testatur, adaequatum, ipsius patriarchae fetum perperam habere videtur L. Petit in *Dict. de théol. cath.* VIII, 1, 889 sq.: quem auctorem gravissimum nimis heic fidenter in codice primum describundo secutos esse fatemur.

cod. Felckmanni 3 anonymo; lin. 5 a. i. *post* subsequens *adde* nec non libri 1489, 1655 et 1664; p. 14, lin. 6 *pro* Ff. 18^{r-v} etc. *lege* Ff. I^{r-v}. 18^{r-v} etc.

1493, p. 14, lin. 16 a. i. *post* confectae *adde* (cf. E. Grosse-Brauckmann, *Der Psaltertext bei Theodoret*, in *Nachrichten v. d. Kön. Gesells. d. Wissens. zu Göttingen*, Philol.-hist. Kl. 1911, Heft 3, pp. 338 sq.; lin. 8 a. i. *pro* omnino *lege* fere omnino; p. 15, lin. 3 *post* saec. XVII *adde* eadem manu qua syllabus codicis 1495, i. e., ut vid., Ioh. Matth. Caryophylli; lin. 5 *pro* Ff. 264^v etc. *lege* Ff. I^v. 264^v etc.; lin. 6 *pro* ' *Verzeichniss* ' *lege* ' *Verzeichnis* '.

1494, p. 16, lin. 16 *pro* IV^v. V *lege* IV^v-VI. 152^v-155^v.

1495, p. 17, linn. 21-22 *pro* Messanensem *lege* Messanense; lin. 3 a. i. *pro* adhaerescent *lege* adhaerescunt; p. 18, lin. 12 *pro* rubro *lege* purpureo.

1496, p. 18, linn. 18-19 *pro* N i c e t a e ep. Serrarum *lege* N i c e t a e Serrarum.

1497, p. 21, lin. 2 a. i. *post* n. *a adde* ed. L. Mohler, *Kardinal Bessarion etc.*, III [*Quellen u. Forschungen aus dem Gebiete d. Gesch.*, XXIV B.], Paderborn 1942, pp. 485-87; p. 22, lin. 2 *post* nr. 16 *adde* ed. Mohler, op. cit., pp. 149 sq.; f. 23, lin. 5 *post* recent. *adde* (eadem quae libri 1488 ff. 79-254 exaravit et non nulla in cod. 1491 conrexit); p. 24, lin. 22 *pro* Ff. 142^v etc. *lege* Ff. I^v. V. 142^v etc.

1498, p. 24, lin. 31 *post* ed. Busse *adde* Comment. in Aristot. graeca IV, 3; p. 25, lin. 12 a. i. *post* παρενεγκούσαις *adde* ut in Regin. laudato, ff. 86^v-87^v, cf. Wallies, Comment. in Aristot. graeca XIII, 2, p. XVII; lin. 11 a. i. *post* προσφέρειν *adde* (ed. ex parte Wallies, op. cit., p. XVI).

1499, p. 27, lin. 16 *post* Syntagma canonum IV, 334-339 *adde* vel P. G. 33, 1300 B 10-1305 B 2; lin. 7 a. i. *post* ὕπνος *adde* (ed. sub nomine s. Ephraem Syri in *Εὐεργετινός*, ed. laud. p. 76 huius catalogi, IV, p. 138); p. 28, lin. 8 *post* exhibebat *adde* (i. e. homiliarium II Ehrhardii, variis auctoribus passim tributum, quo de cf. A. Ehrhard, *Überlieferung u. Bestand d. hagiogr. u. homilet. Lit. d. griech. Kirche* etc., III 1, Leipzig 1941, pp. 559 sqq. et praesertim 586 sq.; lin. 13 *post* (cf. f. 31) *adde* varietas minoris moduli obcurrit ff. 11, 20 etc., maioris vero formae stellaque superinposita carens ff. 2, 3 etc. (litterae BA adparent ff. 17, 23 et 25); lin. 14 *pro* Ff. 33^v-35^v *lege* I^v. 33^v-35^v.

1500, p. 28, lin. 27 *pro* Hermogenis *lege* ⟨Hermogenis⟩; lin. 30, *pro* ὁ [ἁ]γιώτατος (prima litt. abrasa) *lege* ὁ [ἁ]γιώτατος (an potius ὁ [λο]γιώτατος? prima litt. vel primae duae litt. abrasae); p. 30, lin. 12 *post* Vogel-Gardthausen, p. 138, *adde* deque huius nominis genere v. *Γ. Ι. Ζωλωτας, Ιστορια της Χιου*, I, 2, Athenis 1923, pp. 320 sq.

1501, p. 31, lin. 12 *pro* ἡμῶν *lege* ὑμῶν; lin. 15 *pro* charitate *lege* caritate; lin. 22 *pro* 1389 A 5-9) *lege* 1389 A 6-10), in Coloss. II, 6; lin. 30 *pro* τῶν μὲν εἰπεῖν *lege* τῷ μ. εἰ; p. 32, lin. 17 in fine *adde* Pertinuit ad Graecorum Conlegium, teste pinace in Archivi Bybl. tomo 11, f. 262.

1502, p. 35, lin. 13 *pro* (ff. 302-311) *lege* (ff. 302-311^v).

1503, p. 36, lin. 13 *pro* (olim 1532) *lege* (olim 1531); p. 37, lin. 4 *pro* (ff. 302-304) *lege* (ff. 302-304^v); lin. 8 *post* subpletos *adde* (ab eadem manu, quae ff. 1. 260 codicis 1509 et codicem 1619 exaravit); lin. 22 *pro* directa *lege* derecta.

1504, p. 37, lin. 6 a. i. *pro* III Abhandl. *lege* IV Abhandl.

1505, p. 41, lin. 12 *pro* Saec. XVI ex. *lege* Saec. XVI; lin. 21 *ante* Fasciculi *adde* Librum, in quodam indice codicum τοῦ ἐκλαμπροτάτου Βαρβάρου memoratum (Vat. lat. 7246, f. 118^v) atque a Francisco Barbaro, patr. Aquileien. († 1616) vel ab eius successore Hermolao Vaticanae bybliothecae oblatum (teste pinace in Archivi Bybl. tomo 11, f. 259: ' Theodoreti Historia Ecc.^{ca} in fol. ex papiro '; cf. enarrationes libror. 1655, 1525 [v. Add.] et 1661-65) eadem manus descripsit quae codicis 1663 partem priorem.

1506, p. 42, lin. 11 *pro* (= 45-46 ed.) *lege* (= 44-45 ed.); lin. 26 *pro* περι συνόδων *lege* περι συνοδ(ου); p. 43, lin. 1 *pro* ἐτελεώθησαν *lege* ἐτελειώθησαν; lin. 12 *post* Codicem *adde* (in Italia australi fortasse descriptum); lin. 8 a. i. *post* Hagiographos Bollandianos *adde* Catal. codd. hagiogr. graecor. Bibl. Vaticanae.

1507, p. 44, lin. 13 *pro* lin. 3) *lege* lin. 5).

1508, p. 45, linn. 5-6, *Vv.* [1] (ff. 1ᵛ-3ᵛ) — pp. 4... 9) *dele*, canon enim obcurrit in ed. Romana, vol. α', pp. 305 sqq., quod nos oscitantia primum fugit; lin. 12 *post* Rocchi 292 *adde* nec non ed. Venet. 1873 p. 79 not., et A. Papadopulos-Kerameus, in *Византийскій Временникъ*, I, p. 376; linn. 17-19 *Vv.* [8] (ff. 74ᵛ-76) — λαμπόμενος *dele*, canones enim obcurrunt in ed. Romana, sub diebus tamen 1 9 et 2 9 oct.; lin. 25 *post* μαρμαρυγαῖς *adde* (cf. ed. Venet. laud., p. 130 not.); lin. 29 *post* δρόμους *adde* (cf. Crypten. Δ. α. VIII, Rocchi 304), *post* ἀγῶνα *adde* (cf. K. Krumbacher, *Der heil. Georg* etc., in *Abhandl. d. Kön. Bayer. Akad. d. Wissens., Philos.-philol. u. hist. Kl.*, XXV B., 3 Abhandl., 1911, p. 274); lin. 31 *post* ἀκολουθίαν *adde* (cui adsignatur canon Ταῖς εὐπροσδέκτοις πρεσβείαις); lin. 34 *pro* (θεοτόκιον) *lege* (θεοτοκίον).

1509, p. 48, lin. 16 *post* **Basilii Magni** adde (?); lin. 26 *post* subplevit *adde* (eadem cod. 1618 totum exaravit).

1510, p. 49, linn. 23-24 *dele*, canon enim Αἴγλῃ φωτιζόμενοι in ed. Romana invenitur, licet Barachesio sociisque adsignatus, ut in Crypt. Δ. α. XXII; lin. 30 *post* Papadopulos-Kerameus 371 *adde* et in cod. 72 eiusdem bybliothecae, cf. P. K. 129; linn. 31-32 Vv. [10] (ff. 132... 134ᵛ) — in Crypten. modo laud.) *dele*, canon enim obcurrit (secundo loco) cum in ed. Veneta (quod Rocchium quoque fugit) tum in Romana; p. 51, lin. 13 *pro* praeces *lege* preces; lin. 17 *pro* ' *Histoire* ' *lege* ' *Histoires* '; p. 52, lin. 5 *pro* γλωστη *lege* γλωστη (sic, l. κλωστη).

1511, p. 52, lin. 6 a. i. *post* 114-115 *adde* (38 linear.); p. 53, lin. 18 in fine *adde* In resectione sup. libri, manu saec. XVI, legitur ' Diodorus Siculus g(rae)cus.

1512, p. 54, lin. 13 *post* decurtaverunt *adde* Codicem obiter memorat P. Batiffol, *La Vaticane depuis Paul III* in *Revue des questions historiques*, XLV (1889), pp. 183 n. 1 et 191.

1513, p. 54, lin. 21 *Vv.* ut vid., inedita *dele*; lin. 26 *post* γεγονώς *adde* (est excerptum ex Historia patriarch. Cpolitana, cf. P. G. 160, 317); lin. 31 *pro* conpacta *lege* conpactae.

1514, p. 55, linn. 14-13 a. i. *post* libra-rii *adde* omnino ut in ed. (desunt tamen ηθθ. οθ' et πγ'); p. 56, lin. 5 in fine *adde* Librum tantum memorat P. Batiffol, *La Vaticane depuis Paul III* in *Revue des questions historiques* XLV (1889), p. 191 (sub nota erronea 1544).

1515, p. 56, lin. 13 *post* Rocchi 332 *adde* obcurrit in Romana quoque editione, sub die tamen 2 ian.; lin. 24 *post* ἀγκάλας *adde* (theotocia huius canonis nec non paullo infra laudatorum in ss. Parthenium, Nicephorum et Blasium acrostichon prae se ferunt Γ ε ω ρ-γ ί ο υ); linn. 31-32 *Vv.* [13] (ff. 201... 204) — Rocchi, ib.) *dele*, quia canon obcurrit et in edit. Romana; lin. 34 *pro* Eustratium *lege* Eustathium; p. 58, linn. 4-5 *Vv.* qui Petrus — (cf. p. 29) *dele*, hodie enim persuasum mihi habeo Petri et anonymi διορθωτοῦ libri 1500 scripturas differre; linn. 17-18 *post* tri-buitur *adde* Ipsum excerpsit Pitra, Analecta sacra, I, pass. (cf. indicem p. 688).

1516, p. 59, lin. 17 a. i. *pro* - 206 col. dext. *lege* -201 col. dext.; lin. 9 a. i. *post* ἁγνή *adde* (cf. A. Rocchi, in *Bessarione*, s. II, vol. III [1902], p. 194); lin. 5 a. i. *post* II, p. 475 *adde* obcurrit quoque et in Vat. gr. 1541, f. 185, nec non in Crypten. Δ. α. XXVII [Rocchi 328]; lin. 4 a. i. *post* T h e o p h a n i s *adde* (ex parte tantum consentit cum eiusdem initii canone quem, Heliae Ecdico tributum, ed. Nicodemus, Θεοτοκάριον, Constantinopoli 1849, pp. 87 sq.); p. 60, lin. 6 *post* T h e o p h a n i s *adde* (initio tantum congruit Clementi adscripto quem ed. Nicodemus, op. laud., pp. 148 sqq.; p. 61, linn. 20-19 a. i. *pro* flos est quinque folior. *lege* genus est quoddam tulipae; lin. 9 a. i. *post* nuncupatoria *adde* graeca. Librum nota 1545 olim esse distinctum liquet ex indice in Vat. lat. 7139 adservato (f. 11ᵛ).

1517, p. 61, lin. 5 a. i. *pro* ff. V. 248 *lege* ff. V. 249; p. 62, lin. 7 *post* adservatur praeterea *adde* in cod. Vat. gr. 731, ff. 177aᵛ sqq.; lin. 15 a. i. *Vv.* sed in hac - pauca om. *dele*; lin. 6 a. i. *pro* Carolum Emereau *lege* Casimirum Émereau; p. 63, lin. 15 in fine *adde* Codicem Conlegii Graecorum Athanasiani supellectili librariae olim pertinuisse index ostendit in Archivi bybl. tomo 11, f. 260; lin. 18 *pro* saec. XVI *lege* saec. XVII; linn. 18-19 *vv.* in bybl. — refectae sunt *dele*.

1518, p. 63, lin. 30 *pro* ' *Menanders* ' *lege* ' *Menander* '.

1520, p. 66, lin. 4 *pro* nescio quis *lege* Ioh. Bapt. Pitra, ut vid.; lin. 9 *pro* 25. 29 quiniones ... 26 binio *lege* 26.30 quiniones ... 27 binio; linn. 17-18 *pro* anony-mus supra laud. *lege* Pitra (?).

1521, p. 67, linn. 3-4 *vv.* pro custo-dia *dele.*

1522, p. 69, lin. 5 in fine *adde* Ex cod. Confalonieri 14, in Tabulario Vaticano adservato, discimus praeterea evangeliarium nostrum a. 1615, mense iunio a Luca Stella ep. Rethymnensi in insula Creta Paulo V papae donatum esse: liber autem esse perhibebatur « di San Giouanni Chrisostomo, scritto e compilato da lui, onde come Reliquia di esso santo era stata venerata in quella Città insino alli tempi presenti »; (f. 64) lin. 29 *pro* 'Υέλλιvου (?) *lege* 'Υέλλινου (? simile nomen obcurrit ex. gr. in cod. B 89 Magnae Laurae Athonen. [= 209 Eustrat.]: *τὸν δοῦλόν σου Μανουὴλ τὸν 'Υελληνᾶν* [a. 1320], cf. *Γρηγοριος ο Παλαμας*, I, 1917, p. 152); p. 70 in fine descriptionis *adde* Vetus integumentum a Stanislao Le Grelle conlega humanissimo nuper inventum est, purpureo ' velluto ' (uti dicunt) amictum, cuius in altera tabula Crucifixio D. N. Iesu Christi, in altera Resurrectio laminis ex nescio quo metallo effingebantur: quae tamen, iam dudum remotae, utrum alicubi delitescant an interierint plane ignoro.

1523, p. 71, lin. 11 *pro* ut sabb. 7 Mt. *lege* ut sabb. 17 Mt.; lin. 15 *pro* 17 ut Evl. **303** *lege* 17 ut sabb. 17 Mt.; lin. 2 a. i. *post Μερκουρίου adde* et *τ. ἁγ. μεγαλομρ. Αἰκατερίνης*; p. 72, lin. 10 *pro* 29 *τ. ἁγ. μρ. 'Ανυσίας lege* 30 *τ. ἁγ. μρ. 'Ανυσίας*; lin. 22 *pro* post Mt. II, 38 *lege* post Lc. II, 38; lin. 23 *post στρατηλάτου adde* ut 10 oct.; lin. 25 *pro* 24* *lege* 24**.

1524, p. 74, lin. 14 *post ἐπιμελῶς adde καὶ ἐμπόνως*; lin. 20 *pro ἐκ τὸ lege εἰς τὸ*; p. 75, lin. 8 *pro* –575 D 10 *lege* –573 D 10; lin. 16 *post* p. 73 *adde* nec non J. Gouillard, in *Dict. de théol. cath.* XIV, 2, Parisiis 1941, col. 2972, qui saltem latinam interpretationem sub nom. Ephraemi editam laudat; p. 76, lin. 21 *post* animadvertit *adde* (cf. cod. Paris. gr. 1181, f. 171, ubi textus post vv. *ταῦτα γὰρ* sic bene pergit *ἐκλύει ἡσυχίαν· σύγγνωθι δέ μοι, πάτερ, οὐχ ὡς διαφέρων γὰρ τῆς σῆς πίστεως κτλ.*); p. 78, lin. 3 *vv.* nescio unde depromptum *dele*; lin. 5 post *ἀδελφῶν adde* (est cap. 87 conlectionis a Fr. Nau editae, *Revue de l'Orient chrétien* 12 [1907], p. 401); lin. 6 a. i. *post* conspirare *adde* [huius opusculi postrema verba, qualia ex Messan. laud. profert Mancini, i. e. *ταῦτα ἐροῦσιν ἐν τῇ κολάσει* etc., ad aliud re vera pertinent, de resurrectione scil. mortuorum, cf. Assemani III 134 D 5, unde chartas non nullas prioris conclusionem, initium alterius exhibentes in libro Messan. decidisse non iniuria suspiceris; p. 79, lin. 20 *pro ὀχλησῃ lege ὀχλῇ*; p. 80, lin. 2 *post* 69-116v *adde* ipsa nimirum quae cod. 1633, cuius enarrationem vide, integrum descripsit.

1525, p. 80, lin. 17 a. i. *post* praefixo (ff. 1-4) *adde* ⟨eiusdem⟩; lin. 7 a. i. *pro* s. M a x i m i prologus *lege* scholion ⟨diligentissimi cuiusdam viri⟩; lin. 3 a. i. *pro* carmen 37 *lege* carmen I, 1, 29; p. 81, lin. 7 a. i. *pro* Bernard *lege* Barnard; p. 82, lin. 17 in fine *adde* Librum, aeque ac numm. 1505 (v. Add.), 1655 et 1661-65, dono Francisci Barbaro iun., patr. Aquileien. († 1616), vel Hermolai, ipsius successoris, in Vaticanam bybliothecam devenisse pinax ostendit in Archivi Bybl. tomo 11 obcurrens, ubi sub num. 5 sic recensetur (f. 259): ' Dionisii Areopagitae opera cum scholijs uolu: in membrana conscri'ptu(m) '.

1528, p. 88, lin. 4 *post* 26-29) *adde* ut ap. Scrivener; lin. 17 in fine *adde* Sabb. II hebdom. ieiunior. legitur Hebr. III, 12-14; lin. 22 *post* S e p t . *adde* ' 7 '.

1529, p. 90, lin. 13 *post* Briquet *adde* in foll. add. [f. 23] lilia tria circulo inclusa.

1530, p. 90, lin. 20 *pro* S u i d a *lege* ⟨M a n. M o s c h o p u l o⟩.

1531, p. 91, linn. 20-22 *pro* (an C.politanus patriarcha — p. 168) *lege* (C.politanus nimirum patriarcha [† 1376], cf. L. Petit apud E. Marin, *St. Nicolas évêque de Myre*, Paris 1917, p. XIII); p. 92, lin. 4 *pro* cf. Br. n. 14763 *lege* cf. Br. n. 14765; lin. 7 *post* (ff. 10-11) manus *adde* (flore 5 folior. superinposito); linn. 20-21 *pro* Sp. Lampros perverse sic intelligit *lege* cum Sp. Lampros tum Vogel-Gardthausen, *Die Griech. Schreiber*, p. 382, perverse sic intelligunt; lin. 22 in fine *adde* Non nulla ex hoc codice excerpsit Ioh. Bapt. Pitra, Analecta sacra etc., I, pp. 222 sqq., 390 sqq., 405 sqq. Pertinuit ad Conlegium

Graecorum Athanasianum, teste indiculo in Archiv. Bybl. tomo 11 servato ' Un altro (menaeum scil.) per Decembre ' (f. 261).

1532, p. 93, lin. 9 a. i. recentior *dele*; in fine descriptionis *adde* Integumentum simplici membrana coopertum; in summo dorso tesserae gentiliciae Pii IX P. M. auro inprimuntur.

1533, p. 93, lin. 5 a. i. *post* chart.), *adde* coll. 2; lin. 2 a. i. *post* (ff. 2-5ᵛ) *adde* ⟨Eusebii⟩; p. 93, lin. ima – p. 94 lin. 1 *vv.* animum adverte — vacuo relicto *dele*, Mattheus enim et Marcus obcurrunt f. 4ᵛ; p. 94, lin. 18 a. i. *post* 13 quinio *adde* 14 decem folior; lin. 11 a. i. *pro* 199ᵛ-200 *lege* 199ᵛ-201ᵛ.

1534, p. 95, lin. 14 a. i. *pro* 290 *lege* 390; lin. 13 a. i. *pro* 80 *lege* 86; p. **96**, lin. 5 *post* vilitate *adde* i. e. I, II, 15.

1536, p. 98, lin. 13 *post* perperam] *adde* canonem hunc mutilum conplevit A. Rocchi, De coenobio Cryptoferratensi eiusque bibliotheca, Tusculi 1893, p. 265 et ib. n. 1; lin. 8 a. i. *pro* difficillimum *lege* difficillimus.

1537, p. 99, lin. 7 a. i. post *Καρλεβάρε* *adde* (huius viri subscriptio autographa invenitur in cod. Vat. gr. 1873, f. 373).

1538, p. 102, lin. 9 *post* Iriarte, loc. laud. *adde* nec non Ioh. Sajdak, Historia critica scholiastar. et commentator. G. N., I, Cracoviae 1914, p. 241, et Ioh. Mercati, *L'eucologio di S. Maria del Patire* etc., in *Revue Bénédictine* XLVI [1934], p. 230 et ib. n. 2 = *Op. min.* IV, 475 sq. et 476 n. 1; lin. 19 *pro* 373 *lege* 372, 373; p. 103 lin. 3 *post* p. 308 *adde* nec non Ioh. Mercati, *L'eucologio di S. Maria del Patire* etc., in *Revue Bénédictine*, vol. cit. p. 230 et ibid. n. 1 = *Op. min.* IV, 475 et ib. n. 3; linn. 10-11 *pro* Sisynidoro *lege* Sisynodoro; lin. 10 a. i. *pro* ' *hanno* ' et ' *spauentato* ' *lege* ' *hannu* ' et ' *spauentatu* '; p. 104, lin. 15 a. i. *post* (Goar 673 sq.) *adde* (huius ἀκολουθίας ordinem ed. Almazov, *Приложенія, I и II, къ Тайной исповѣди въ Православной Восточной Церкви* in *Записки Имп. Новоросс. Унив.* LXX [1895], pp. 22-23: textum orationum β'-δ' ex aliis codicibus invenies ibid., pp. 20-21 et 66); p. 105, lin. 8 a. i. *pro* ' *contro* ' *lege* ' *contra* '; p. 106, lin. 7 a. i. *post τοῦ πατρος κτλ.* *adde* (initio tantum consentit cum illa quam ed. Iriarte, op. cit., p. 423); p. 109, lin. 16 a. i. *pro* praedita, *lege* praedita et duplici circulo inclusa.

1539, p. 110, lin. 1 *pro* Saec. XI *lege* Saec. XI ex.; linn. 4, 6 et 7 *pro* vv. *lege* sectt.; lin. 11 a. i. in fine *adde* A. Ehrhard, in *Römische Quartalschrift*, V (1891), p. 384 (cf. et p. 265) nescio quo modo autumaverit librum nostrum in Palaestina ortum forsitan habuisse *d a er nach einer Notiz des Schenkers Franciscus Accidas, protonotarius von Messina, ἐκ τῶν ἀνατολικῶν s t a m m t* !

1540, p. 110, lin. 9 a. i. *vv.* (olim 1494) *dele*; p. 111, lin. 19 *pro* notae *lege* nota, *v.* recentior *dele*.

1541, p. 111 not.*, lin. 4 a. i. *pro* свѣденія *lege* свѣдѣнія; p. 112, lin. 11 *pro* antiquiori *lege* antiquioris; lin. 18 *pro θεοτόκια lege θεοτοκία*; lin. 2 a. i. *post* [Rocchi 328] *adde* cf. quoque Vat. gr. 1516, f. 46ᵛ; p. 113, lin. 19 *post* petitis *adde* canonem huncce optime leges in Vat. gr. 721, ff. 150ᵛ sqq., ubi P a u l o A m o r i e n s i tribuitur; linn. 8-7 a. i. *post* Ste-venson 213 *adde* tractatulum hunc edidimus in ' Orientalia christiana periodica ', X [1944], pp. 150-165; p. 115, lin. 24 *pro* prodeunt *lege* produnt.

1543, p. 117, lin. 8 a. i. *post* nuncupatoriam *adde* graecam.

1545, p. 120, linn. 4-5 *pro* cf. Briquet nr. 6033 — nostrum *lege* pars tantum, ut videtur, insignis eiusdem formae atque praecedens.

1546, p. 120, lin. 7 a. i. *pro* Salvioni *lege* Savioni; p.121, lin. 8 a. i. *pro* (f. 89ᵃ-89ᵃᵛ) troparium *lege* (f. 89-90) *στιχηρόν*; lin. 5 a. i. *post* p. 53 *adde* sub nomine G e o r g i i A c r o p o l i t a e ap. A. Heisenberg, G. Acropolitae opera, II, pp. 9-11, sed cf. ibid. p. XVIII; p. 122, lin. 2 *post* pp. 72 sq. *adde* sed iam dudum absque nomine auctoris ediderat C. Lascaris in lib. de octo partibus orationis inter aa. 1501 et 1503 inpresso [cf. ex. gr. Stamp. Ross. 4197], f. H iiiᵛ: de qua editione Aldina cf. A. A. Renouard, *Annales de l'imprimerie des Alde* etc., Paris 1834, sub num. 15 sectionis librorum temporis notam prae se nullam ferentium; p. 123, lin. 4 *post* dedicatio *adde* graeca; lin. 8 *pro* acris *lege* acribus.

1547, p. 124, lin. 1 *pro* Carolum Eméreau *lege* Casimirum Émereau; p. 125, lin. 16 a. i. *post* Codex *adde* (Italiae australi procul dubio adsignandus); lin. 10 a. i. *pro* scriptura *lege* scripturae.

1548, p. 126, lin. 18 *post ἐν τῆι Εὐβοίαι adde* (cf. v. Soden, pp. 298 sq.); lin. 9 a. i. *post ἀναλήψεως* add. (ed. e nostro codice C. Tischendorf, Novum Testamentum graece [8], I, p. 967, cf. R. A. Lipsius, *Die apokryphen Apostelgeschichten u. Apostellegenden*, I, Brunschweig 1883, pp. 405 sq.; p. 127, lin. 11 *pro ἐτελ(ε)ώθ(η) lege ἐτελ(ει)ώθ(η)*; lin. 20 *post* alia *dele* (!).

1549, p. 128, lin. 14 a. i. *post* depositione *adde* sua.

1551, p. 130, lin. 12 a. i. *pro* iam *lege* quondam.

1552, p. 132, lin. 14 *post* Barberin. *adde* (nunc 329, cf. P. de Meester, op. cit., p. X n. 5).

1553, p. 134, lin. 19 *post περὶ μυστηρίων καὶ adde περί*; lin. 29 *vv.* vel saltem eidem proximi *repone post* descriptae sunt; p. 135, lin. 15 *pro* Cryptense *lege* Cryptensi; lin. 6 a. i. *pro* Cobelluzi *lege* Cobelluzzi.

1554, p. 136, lin. 14 a. i. *pro* Goar 55 n. *f lege* Goar 55 n. *e*; p. 137, linn. 7-6 a. i. *post οἰκο-νομία adde* inedita videtur; p. 138, lin. 15 a. i. *post ὅτι πρέπει κτλ. adde* in marg. *ὁρασζ. κουάνδου σε ρενόβα λα κέσα*; p. 139, lin. 13 *post* Goar 743 *adde* fere omnino autem convenit cum illa quam in cod. 1538, f. 143 notavimus; lin. 10 a. i. *post* linn. 8-34 *adde* (hodie Barber. 329, cf. de Meester, op. cit., p. X n. 5); p. 140, lin. 10 *post* Dmitrievskij 22 *adde* ed. Theodorus hierom. Cryptensis in *Bollettino della Badia greca di Grottaferrata*, III (1949), p. 8; lin. 11 post *Σήμερον ἐθεασάμεθα adde* ed. ibid., p. 63; linn. 13-14 post Dmitrievskij 87 *adde* ed. Theodorus hierom. op. et vol. citt., pp. 121-123; lin. 17 post Dmitrievskij 23 *adde* ed. Theodorus hierom. op. cit., p. 131; lin. 19 *post* Dmitrievskij 22 *adde* ed. Theodorus hierom. in *Bollettino* laud., II (1948), p. 120; p. 141, lin. 9 *post* Goar 733 *adde* linn. 13-29; p. 142, lin. 19 *pro* та^{v}-тдi *lege* тi^{v}-тдi; lin. 28 *pro ὠήθημεν lege διένοῆθει*; p. 143, lin. 5 *post* inedita videtur *adde* idiomela *Νὺν εἰς σημεῖον τοῖς πασιν* (Goar 763) notatione ecphonetica instruuntur.

1555, p. 145, lin. 4 *post* librarius ipse *adde* (is nimirum, qui codd. 1647, ff. 19^{v}-152, 1677, 1678, ff. 1-270^{v}, et Ross. 962 descripsit).

1556, p. 145, lin. 9 a. i. *pro* alterius librarii *lege* librariorum; lin. 8 a. i. *post* 75 *dele* ?; p. 146, lin. 3 *pro 'Αλέξανθρος lege 'Αλέξανδρος*; lin. 5 *post νικῆσαι κτλ. adde* (videtur esse nr. 29 Gnomologii Vindobon., cf. Sternbach ad nr. 92); lin. 10 a. i. *post* abrasum *adde* (id. id. in codicibus 1577, 1584 et 1593, quorum enarrationes vide).

1557, p. 147, lin. 5 a. i. in fine *adde* Libri sectio summa, externa, ima flavo colore tincta, hodie fere omnino evanido (cf. sect. imam).

1558, p. 148, lin. 8 *post* **1558** *adde* (olim 1541); lin. 10 a. i. *post εσχηκῶς adde* I o h a n n i s ⟨Euchaitarum metrop.⟩, teste acrostichide *Αὕτη ⟨δ⟩έ⟨η⟩σις ⟨δ⟩γ⟨δ⟩όη τῷ Προδρ⟨ό⟩μῳ ⟨ο⟩δ⟨τ⟩ος π⟨ύμ⟩α⟨τ⟩ος ὕμ⟨ν⟩ο⟨ς ἐ⟩ξ 'Ι⟨ω⟩άν⟨νο⟩υ.*

1559, p. 149, lin. 10 a. i. *post Νικαίας adde* G e r m a n i i u n i o r i s (cf. codd. 1573, ff. 76^{v} sqq., et 1590, ff. 129^{v} sqq.); lin. 9 a. i. *post 'Ι ω σ ή φ adde* primum tantum troparium differt ab ed. Romana, cetera cum eadem omnino consentiunt, cf. cod. 1573, f. 121; lin. 5 a. i. *post ἰσχυρόν adde* I o s e p h i (ut patet ex acrostichide, et cf. codd. 1573, ff. 134^{v} sqq., et 1590, ff. 211 sqq.); lin. 4 a. i. *post προερχόμενος adde* (cf. codd. 1573, ff. 163^{v} sqq., et 1590, ff. 261 sqq., ubi G e o r g i o tribuitur); p. 150, lin. 11 *ante* nota *insere* cf. Vogel- Gardthausen, *Die griech. Schreiber*, p. 82, atque; lin. 18 *pro* 164 etc. *lege* 146; lin. 21 *pro* + 253 *lege* + 256, *pro* ovalis *lege* ovatae; lin. 31 *pro 'hiechi'* (?) *lege 'hie-chi'* (= ienchi, i. e. iuvenci, quod nobis humanissime indicavit A. Pagliaro v. cl.); lin. 35 *pro πατηγνῶταις* (?) *lege Πατινιόταις* (i. e. *Π α τ μ ί ο υ ς*, v. Sp. P. Lampron in *Νεος Ελληνομνημων*, VI [1909], p. 513, et cf. Ioh. Mercati, *Per la storia dei mss. greci di Genova* etc. [*Studi e Testi* 68], pp. 137 et 138 n. 1).

1560, p. 151, lin. 16 a. i. *pro* additos *lege* addita, lin. 12 a. i. *pro κδ'-κε' lege κδ'-κη'*; lin. 8 a. i. *pro* Briquet nr. 10730 *lege* Briquet nr. 10731; p. 152, lin. 13 *pro* imagunculae *lege* mulierum imagunculae.

1561, p. 152, linn. 11-8 a. i. *Ad vv.* sectionem (*μα'*!) ab edd. etc. *nota* C. *μα'* (inter

μ' et *μβ'* codicis nostri inserendum, quod nos fugerat) primum esse videtur ex tribus in vulgata non exstantibus, quorum inscriptiones adfert Bernard, ed. laud., p. 92 n. 1.

1562, p. 153, lin. 16 *pro* et ἀνατολικά *lege* ἀνατολικὰ et θεοτοκίον (i. e. δοξαστικόν); lin. 9 a. i. *pro* p. 33 lin. 6 a. i. *lege* p. 38 lin. 6 a. i.

1563, p. 155, linn. 11 et 8 a. i. *pro* Heilberg *lege* Hilberg; lin. 2 a. i. *pro* Neapol. III 27 *lege* Neapol. III B 27.

1564, p. 157, lin. 4 *post* nitidumque *adde* alteram scripturam Iohanni Honorio a Mallia tribuit S. I. Mercati, *'Ανδριὰς Βασιλικός*, in 'Byzantinoslavica' IX, 2 (1948), p. 185: cuius tamen viri cl. sententiae adstipulandum non censeo; lin. 15 *post* latinus *adde* m. ⟨Iohannis a S. Maura⟩ (cf. eiusdem latinam scripturam ex. gr. in cod. 1491, f. 112ᵛ).

1566, p. 158, lin. 10 a. i. *post* ff. IV. 224 *adde* (-177-185); p. 159, lin. 11 *post* ib., c. *ις' adde* vel, melius, Prochiron auctum [v. infra], tit. XI, c. 11; lin. 14 *pro* nihil prorsus *lege* nihil fere; lin. 15 *pro* Ius Graeco-Rom. III *lege* Ius Graeco-Rom. VI; lin. 19 *post* Zachariae v. Lingenthal, op. cit., *adde* III; p. 160, lin. 20 a. i. *pro* ff. 99 sqq. *lege* ff. 89 sqq.; lin. 10 a. i. *pro* οἰκονόμος *lege* οἰκονόμονος; linn. 9-8 a. i. *pro vv.* sed de quo — ib. n. 1 *lege* agitur de huius nominis monasterio, quod saepe memoratur in *Actes de Chilandar publiés par. L. Petit et V. Korablev, Византійскій Временникъ, Приложеніе къ XVII тому*, 1911, pp. 165 sqq.; cf. quoque M. Vasmer, *Die Slaven in Griechenland* in *Abhandl. d. preuss. Akad. d. Wissens.*, 1941, Philos.-hist. Kl., nr. 12, p. 217.

1568, p. 161, lin. 16 a. i. *pro* omnium primae tantum *lege* primae, quintae, septimae, octavae; lin. 14 a. i. *pro τοῦ ἐξαημέρου lege τῆς ἐξαημέρου*; p. 162, lin. 2 a. i. *post* librarius ipse *adde* is nimirum qui partem recentiorem insequentis codicis exaravit.

1569, p. 164, lin. 9 *pro* 30-35 *lege* 30 (ed. in fine multo amplius). 31-35; lin. 8 a. i. *pro* Lamb.-Koll. 483 sq. *lege* Lamb.-Koll. III, 483 sq.; p. 165, lin. 7 *post* altera *adde* (eadem nimirum quae cod. 1568 descripsit).

1570, p. 166, lin. 4 a. i. *post* Librarius *adde* (is nimirum qui cod. 1661 descripsit); p. 167, lin. 21 *pro* '*Échos d'Orient*' XXVIII *lege* '*Échos d'Orient*' XXVII.

1571, p. 167, linn. 12-11 a. i. *ad vv.* 1 (ff. 1-2) **Iohannis Lampadarii** — conscriptum *nota* cf. Add. ad cod. 1546; p. 169, lin. 2 *post* 261 lin. 5) *adde* 5ᵃ (ff. 47ᵛ-48) alius id. id., inc. *'Επάκουσον ἡμῶν ὁ θεὸς ἡμῶν ὅτι ψυχὴ ἐν στεναγμοῖς* (ed. Iriarte, Regiae Bibl. Matriten. codd. graeci mss., I, p. 422, et cf. cod. 1538, f. 24ᵛ); p. 170, lin. 2 *pro* '*Histoire*' *lege* '*Histoires*'; lin. 7 *pro τον δαιμονως lege τω δαίμωνος*; linn. 13-24 *pro* vv. agitur de captiva virgine — pp. 153 sq. *lege* legendam hancce ad fidem codicis nostri editam inlustravit E. Cerulli, *La conquista persiana di Gerusalemme* etc., in 'Orientalia', N. S., XV [1946], pp. 439-81, et *Nuovi testi sulla « Conquista persiana di Gerusalemme »* etc., ibid., XVI [1947], pp. 377-90.

1572, p. 171, lin. 4 a. i. *pro* ab illa *lege* ab illo; p. 172, lin. 16 a. i. *post* subplevit *adde* des. *περι τῆς σταυρώσεως του Χριστου προφητεύσας· καὶ τὴν λύπην τῆς Θεοτοκου· εὐθὺς ἐκοιμήθην ὁ δίκαιος νῦν κτλ.*; p. 173, lin. 16 *pro* haereditate *lege* hereditate; lin. 7 a. i. *pro* f. 10 *lege* f. 18; lin. 2 a. i. *post ἐπιταφίωι λόγωι adde, ιζ'* + *τοῦ αὐτοῦ ἐξήγησις... ἱστοριῶν ἐν τῶι πρώτωι στηλιτευτικῶι κατὰ 'Ιουλιανόν* (sic); p. 174, lin. 17 *ad vv.* Aliae manus, seriores haece *nota* re iterum perpensa fere mihi persuasum habeo priorem manum eamdem esse atque *b* supra laud., alteram eamdem atque *c*, utraque tamen neclegentius scribente; lin. 18-19 *pro* Ff. 1-2 et 150 *lege* Ff. 2-3ᵛ et 150ʳ⁻ᵛ; lin. 25 *post* imaguncula *adde* viri scil. *προτομή*.

1573, p. 175, lin. 4 *post Συναξαριστῆι*[3] etc., *adde* II; lin. 16 *post* (31) *adde* G e o r g i i , ut eruitur ex cod. 1590, f. 261; lin. 18 in fine *adde* Die tertia et vicensima in s. Phocae honorem canon praescribitur quem recentiores editiones diei 22 sept. adsignant, cf. enarrationes librorum 1559 et 1590.

1574, p. 176, lin. 17 a. i. *pro* 36 enim *lege* 28 enim, 36; p. 177, lin. 17 a. i. *post ἐν Ζακύνθ(ῳ) adde* (deest ap. Vogel-Gardthausen); lin. 9 a. i. *post* Codicem *adde* (praeter Hagiogr. Bollandianos, Catal. codd. hagiogr. graecor. Bibl. Vaticanae, p. 129); lin. 6 a. i. *post τοῦ Θεοῦ Λόγου adde* (intell. *τοῦ ἁγ. 'Ιωάννου τοῦ Θεολόγου*).

1575, p. 178, lin. 10 *pro* quinque ac viginti *lege* quattuor ac viginti.

1576, p. 179, lin. 12 *pro* (pp. VII-XI) *lege* (pp. VII-IX); lin. 18 *pro* Cobelluzi *lege* Cobelluzzi; p. 180, lin. 6 *pro* Alemanni *lege* Alamanni.

1577, p. 181, lin. 11 *post* adglutinatur *adde* illius ultima subsequenti; lin. 27 *pro* ' *Cenni* ' *lege* ' *Cenni storici* '.

1579, p. 185, lin. 5 *post ἀπολογητικὸς πρῶτος adde ἐν ᾧ ἀπόδειξις ἔνθεος, ὅτι ἑκάστῳ παρὰ τοῦ θεοῦ ὅρος ἀφώρισται τῆς ἐπικήρου ζωῆς*; p. 186 lin. 3 *pro* litteris ƎB *lege* litteris ꓭƎ; lin. 8 *post* alia ancora *adde* circulo inscripta.

1580, p. 186, lin. 21 *pro* Saec. XV *lege* Saec. XV in.

1581, p. 187, lin. 14 a. i. *pro* Saec. XIV-XV *lege* Saec. XIV-XVI (v. infra); p. 188, lin. 16 a. i. *post* insignibus distincta *adde* praeter unum 56, in quo summo signum incertum forficibus decurtatum cernitur; p. 189, lin. 1 *pro* prodeunt *lege* produnt; lin. 5 a. i. *post* tergore *adde* signato.

1582, p. 190, lin. 10 *pro* [νε'- *lege* [νη'-; lin. 6 a. i. *post* laudato *adde* quaestiones κς'-κζ' quartae et vicensimae editionis respondent; p. 191, lin. 3 *pro* anguicula *lege* anguiculus; lin. 16 in fine *adde* Cf. quoque A. Rocchi, De coenobio Cryptoferratensi eiusque bibl., Tusculi 1893, pp. 277 et 305, et Ioh. Mercati, *Per la storia dei mss. greci di Genova* etc. (*Studi e Testi* 68), p. 89 n. 6 (ubi liber, cave, sub nota erronea 1592 adlatus est).

1583, p. 192, lin. 19 *pro vv.* unus idemque — (v. supra) *lege* auctor ipse Metochita exaravit (cf. quae disserui ap. M.-H. Laurent, *Le bienheureux Innocent V* etc. [*Studi e Testi* 129], pp. 426 sqq.; a mea me sententia non deterruerunt quae hucusque obposuit V. Laurent v. cl. in *Revue des études byzantines* VI (1948), p. 275); p. 193, lin. 3 *pro* I. Legrand *lege* Ae. Legrand.

1584, p. 193, lin. 2 a. i. *pro* **Nicetae ep. Serrarum** *lege* **Nicetae Serrarum**; p. 194, lin. 9 *pro* ' *Beiträge* ' *lege* ' *Beilage* '; lin. ima *post* Barb. gr. 41, f. 104ᵛ *adde* ed. Boissonade, p. 431, primo versu, quo codices quoque Vaticanus et Barberinus carent, ex Anthol. Palat. XIV, 58 restituto; p. 195, linn. 6-5 a. i. *post* cod. Barb. gr. 41, f. 106ᵛ *adde* sub nom. B a s i l i i M e g a l o m y t i ap. Boissonade 444, sed cum initio *Ἐμοῦ στίφη* etc.; p. 196, lin. 18 *pro* Hilberg *lege* Boissonade; p. 197, lin. 4 *post* ib. p. 60) *adde* fatendum est tamen codicis nostri scriptionem (nec non librorum Vatt. gr. 889, 949 et Vallicell. B 99 [= gr. 22], eiusdem calami, cf. S. Ioseph Mercati, *Giovanni Tzetzes e Michele Haplucheir*, in *Byzantion* XVIII [1946-48], p. 201), graecam potius redolere manum quam Itali ortu, licet Orientis in regionibus conmorantis.

1585, p. 198, lin. 9 a. i. *pro* Anecdota graeca etc., II *lege* Anecdota graeca etc., I.

1586, p. 198, not*. lin. 1 *pro* Iohanni Legrand *lege* Aemilio Legrand.

1587, p. 199 lin. ima- 200 lin. 1 *pro* ' *Die Ueberlieferung* ' *lege* ' *Ueberlieferung* '; p. 204, lin. 5 *post* linn. 26-24 a. i. *adde* [cf. P. G. 64, 1341-42 lin. 2 a. i.]; lin. 19 *post* P. G. 59, 681-88 *adde* [BHG. 1839-41]; p. 205, lin. 2 *pro* -1110) *ἡ* [*ἁγία ἀνάληψις*] *lege* -1100) [*ἡ ἁγία ἀνάληψις*]; lin. 11 *post* se se excipiunt atque *adde* 1-165; lin. 11 a. i. *post* 260-265 C 4) *adde* [*σαββάτῳ τῆς ἁγίας ν' εἰς κοιμηθέντας*]; p. 205, lin. 1 a. i. -p. 206 lin. 1 *pro vv.* proxime edet — *neoellenici* VII *lege* ed. G. Schirò, *La schedografia a Bisanzio nei sec. XI-XII e la scuola dei SS. XL Martiri*, in *Bollettino della Badia greca di Grottaferrata* III [1949], pp. 11-29; p. 206, lin. 11 in fine *adde* cf. Add. ad cod. 1546; p. 207, lin. 3 *pro ῥοδομελιν lege ῥοδομέλη*.

1588, p. 207, lin. 19 *pro* [1909] *lege* [1905]; p. 209, lin. 2 initio *adde* ep. V.

1492 (olim 1525). Saec. XVI, chartac., mm. 325 × 230, ff. I. 238, linn. 29.

1. s. **Athanasii** ep. Alexandrini opera conplura, praefixa (ff. 1–17ᵛ) eiusdem vita (BHG. 183): [1] (ff. 19–44ᵛ) oratio contra Gentes (P. G. 25, 4–96); [2] (ff. 45–47ᵛ) de synhodis usque ad vv. *ἀλλ' ἀρκεῖσθαι τούτοις μόνοις* (P. G. 26, 681–962 B 6); [3] (f. 47ᵛ) epistula ad Iohannem et Antiochum (ib. 1165–1168); [4] (ff. 47ᵛ–48) epistula ad Palladium (ib. 1168–1169); [5] (ff. 48–51) epistula ad Dracontium (P. G. 25, 524–533); [6] (ff. 51–60) de incarnatione et contra Arianos (P. G. 26, 984–1028); [7] (ff. 60–77ᵛ) de passione et Cruce Domini * (P. G. 28, 185–249) ex lacun. exempl. (cf. ff. 74ʳ⁻ᵛ et 77); [8] (ff. 77ᵛ–78ᵛ) de passione et cruce Domini * excerptum sub tit. *εἰς τὸ πάθος τοῦ Σωτῆρος*, inc. *Τῶν μὲν ἀνθρώπων ἡ ἁμαρτία*, des. *πάντες ζωοποιηθήσονται* (ib. 204 B 13–208 B 14); [9] (ff. 79–96) disputatio contra Arium * (ib. 440–501); [10] (ff. 96–124ᵛ) oratio III contra Arianos (P. G. 26, 321–468); [11] (ff. 124ᵛ–128ᵛ) epistula encyclica (P. G. 25, 221–240) sub inscript. solita (v. ib. 221 n. 84); [12] (ff. 128ᵛ–144ᵛ) epistula I ad Serapionem (P. G. 26, 529–608), cui titulus *τοῦ αὐτοῦ ἐπιστολὴ πρὸς Σεραπίωνα ἐπίσκοπον περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος* (cf. ib. 529 n. 71); [13] (ff. 144ᵛ–148) epistula II (ib. 608–624); [14] (f. 148–148ᵛ) epistula catholica * (P. G. 28, 81–84); [15] (ff. 148ᵛ–149ᵛ) refutatio hypocrisis Meletii * (ib. 85–88); [16] (ff. 149ᵛ–156) epistula IV ad Serapionem inde a vv. *Περὶ δὲ οὗ γράφων* (P. G. 26, 648 C 1–676), sub

inscriptione τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸ ῥητὸν τοῦ εὐαγγελίου· ὃς ἂν εἴποι λόγον κατὰ τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου κτλ. (cfr. ib. 647 n. 73); [17] (ff. 156–164) de virginitate * (P. G. 28, 252–281; von der Goltz, Λόγος σωτηρίας πρὸς τὴν παρθένον in *Texte und Untersuchungen*, N. F. XIV, 2ª, Leipzig 1905, pp. 35–60); [18] (ff. 165–176ᵛ) de communi essentia Patris et Filii et Spiritus Sancti * (ib. 29–80), in 50 capita distributum (nam cc. 13–15, 51–52, 53–54 in unum contrahuntur); [19] (ff. 177–181ᵛ) sermo contra omnes haereses * (ib. 501–524, cum doxol. ut in cod. Seguer. [cfr. ib. 524 n. 14]); [20] (ff. 181ᵛ–198) eiusdem * (re autem vera **Eutherii Thyanensis**) confutationes quarumdam propositionum (ib. 1337–1393; de auctore vide sis G. Ficker, *Eutherius von Thyana*, Leipzig 1908); [21] (ff. 198–208) ⟨s. **Athanasii**⟩ de synhodis inde a vv. Ἐπειδὴ δὲ, οὕτως (P. G. 130, 457 D 7–492 A 11 et P. G. 26, 749 D 4–789 C 9), sub titulo ἐκ τῆς ἐπιστολῆς τῆς περὶ τῶν γενομένων ἐν τῇ Ἀριμήνῳ τῆς Ἰταλίας, καὶ ἐν Σελευκίᾳ τῆς Ἰσαυρίας συνόδων (cf. P. G. 26, 750 n. 17 et 764 n. 81); [22] (ff. 208–210) de sententia Dionysii, inc. Οἱ πάλαι Ἰουδαῖοι, des. τὴν ὀρθήν μου φρόνησιν (P. G. 130, 492 A 12–497 D 13 et P. G. 25, 484 A 3 [cf. 482 n. 66]–497 B 11 [cf. ib. n. 37]), sub eadem inscriptione atque in cod. Felkmanni 3 anonymo (cf. ib. 479 n. 53).

2 (ff. 210ᵛ–220) **Theodoti** ep. Ancyrani expositio symboli Nicaeni (P. G. 77, 1313–1348).

3 (ff. 220–221) **Zenonis** imperatoris Henoticon (P. G. 86, 2, 2620 C 1–2625 A 3; E. Schwartz, *Cod. Vat. gr. 1431, eine antichalkedonische Sammlung* etc. in *Abhandl. d. bayer. Akad. d. Wissens., philos.-philol. u. hist. Kl.*, XXXII B., 6 Abhandl. [1927], pp. 52, 21–54, 21).

4 (ff. 221ᵛ–222ᵛ) **Leontii** ep. Cypri adversus Iudaeos (P. G. 130, 292 B 5–296 A 8; latine tantum in P. G. 93, 1609–1612).

5 (ff. 222ᵛ–228) **Gregorii** ep. Antiocheni oratio in mulieres unguentiferas (P. G. 88, 1848–1865), εἰς τὴν θεόσωμον ταφὴν κτλ. cod.

6 (ff. 228–235) **Iohannis** arch. Thessalonicensis de Christi resurrectione, cod. ὅτι οὐδεμία διαφωνία οὐδὲ ἐναντίωσις ἐν τοῖς εὐαγγελισταῖς περὶ τῆς ἀναστάσεως (ed. Combefis, *Auctarium* etc., I, Parisiis 1648, pp. 792–821; inde a vv. Φέρε δὴ περὶ τῆς τῶν εὐαγγελιστῶν ἱστορίας in P. G. 59, 635–644, inter spuria Chrysostomi).

Liber, ab eadem m. exaratus ac subsequens, fasciculos conplectitur triginta (quaterniones sunt omnes, ultimus 6 dumtaxat folior.), quorum notae, summo marg. primae singulorum paginae dextrorsum adpictae, ob chartam ferro decurtatam plerumque perierunt. Cum fasciculus qui nunc est secundus numero distinguatur 23, tertius 24 et sic deinceps, facile conligitur partem libri priorem nunc desiderari, quae utrum deperdita

sit an alibi delitescat equidem nescio. Lemmata, verba emendata, variantes lectiones haud frequenter obcurrunt, pleraque ab ipso scriba adiecta, non nulla autem ab aliis viris doctis (cf. ex. gr. ff. 28v. 57. 83). Tituli, litterae maiores vel maximae rubro liquore delineata, ornamenta titulis inposita rubro et nigro (cf. ff. 1. 19). Chartae hic illic umore maculatae, praesertim ad margines, ubique tamen sine scripturae detrimento (v. ff. 41 sqq., 225 sqq.). Ff. 18r-v. 164v. 235v–238v pura. Insignia chartarum quae inspeximus haec sunt: [a] (ff. 4...8, 19...56, 77...160, 169...204, 236...238) angelus crucem gestans inque genu procumbens, circulo insertus cui stellula iupendit radiorum sex; [b] (ff. 60...64, 221...224) arcubalista circulo inscripta (cf. ex. gr. Briquet, n. 750), [c] (f. 66) id. id. cum trifolio desuper; [d] (ff. 10...16, 69...72, 163...168, 209...214, 226...232) id. id. lilio superinposito (cf. Br. n. 762).

In operculo pr. averso libri nota antiquior *1525*. Librum paucis memoraverunt H.-G. Opitz, *Untersuchungen zur Ueberlieferung der Schriften des Athanasius (Arbeiten zur Kirchengeschichte 23)*, 1935, p. 53; P. Batiffol, *La Vaticane depuis Paul III* in *Revue des questions historiques* XLV (1889), pp. 183 u. 3 et 191; Ficker, *op. cit.*, p. 16. Fuit olim in bybliotheca Conlegii Graecorum, ut ostendit indiculus in t. 11 Arch. Bibl., f. 261.

Tegumentum ex simplici membrana ligaminum vestigia tantum retinet.

1493 (olim 1526). Saec. XVI, chartac., mm. 325×225, ff. I. 272 (+184a), linn. 37.

Interpretationes in psalmos et cantica utriusque Testamenti, ut in cod. Neap. I B 2 (Cyrillus, I, pp. 148–154), ab eodem librario atque noster, ni fallor, exarato.

1 (ff. 1–237) **Theodoreti** ep. Cyrensis interpretatio in Psalmos (P. G. 80, 857–1997), ut in cod. 1 edit. a Schulze confectae. Margg. adscriptae sunt lectionum varietates ex ἀρχετύποις duobus desumptae (cf. ff. 80. 82. 90v. 91v. 104v. 105. 108. 116v. 123. 140. 153. 158v. 161v. 164v. 175v).

2 (ff. 237v–264) Cantica utriusque Testamenti cum catena ab edit. (Corderius III, 853–962) discrepante. Auctores nominantur: Cyrillus Alex., Eudoxius, Eusebius, Gennadius, Gregorius Nyssenus, Gregorius Theologus, Hesychius, Iohannes Chrysostomus, Nicolaus presbyter, Severus, Theodoretus, Victor.

3 (ff. 265–269v) Catena in ps. I ex variis patribus concinnata, omnino ut in Vat. gr. 1682 (Karo-Lietzmann, typus III).

4 (ff. 270–271) **Theodoreti** ep. Cyrensis interpretatio ps. 2, 1–6, abrump. in vv. ὕψος ὁ μακάριος (P. G. 80, 873 B 11–880 A 9), cum inscriptione ἐνθάδε ἄρχεται τῆς ἐξηγήσεως μόνος ὁ τῆς Ἀντιοχείας Θεόδωρος (cf. Cyrillum, op. cit., pp. 150–154).

Librum, ab eadem m. perscriptum ac praecedens, fasciculi efficiunt 35, quaterniones omnes (primo, 7 ff., supremo, 3 ff., dum taxat exceptis). Litterae initiales rubro

exarantur, ornamenta rubro nigroque. Officinae chartariae signum: stella rhombo curvilineo inclusa, circulo circumducto (cfr. Briquet n. 6097). Praeter archetyporum interpretationes insunt margg. lectiones variae haud paucae. F. I index latinus saec. XVII. F. 1 summo *Colleg. Gręc. Cat. Inscrip. Bibl.*, imo vero sigillum Conlegii nec non siglum SA. F. 271 in medio *Collegij Grecor(um)* (sic). Ff. 264^v. 271^v–272 vacua.

Codicem breviter descripsit Rahlfs, *Verzeichniss der griech. Hss. des A. T.*, p. 263, obiter memoravit P. Batiffol, *La Vaticane depuis Paul III* in *Revue des questions historiques* XLV (1889), pp. 183 n. 3 et 191.

Tabulae simplici membrana vestitae; in dorso tesserae gentiliciae Leonis XIII et Io. B. Pitra card. bybl. (1869-89).

1494 (olim 1529). An. 1586 (f. 152), chartac., mm. 328 × 230, ff. VI. 155, linn. 27.

Basilii Seleuciensis orationes 35 (*κεφ. α'-λε'* cod.): [1] (ff. 1–4^v) oratio 1 (P. G. 85, 28-37), [2] (ff. 4^v–8^v) orat. 2, [3] (ff. 8^v–14^v) orat. 3, [4] (ff. 14^v–20) orat. 4, [5] (ff. 20–24) orat. 5, [6] (ff. 24–30) orat. 6, [7] (ff. 30–35) orat. 7, inc. *Ἐν φιλοθέῳ καὶ πνευματικῷ θεάτρῳ*, [8] (ff. 35–39^v) orat. 8, [9] (ff. 39^v–44) orat. 9, [10] (ff. 44–48) orat. 11, [11] (ff. 48^v–53^v) orat. 12, [12] (ff. 53^v–58) orat. 13, [13] (ff. 58–62^v) orat. 14, [14] (ff. 62^v–67^v) orat. 15, [15] (ff. 67^v–72^v) orat. 16, [16] (ff. 72^v–78) orat. 17, [17] (ff. 78–82) orat. 18, [18] (ff. 82–86^v) orat. 19, [19] (ff. 86^v–91) orat. 20, [20] (ff. 91–94^v) orat. 21, [21] (ff. 94^v–97^v) orat. 22, [22] (ff. 97^v–101^v) orat. 23, [23] (ff. 102–105^v) orat. 24, [24] (ff. 105^v–111) orat. 25, [25] (ff. 111–115) orat. 26, [26] (ff. 115^v–118^v) orat. 27, [27] (ff. 119–123) orat. 28, [28] (ff. 123–126^v) orat. 29, [29] (ff. 126^v–129^v) orat. 30, [30] (ff. 129^v–134^v) orat. 31, [31] (ff. 134^v–138^v) orat. 32, [32] (ff. 138^v–141^v) orat. 33, [33] (ff. 141^v–145) orat. 34, [34] (ff. 145–148^v) orat. 35, [35] (ff. 149–151^v) orat. 36 (P. G., vol. cit. 384-388).

F. IV^r inplet carmen nescio cuius sub titulo *Vitae humanae speculum*, m. ipsius librarii exaratum, quod inc. *Homo natus simplex, purus*, des. vero *Jesu Jesus miserere*.

Quaternionum undeviginti, quibus liber constat, notae numerales arabicae marg. sup. primae singulorum pag. dextrorsum adpinguntur; prima autem verba unius cuiusque fasciculi ad oram inf. int. paginae praeced. ipsa librarii manu derecte scribuntur. Custodiae loco addita sunt initio ff. sex, tria in fine. Librum qui exaraverit e nota f. 152 rubro atramento inscripta conligitur: *Jussu Ill.mi Et R.mi Domini Cardinalis / Sanctae Seuerinae. Joannes* (conr. ex – *is*) *S.ta Maura / Cypri(us), transcripsit p(raese)ntem Copiam / à quodam libro conseruato penes / bibliothecam societatis Iesu.* (*sub*, cancell.) *Romae / Die 24. Augusti Die uero Dominica. / 1586.. Sedente S.mo D(omi)no et p(at)ri* (sic). *n(ost)ro In xpo. / Syxto*

PP. V. pontificatus ei(us) anno ij°.; paullo inferius pergit: *L'exemplare p(redet)to che appresso Il Giesus si conserua / era scorrettissimo, non dimeno la p(rese)nte copia / In quanto ho possuto la ho corretta, et à luochi / doue ho dubitato ho segnato in margine, / et se qualche altra scorretione si trouasse / ò per male aduertim(en)to mio, ò per ignora(n)tia / la reputo* (*alla*, cancell.) *al sano giudicio del / discreto lettore che con la sua dilicata pennuccia lo uoglia / corregier(e) et annotare, atteso è cosa che / Importa In seruitio di Dio et della sua s(an)ta Chiesa* (cfr. eiusdem Iohannis subscriptionem in Basilii cod. Casanat. 930 [*Studi ital. di filol. class.* II, 183]). Tituli, litterae initiales maximi moduli rubro exarantur (cf. tamen f. 14ᵛ); margg. insunt haud raro correctiones, verba omissa etc. Chartarum signa quae obcurrunt: [a] (ff. I. 153-154) scutum Romanae Urbis (cf. cod. 1491); [b] (ff. IV. VI. 147. 152) trimontium cui littera F inponitur, scuto inclusum (Briquet, n. 11938); [c] (ff. 5-57ᵛ) aquila circulo inscripta cui inminet corona (cf. Br. n. 207); [d] (ff. 59-95. 104) trimontium in circulo cum cruce desuper (cf. Br., n. 11932), [e] (ff. 100 sqq.) littera M, scuto inserta, cum stellula desuper (cf. Br. n. 8392). Chartae 8-11 ad marg. int. non nihil tineis conrosae, integra tamen scriptione. F. VIᵛ nota possessionis *collegij Graecoru(m)*. Ff. I-III. IVᵛ. V pura.

Codicem breviter laudat P. Batiffol, *La Vaticane depuis Paul III* in *Revue des questions historiques* XLV (1889), pp. 183 n. 3 et 188.

Tegumentum ex membrana flexibili ligaminum vestigia dum taxat retinet.

1495 (olim 1530). Saec. XI. XII. XIII, membr., mm. 320 × 240, ff. III (chart.). 148, coll. 2, linn. 35 (ff. 1-8), 34 (ff. 9-24), 26 (ff. 25-96), 34 (ff. 97-102), 32 (ff. 103-148).

1 **s. Iohannis Chrysostomi** [1] (ff. 1-5ᵛ) in Genesim homilia 1 (P. G. 53, [21]-26); (ff. 5ᵛ-10ᵛ) hom. 2; (ff. 10ᵛ-17ᵛ) hom. 3; (ff. 18-24ᵛ) hom. 4, abrump. in vv. *τοὺς ἐχθρωδῶς προς σὲ διακει⟨μένους⟩* (ibid. 46 lin. 18 a. i.); [2] (ff. 25-27ᵛ) ad populum Antiochenum hom. 5, inc. mut. *ἡμέραν ἐκεῖ βαδίζειν* (P. G. 49, 79 lin. 25 a. i. — 82); (ff. 27ᵛ-42) hom. 6; (ff. 42-50) hom. 7 sub inscript. *Ὑπόμνησις τῶν ἤδη αυτῶ προλεχθέν* (litt. maiusc.) *των˙ ὅτι θάνατον καὶ λύπην ἡ ἁμαρτία εἰς τὸν βίον εἰσενεγκοῦσα˙ ὑπ᾽ αὐτῶν ἀνερεῖται˙ καὶ εἰς τὸ ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεος τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν˙ καὶ περι της τῶν ὅρκων ἀποχῆς* (cf. P. G. ibid. 91, ad calcem); (ff. 50-56ᵛ) hom. 8; (ff. 56ᵛ-67ᵛ) hom. 9; (ff. 68-78ᵛ) hom. 10; (ff. 78ᵛ-89ᵛ) hom. 11; (ff. 89ᵛ-96ᵛ) hom. 12, abrump. in vv. *ἐκεῖνον καταλιμπάνον εἰς ἐξομο⟨λόγησιν⟩* (ibid., 132 lin. 26 a. i.).

2 (ff. 98-102. 97) s. Eustathii et sociorum passionis (BHG. 642) fragmenta tria, hoc ordine: [a] (ff. 98-101) inc. *ἀνελήλυθεν˙ αὐτὸς δὲ ὁ θεῖος Εὐστάθιος*, des. *ἐδεδίει. καὶ τοῦ* (ed. G. van Hoof in Analecta Bollandiana III [1884], pp. 74 lin. 17 — 88 lin. 9); [b] (f. 102) inc. *⟨χαρα⟩κτήρων ἐμπίπτουσα*, des. *ὁ πατὴρ τῶν λοιπῶν* (ed. laud., pp. 102 lin. 4-104 lin. 2, cui

addenda sunt quae evolgavit M. A. Guidi, *Alcuni codici della vita di s. Eustazio*, Xenia Romana, 1907, pp. 126 lin. 9 a. i. [*ἀσφαλείας, ἔτι καὶ τὴν μορφὴν*] — 127 lin. 4 a. i.); c (f. 97, col. sin.) inc. *οἱ προλαβόντες λέοντες κτλ.* (Anal. Boll., pp. 111 lin. 12 — 112).

3 (f. 97–97v) commentarius in s. Iohannem evangelistam (BHG. 919), def. in vv. *μαθητὰς εἶναι τῶι τῆς οἰκονομίας* (P. G. 116, 684–685 B 14).

4 s. **Iohannis Chrysostomi** (ff. 103–114) in Genesim hom. 29, inc. mut. ⟨*Ἕτερος πάλιν ἐπιβου*⟩*λὰς* (P. G. 53, 261 lin. 28 a. i.); vv. *τὴν ἐπάνοδον — Εἰ γὰρ ἀπὸ ῥαθυ*⟨*μίας*⟩ (ib. 267, 13–268, 13), folio uno post 108 avolso, deperdita sunt; (ff. 114v–124v) hom. 30; (ff. 124v–135) hom. 31; (ff. 135v–148v) hom. 32.

Codicem ex quinque librorum reliquiis conflatum esse diversae manus indicant, linearum numeri inaequales, tempora non congruentia, variae denique fasciculorum subputationes.

Primus obcurrit (ff. 1–8) quaternio saec. XI pigmento flavescente perscriptus. Homiliar. initio *πύλας* invenies, quarum altera (f. 1), rubro caeruleoque colore lita, inscriptioni litt. unc. rubr. exaratae superinponitur. Cum alia folia duo, ab eo ipso libro avolsa, ad quem fasciculus iste spectabat, hodie in cod. Matriten. Io. Scylitzae, olim Messanae in aedibus S. Salvatoris adservato, custodiae loco reperiantur, perspicuum est librum nostrum, ante quam in manus F. Accidae (v. infra) venisset, sive ad Messanensem laud. sive ad aliud nescio quod Basilianorum phrontisterium pertinuisse (v. de hac re Io. Mercati, *Per la storia dei manoscritti greci di Genova etc.* [*Studi e Testi* 68], p. 155).

Ff. 9–24, saec. XII exarata, quaterniones duos, notis graecis *α'–β'* distinctos, efficiunt. Tituli, ornamenta, litterae initiales minio exornata.

Ff. 25–96 fuerunt olim quaterniones *ιβ'–κ'* libri s. XIII descripti. Inscriptiones, ornatus, litterae grandiores et maximae rubra.

Ff. 97–102 e codice saec. XII superant sicque ordinantur: 98–101 (quod folium quattuor ff. excipiebant nunc deperdita), 102 (hic folia duo effluxerunt), 97.

Pars suprema, ff. 103–148 conplectens et saec. XI descripta, in fasciculos sex distribuitur, quaterniones omnes (primi paenultimum, ultimi ultimum fol. excisum est). Litterae maiores plerumque rubrae, rubra ex inscriptionibus una (f. 114v), ornamenta vero duo (ff. 114v. 124v) rubro caeruleoque pigmentis lita. Verba S. Scripturae homiliarum initio adlata flavo colore (plerumque evanido) tacta, qua ratione in Italia australi scribae delectabantur.

Margines conplures resecti (ff. 14. 39. 40. 43. 110. 113. 122. 140), alii humore pessum dati non sine detrimento scripturae (ff. 90–96. 145–148) nostra aetate subfecti sunt.

F. I adhaerescent scidulae duae mm. 32 × 74 et mm. 34 × 67, libri notas exhibentes quibus in conlectione a Fr. Accida Sixto V oblata insignibatur, nempe *CC / lib. 27. / Iohannis Chrisostomi* (sic) *Ho/miliẹ Vet. in fragmentis.* et *DD / lib. 28. / Iohannis Crisostomi*

(sic) *Ho/miliç Variç in fragm(en)tis*, unde librum patet tunc temporis bifariam divisum esse. Ibid. inferius cod. nota antiquior *1530* cancell. F. II pinax Accidianus (graece et latine), nec non (in ima ora) siglum sigillumque conlegii S. Athanasii. Inter lineas pinacis graeci scriptum exstat *Colleg. Grec. Cat. Inscrip. Bibl.* F. III index contentorum lat. saec. XVII in. (an. m. Io. Matthaei Caryophylli ?). F. 130 in marg. summo dextrorsum man. saec. XV (?) initium exscripsit illius canonis s. Andreae ποθεν αρξομε θρινι⟨ν τοῦ⟩ αθλιου μου βιου κτλ. (Triodion, ed. Rom. 1879, p. 139).

De codice pauca monent M. Guidi, op. cit., pp. 124 s.; P. Batiffol, *La Vaticane depuis Paul III* in *Revue des questions historiques* XLV (1889), pp. 183 n. 1 et 186 (hic nescio quo fretus librum Hierace prodiisse suspicatur); Hagiographi Bollandiani, Catal. codd. hagiogr. graec. Bibl. Vat., p. 127.

Integumentum corio rubro vestitum exhibet in dorso scuta Leonis XIII P. M. et Io. Ba. Pitra card. bybl. (1869-89).

1496 (olim 1527). Saec. XIII-XIV (ff. 3. 8–9. 11–15. 22. 37. 45. 214 et 397 saec. XV; ff. 1–2. 4–7. 10. 16–19. 406. 410. 412–413. 415 saec. XVI ex.), chartac., mm. 300 × 225, ff. I. 415, linn. ut plurimum 36. In 3 partes divisus (II = 126–225 [ρκε'-σκ⟨δ'⟩]; III = ff. 226–415 [σκε'-υιδ']).

s. **Gregorii Nazianzeni** orationes XVI, commentario Nicetae ep. Serrarum instructae: [1] (ff. 1–7v) orat. 1, in sanctum Pascha I (P. G. 35, 396–401 + 36, 944 B 10–969), praefixo argumento *Ἄκων εἰς ἱερωσύνην ἀχθεὶς ὁ μέγας οὗτος πατὴρ — ὡς ἡ ἐπιγραφὴ παριστᾷ* ab edit. (P. G. 36, 944 A 7–B 9; J. Sajdak, Historia critica scholiastar. et commentator. Gregorii Nazianzeni, I, Cracoviae 1914, p. 166) non nihil discrepans (fere ut in cod. Vat. Pii II gr. 5, quem laudat Sajdak, p. 165). [2] (ff. 8–75v) orat. 45, in sanctum Pascha II (P. G. 36, 624–664; Nicetae comment. *Ἀμβακοὺμ ὁ προφήτης — ἐπὶ τὸ θυσιαστήριόν μου* latine interpretatum legere est ap. I. Billium, s. Gregorii Nazianzeni etc. opp., t. II, Lutetiae Parisiorum 1611, coll. 1104–1202). * F. 14v ante Nicetae explanationem in Gregorii vv. *Διχῇ δὲ τοῦ ἀπείρου*, quae inc. *Λύσας τῶν Εὐνομιανῶν τὴν ἀντίθεσιν* (Billius 1118 B 13), inseruntur schol. nescio cuius *εἰς τὸ οὔτε χρόνου τί μέρος* (*Ἡμέραι μὲν. καὶ ὧραι — ἢ καὶ βραδύτερον*) nec non s. Basilii Magni contra Eunomium libri particula, inc. *Ἄφθαρτον καὶ ἀγέννητον* (cf. P. G. 29, 525 B 14 sqq.). Doxologia in fine additur ab alia m. (eadem non nulla inscripsit marg. ext. f. 87v et pass.). [3] (ff. 75v–93v) orat. 44, in Novam Dominicam *καὶ εἰς τὸ ἔαρ καὶ εἰς τὸν μάρτυρα Μάμαντα καὶ περὶ ἐγκαινίων* add. cod. (P. G. 36, 608–621) + comment.

---

* Nicetae interpretationem Billianam iterum edidit Migne in P. G. 127, [1177]-1480, sed scholl. selecta in non nullas orationes plane omisit, quare ad veterem potius editionem lectorem remittendum censuimus.

Ἐγκαίνια ἐπὶ ναοῦ — εἰς τὸν καινὸν ἐκεῖνον βίον ἀπέλθωμεν (Billius 1203-1224), praemisso argumento Τῆς πανηγυρικῆς ἰδέας — μέλλουσι γένεσθαι (Billius 1202 D 1-10). [4] (ff. 94-124v) orat. 41, in Pentecosten (P. G. 36, 428-452) + comment. Μετριοφρονῶν ὁ θεολόγος — ἑορτή τε καὶ ἀγαλλίασις (ed. D. Hoeschel, Homiliae quaedam sacrae Basilii M., Gregorii Nysseni, Nazianzeni etc., Augustae 1587, pp. 247-333 lin. 3 a. i.; latine apud Billium 1224-1265), praevio argumento Καὶ οὗτος ὁ λόγος — ἀπὸ τῆς αἰτίας (Billius 1224). F. 123 Nicetae commentario in vv. Ἤκουον δὲ μικρὸν ἐνταῦθα κτλ., qui inc. Καὶ τοῦτο τῆς βίβλου τῶν πράξεων, des. vero μὴ ἐπαΐειν τῶν λεγομένων (Hoeschel 328-329), illa subduntur διάφορὰν δὲ χαρισμάτων — πόλεμον μὴ ἐγείραντα, quae Billius (1263 D 3-1264 A 12) a Niceta abiudicat. [5] (ff. 124v-147v) orat. 38, in Theophania, εις τὴν ἁγίαν τοῦ Χριστοῦ γέννησιν cod. (P. G. 36, 312-333) + comment. Τὸ, Χριστος ὄνομα — πάντας δεσμίους γῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ κτλ. (Hoeschel 20-84; latine apud Billium 979-1010), cum argum. Τὸν παρόντα πανηγυρικὸν λόγον — σφόδρα ἠκρίβωται (Hoeschel 20; Billius 979). [6] (ff. 147v-206) orat. 43, in laudem Basilii Magni (P. G. 36, 493-605), praeposito argum. Ὁ προκείμενος οὗτος λόγος — καὶ ἐπιτάφιος ὠνομάσθη. Nicetae commentario Παθαινομένης καὶ ἀπολοφυρομένης διαθέσεως — ἔχων ἐπαίνου τί ἄξιον: ὦ ἡ δόξα κτλ. ex parte dum taxat ap. Billium evolgato (768-785), historiae sedecim interseruntur ex interpretatione ⟨Nonni⟩ plus minusve pendentes, rubris titulis margg. adpictis distinctae, quarum prima (f. 150v) περὶ Πέλοπος inscripta, inc. Πέλοψ υἱὸς γέγονε Ταντάλου Φρυγίας βασιλέως, des. καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῶν Πελοπίδων (cf. P. G. 36, 1060 A 1-B 4), ultima (f. 170v) περὶ τῶν γιγάντων nuncupata, inc. καθὼς ὁ μῦθος λέγει περὶ τῶν γιγάντων· μυθεύεται γὰρ ὅτι Κάδμος, des. ὑπ᾿ἀλλήλων αὐθημερὸν διέφθάρησαν (omnino discrepat a P. G., ib. 1064 B 11-C 4). [7] (ff. 206v-226) orat. 39, in sancta Lumina (P. G. 36, 336-360) + comment. Διὰ τοῦ παλιν συναπτει ὁ θεολογος — νῦν ὑπὸδέξασθε· ἐν αὐτῷ Χριστῷ κτλ. (Billius 1010-1038), praeeuntibus argumentis duobus, quorum prius Καὶ οὗτος ὁ λόγος· κατὰ Κωνσταντίνου πόλιν ὁμοίως edit. (Sajdak 170) longius est, add. enim in fine vv. ἔστι δὲ τῆς πανηγυρικῆς ἰδέας — ἐπὶκέκραται τούτω, alterum vero Πανηγυρικῆς ἰδέας καὶ οὗτος ὁ λόγος — διὰ τοῦ βαπτίσματος legitur ap. Billium (1010). [8] (ff. 226-269) orat. 40, in sanctum baptisma (P. G. 36, 360-425) + comment. Χθὲς φησί, τὰ φῶτα ἑωρτάσαμεν· καὶ γὰρ ἔπρεπε χαρῆναι — καὶ ὑμεῖς οἱ μανθάνοντες· ἐν αὐτῷ Χριστῷ κτλ. (Billius 1038-1090), praecurrente argum. Ὁ παρὼν οὗτος λόγος, ἀγονιστικῶς — ἐγκλεισάσης αὐτόν (Billius 1038). [9] (ff. 269-298v) orat. 14, de pauperum amore (P. G. 35, 857-909) + comment. Οἰκείως τοὺς ἀκροατὰς — διαρκέσοντο, καὶ ἐς τὸν μετέπειτα (Billius 655-683 + vv. ἢ καὶ

τὸν Χριστὸν τιμήσωμεν, μὴ τραπέζῃ κτλ. in fine), argumento Συμβουλευτικὸς μὲν ὁ παρὼν λόγος. προτρεπόμενος εἰς φιλανθρωπίαν — εἰς τὴν ὑπόθεσιν instructa (Billius 655). [10] (ff. 298v–318) orat. 16, in patrem tacentem (P. G. 35, 933-964) + comment. Διατί φησὶ καταλύεται τὴν ἐπαινουμένην τάξιν — τὰ ἡμέτερα προσοίοντος τῷ θεῷ· ᾧ ἡ δόξα (Billius 645-654; adverte Nicetae commentarior. in hancce et in sequentes oratt. partes tantum Billium edidisse), cum argum. Οὗτος ὁ λόγος εἴρηται τῷ ἁγίῳ — ἀμοιρεῖ θεολογίας (Billius 645). [11] (ff. 318-334) orat. 15, in Machabaeos (P. G. 35, 912-933) + comment. Ἐζητεῖτο παρὰ πολλοῖς — ὁ ἐξουθενῶν με ἀτιμασθήσεται (Billius 795-798), praemisso argum. Ἐν ταῖς Μακκαβαϊκαῖς βίβλοις — κατῆγον το γένος (Billius 795). [12] (ff. 334-345) orat. 24, in s. Cyprianum (P. G. 35, 1169-1193) + comment. Παρ' ὀλίγον φησὶ παρῆλθεν — εἰς μίαν σύστασιν, ἡ αὐτή (Billius 688-692), praefixo argumento Ἀνωτέρων Ναζιανζοῦ — ἐγκώμιον προσεφώνησεν (ut in cod. Pii II supra adl., cfr. Sajdak 210, Billius 688). [13] (ff. 345-359v) orat. 19, ad Iulianum tributorum exaequatorem φίλον αὐτοῦ ὄντα add. cod. (P. G. 35, 1044-1064) + comment. Τίς ἡ τοσαύτη φησὶ τυραννὶς καὶ βία — τὴν μίαν δόξαν τῆς ἁγίας τριάδος· ὅτι αὐτῇ ἡ δόξα (Billius 541-546), praefixo argumento Τισὶ μὲν δοκεῖ δικανικὸς — τῶν δημοσίων φόρων διορθωτήν (Sajdak 169; Billius 541). [14] (ff. 359v-384v) orat. 42, Supremum vale (P. G. 36, 457-492) + comment. Πῶς φησὶν ὦ ἐπίσκοποι — ἡ χάρις τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μετὰ πάντων ὑμῶν (Billius 919-933), praeeunte argumento Οἱ ἑκατὸν πεντήκοντα ἐπίσκοποι — ὀρθῶς αὐτῷ πεπραγμένων (Sajdak 172-173; Billius 918 A 4-D 7). [15] (ff. 384v-390) orat. 11, ad Gregorium Nyssenum (P. G. 35, 832-841) + comment. Ἀπὸ χρείας τὸ προοίμιον — ἐν δικαιοσύνῃ τουτέστιν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ἀμήν (P. G. 36, 969 C 6-984 C 13). [16] (ff. 390-415v) orat. 21, in laudem Athanasii (P. G. 35, 1081-1128) + comment. Ἀπὸ συλλογισμοῦ τὸ προοίμιον — καὶ στῆσον μετὰ σοῦ ἐν αὐτῷ Χριστῷ ᾧ ἡ δόξα κτλ. (Billius 785-794), praecurrente argumento Ὁ παρων λόγος καθαρὸν ἐστιν ἐγκώμιον — πρὸς Κύριον ἐξεδήμησεν (fere ut in cod. Pii II laud., cf. Sajdak 210; Billius 785 B 4-C 3). In f. 397, s. XV subpleto, non omnia quae deerant subpeditantur, deficiente scriptura in media pag. aversa.

Codex umore foede laesus atque conmaculatus fasciculos saltem 52 conplectebatur, omnes 8 folior., in medio marg. inf. primae singulorum paginae (non ab ipso scriba neque eius aetate) graece subputatos; notae tamen haud paucae, praecipue libri initio, perierunt. Inscriptiones, litterae maiores et maximae, argumenta orationibus praefixa (non semel), illa denique κείμενον et ἑρμήνεια margg. adscripta, plerumque rubro, sed interdum et caeruleo colore exarata. Folia conplura, quae iam saec. XIV effluxerant

(cf. notam λείπει φύλλα ff. 29v. 36v), vir ille subplevit, ut videtur, qui emendationes inter linn. et in oras passim iniecit, idemque textum, praesertim ad margg. pessum datum, laciniis chartac. adglutinatis saepe refecit (ex. gr. ff. 24v sqq.). Alia manus longe recentior, saec. XVI nimirum exeuntis, currenti calamo quae tunc temporis desiderabantur subfecit, foliis novis adsutis et plagulis; quo fere tempore singulas chartas, notis numeralibus graecis iam instructas, nescio quis arabica serie distinxit. Nostra tandem aetate, folia quae ad interitum ruebant charta translucida contecta, margines consumpti vel terebrati taeniolis chartac. sarti sunt (cf. ff. 20 sqq.).

Officinar. chartar. insignia in foliis subpletis dumtaxat cernuntur, ex. gr. [a] (ff. 6+5) ancora circulo inscripta cum desuper stellula sex radior. + litt. P B et flosculus trium folior.; [b] (f. 45) trimontium circulo insertum, cui circulo crux latina superstat (maxime adced. ad nr. 11859 ap. Briquet).

F. I index graecus, cui subest nota *collegij Graecoru(m)*; inferius *1527*, quo num. liber est insignitus post codices Conlegii Athanasiani in Vaticanum translatos. In charta tertiae parti praemissa (i. e. ante f. 226) praeter notam possessionis mox adlatam leges *Pars secu(n)da* (eadem manu), ex quo patet Nicetae comment. tunc in duo tantum volumina dispertitum esse. In acie externa folior. partium 2-3 inscriptiones perquam evanidae, quas enucleare haud contigit.

Antiquas folior. enumerationes neglexims, novam typis inprimendam curavimus.

Codicem obiter memorat P. Batiffol, *La Vaticane depuis Paul III* in *Revue des questions historiques* XLV (1889), pp. 183 n. 1 et 191, breviter describit Sajdak, op. cit., p. 154.

Integumenta ex simplici membrana; in dorso partium 1-2 tesserae gentiliciae Leonis XIII P. M. et Io. Ba. Pitra card. byblioth. (1869-1889), in dorso partis tertiae scutum Pii IX P. M.

1497 (olim 1515). Saec. XVI ex., chartac., mm. 299 × 205, ff. V. 252, linn. 29.

1 Bessarionis [1] (ff. 1-29) de processione Spiritus sancti (P. G. 161, 321-405). F. 1 marg. inf. notatur *οὗτος ὁ λόγος, ἀληθῶς ἐρρέθη ἀντίδοτον· ἀντίδοτον γάρ ἐστιν τοῖς δηχθεῖσι· καὶ δια τούτου δύνανται ἰαθῆναι, εἰ μόνον θελήσουσιν* (ut in cod. Monac. gr. 27, cfr. Hardt, I, 141-142). [2] (ff. 29v-43v) apologia inscriptionum Becci (P. G. 161, 244-288), sub tit. *τοῦ μακαριωτάτου Ἰωάννου Βέκκου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως ἐπιγραφαί, εἰς ἃ συνελέξαυτο* (sic) *ῥητὰ περὶ τῆς τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐκπορεύσεως*, inc. *Χρήσεις* (*Ῥήσεις* ed.). [3] (ff. 43v-46) ⟨refutatio Maximi Planudae⟩, omisso excerpto ex Demetrio Cydonio (ib. 309-312 B 3 + 312 C 8-317). Iteratur in ff. 46v-49, quorum primum in marg. ext. excerptum mox laud. exhibet sub tit. *κυρ(οῦ) Δημητρίου τοῦ Κηδων(ΐ) πρὸς τὰ τοῦ Πλανοὐδ(ΐ) κεφάλαια ἐξ οἰκειοχείρων γραμμάτων*. [4] (ff. 49v-50v) epistula ad Theodorum ⟨Gazam⟩, inc. *Ἃ μὲν περὶ τῆς ἀκρισίας*, des. *αὐτὸς ἂν εἰδείης* (cf. P. G. ib. CXLVII-CXLVIII n. *α*). [5] (f. 51-51v) *πρὸς τὰ Πλήθωνος* (conr. [!] al. man. in *Πλάθωνος*) *πρὸς Ἀρι-*

στοτέλην περὶ οὐσίας, inc. Εἴ τις ἁπλῶς τὲ ἅμα καὶ ἀκριβῶς, des. προσθετέον τὴν ψῆφον (cf. ib. CXLIX-CL, nr. 16).

2 s. Augustini [1] (ff. 52–61) excerpta de processione Spiritus sancti ex tractat. in Iohannem desumpta (P. G. 147, 1131-1158), sub inscript. πρὸς Ὀρώσιον τοῦ Αὐγουστίνου περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, εἰς τὸ ῥητὸν τοῦ εὐαγγελίου τὸ λέγον· ἐὰν γὰρ ἐγὼ μὴ ἀπέλθω ὁ παράκλητος οὐκ ἐλεύσεται πρὸς ὑμᾶς (Ioh. XVI, 7): + ὡς παρὰ τοῦ σοφωτάτου μου κυρίου ἀκήκοα τοῦ καρδηνάλ(ι) (cf. *Gennade Scholarios* etc., edd. Petit-Sidéridès-Jugie, v. III, Parisiis 1930, p. XLVII n. 3), καὶ οὗτος ὁ λόγος τοῦ ἁγίου Αὐγουστίνου ἐστί (cf. M. Rackl in Miscell. Ehrle t. I, pp. 27–28); [2] (ff. 61ᵛ–64) e libro de cognitione verae vitae* excerptum (P. G. 150, 32-40; exstat quoque in v. 147, 1157–66) sub tit. τοῦ αὐτοῦ Αὐγουστίνου ἐν τῷ βιβλίῳ τῷ περὶ τῆς γνώσεως τῆς ἀληθοῦς ζωῆς ἐπιγραφομένῳ ἐν ᾧ ὡς ἐν διαλόγῳ· ἐρωτῶσι μὲν οἱ ἀδελφοί, ἀποκρίνεται δὲ ὁ διδάσκαλος (P. G. 150, 32; cf. Rackl in op. laud., pp. 35–36).

3 Gregorii ⟨Mammae⟩ [1] (ff. 64–79ᵛ) ad imperatorem Trapezuntis (P. G. 160, 205–248), [2] (ff. 80–108ᵛ) apologia contra Ephesii confessionem (ib. 13–109), [3] (ff. 109-140) responsio ad epistulam Marci Ephesini (ib. 112–204). Animadversionum non nullarum, quae in margg. inde a f. 106 obcurrunt, auctor bis laudatur (ff. 106. 107ᵛ) Iohannes Plusiadenus (Πλ/νου, ms.), quo de v. sis L. Petit, *Joseph de Méthone* in *Dict. de théol. cath.* VIII², coll. 1526-1529; una (f. 111) inc. ὅρα πῶς ὁ ἅγιος οὗτος (Gregorius Mamma sc.) τὸ ἀληθὲς φάσκει (cf. ⟨M. Jugie⟩ in Gennadii Scholarii ed. laud., t. III, p. XLVII et ib. n. 4).

4 s. Maximi confessoris [1] (f. 140ᵛ–141ᵛ) epistula ad Marinum (P. G. 91, 133-137), cui subditur, vv. καὶ μεθ' ἕτερα dum taxat praefixis, (ff. 141ᵛ lin. ima–142) epistula Romae scripta (ib. 137–140 et cfr. ib. n. 87).

5 (ff. 143-183) **Georgii Scholarii** refutatio Marci Ephesini (P. G. 161, 12-137; *Gennade Scholarios*, ed. laud., v. III, pp. 476–538).

6 Bessarionis [1] (ff. 183ᵛ–214ᵛ) refutatio Marci Ephesini (P. G. 161, 137–244), eadem ratione, ut vid., atque in cod. Monacen. 27 (cf. Hardt I, pp. 148-149; P. G. ib., 141–142 n. 7), praemissis (f. 183–183ᵛ) nota Ἰωάννου ἱερέως Πλ(ουσιαδην)οῦ, inc. ταῦτα τὰ κεφάλαια, des. ἀρκεσθεὶς λόγοις (edd. Hardt I, 148–149, et ⟨M. Jugie⟩ in *Gennade Scholarios* etc., v. III, p. XLVII n. 5), nec non admonitionibus duabus (P. G. ib., 142 n. 7), summo et imo margg. f. 183ᵛ inscriptis. Schemata aliquot oris adpicta cernes, ex. gr. ff. 187. 205. 207ᵛ etc. Adcedunt (f. 215) ἐπιχείρημα τῶν Γραικῶν et ἀπόκρισις τοῦ Σχολαρίου (re autem vera Latinorum), omnino ut in cod. Monacensi laud., f. 257–257ᵛ (ed. in *Gennade Scholarios* etc., t. III p. 76–77: cf. ib.

pp. x–xi). [s] (ff. 216–222v) encyclica ad Graecos (P. G. ib., 449–480), cuius in fine legitur *τὸ παρὸν γράμμα, κατὰ λέξιν ἐξισάζει τῷ πρωτοτύπῳ* (cf. Hardt, p. 150).

7 (ff. 223–226v) **Nicolai V papae** epistula ad Constantinum Palaeologum (*τὸν λεγόμενον Δραγάσην* adscripsit titulo m. paullo recent.; P. G. 160, 1201–1212).

8 **Georgii Trapezuntii** [1] (ff. 227–240) de una et catholica ecclesia (P. G. 161, 829–868), [2] (ff. 241–245) epistula ad Iohannem Palaeologum (ib. 896–908).

9 opuscula diversa [1] (f. 246–246v) de articulis fidei, inc. *Νοητέον ὅτι τὰ ἄρθρα*, des. *ζωὴν αἰώνιον ἀμήν*; [2] (ff. 246v–247) de diversis articulis, inc. *Τὸ πρῶτον ἐστὶ, περὶ τῆς συλλήψεως*, des. *κρίναι ζῶντας καὶ νεκρούς*; [3] (f. 247–247v) de ecclesiae sacramentis septem, inc. *Ἰδόντες περὶ τῶν ἄρθρων διὰ βραχέως*, des. *πληρεστάτως περιέχεται*; [4] (f. 248) de amicitia, inc. *Ὅτι τῆς φιλίας τρία ἐστὶν εἴδη*, des. *δύναται ἐφαρμόσαι*; [5] (f. 248–248v) de generatione infantium, inc. *Διὰ τοῦ σκαλληνοῦ ἀποδεικνύομεν*, des. *κατὰ ἀνακύκλωσιν*; [6] (ff. 248v–250v) Isaaci monachi Argyri de facultatibus animae, inc. *Δεῖ δὲ καὶ τοῦτο γινώσκειν*, des. *τὸ ἡμέτερον αὐτεξούσιον*. Haec sex opuscula invenies etiam in cod. Monacen. 27, ff. 255–256. 268–270; cfr. et Marcianum 589 (Zanetti, p. 309).

Ff. II–IIIv, paullo minoris moduli, latina quaedam continent de catholicis patriarchis in Oriente constitutis post Urbem captam, inc. *Orientalis ecclesia quatuor tantum Patriarchas*, des. *non multo post in Domino quievit.*

Fasciculi numero triginta duo (quaterniones omnes, supremo excepto 5 ff.) ipsa librarii manu graece signati sunt ad ang. inf. ext. primae singulorum paginae; notae tamen α'-β', margine a bybliopego resecta, perierunt. Initio chartas duas add. invenies (nn. I et IV hodie prae se ferentes), quae inter totidem ff. paullo minoris formae (v. in enarrat.) posita sunt. Tituli, ornamenta (cf. ex. gr. ff. 1. 46v. 80), litterae maiores atque maximae rubro picta, aeque ac lemmata et animadversiones pleraeque ab ipso scriba margg. iniectae. Manus recentiores saltem tres hic illic subplem., conrect., coniect., animadvers. adpinxerunt: ([a] ff. 2. 37. 38v; [b] ff. 24. 34v. 54v. 154; [c] ff. 141. 148). Officinar. chartar. quae vidimus insignia: f. III scutum columellam exhibens, crucula superinposita; f. IV circulus transverse sectus, cui superstat crux (cf. Briquet n. 3045); ff. V sqq. ancora circulo inscripta, cui superinponitur stellula radior. sex, et litterae FC, quas inter flosculus trium folior. surgit (cf. Br. n. 514); ff. 41 sqq. angelus circulo inclusus, stellula sex radior. superinposita atque litterae ƎE cum flore trium folior. (cf. Br. n. 643); ff. 64 sqq. circulus parvulus linea derecta sectus in stellulam desinente (cfr. Br. n. 3075) atque litterae ZM; ff. 176 sqq. galerus praelaticius atque litterae A P.

F. I in ang. sup. dext. libri nota antiquior *1515*, qua instructus est post bybl. Collegii Graecorum in Vaticanum translatam; ib. sinistrorsum *Fran(cisc)o ⟨de⟩ la m(ad)re de Dios* (an unus ex duobus, quorum meminit Bibliotheca Carmelitana [2], I, Romae 1927, col. 506, nn. LXVII et LXVIII ?), infer. vero *Greg(ori)us Protosyncell(us) P. C / Trapez(untius) de process(io)ne* atque, al. m., *Collegij Graecoru(m)*. F. III^{v}, ad calcem notitiae laud. de catholicis patriarchis in Orientis regionibus post C.polim captam, obcurrit animadversio Gasparis Viviani, ep. Anagnini (quo de vide sis P. Batiffol, *La Vaticane depuis Paul III*, in *Revue des questions histor.* XLV [1889], pp. 180 et 187–188 nec non C. Korolevskij, *Les premiers temps de l'histoire du Collège grec de Rome* [1576–1622], in *Stoudion* IV [1927], p. 90 et ib. n. 3): *Ceteri Patriarchę qui deinde a s.^{mo} D. N. Papa electi fueru(n)t / omnes In Italia manseru(n)t. propterea Alumnor(um) Collegij / Greco-r(um)* (!) *Romę opus id principale erit, ut Cath(oli)cam doctri/nam ubiq(ue) p(er) Orientem doceant*; infer. *Gaspar Viuianus Vrbinas ep(iscop)us olim Sitiensis In Cręta* (!), / *modo Anagninus In Latio, Hęc Notauit. /: — M. DCJ:* — Idem Vivianus summo marg. f. II scripserat *Gręcor(um) Auctor(um) opus ad Catholicę Veritatis defensionem*, quae vv. omnia in libro contenta respiciunt. F. IV^{v} ✠ / *Gręcor(um) Coll(egi)o Romę Gasp(ar) Viuianus Vrbinas / Ep(iscop)us Anagninus. / dono dedit.* F. V–V^{v} index graecus imperfect., manu, ut mihi vid., Io. Matthaei Caryophylli. F. 1 superne adnotatur τοῦ αὐτοῦ (i. e. Bessarionis; an quod liber, e quo noster est descriptus, initio Bessarionis aliud quoddam opus, a nostro scriba praetermissum, exhibebat, ut ex. gr. ms. Vat. gr. 1428 ?). F. 40, codicem si inverteris, notulam ferro glutinatoris decurtatam summo marg. cernes δοκιμιον του χαρ(τίου). Ff. 142^{v}. 215^{v}. 240^{v}. 245^{v}. 251–252 scriptione carent.

De codice pauca praebet P. Batiffol, op. cit., pp. 183 n. 1 et 188.

In dorso integumenti, simplici membrana vestiti, scuta Pii IX P. M. et Io. Ba. Pitra, card. bybl. (1869–89).

1498 (olim 1518). Saec. XV, chartac., mm. 292×215, ff. III. 251 (+ 218^{a}), linn. 7-18.

1 (ff. 8–27) **Porphyrii** isagoge (cod. εἰσαγωγή, περὶ τῶν έ΄ φωνῶν), cum glossis interlin., diagrammatis et comment. margin. ex ⟨Ammonii⟩ interpretatione desumpto, eadem ratione, ut vid., atque in cod. Taurinen. 129 c. V. 21 (cf. Ammonius in Porphyrii isagogen sive V voces, ed. Busse, Berolini 1891, pp. XXIII–XXV). Schol. primum (cuius initio m. poster. adnotavit + τοῦ ψελλοῦ) inc. Διατί ἀπροσδιορίστως εἰσαγωγήν, des. τῆς λογικῆς εἶναι εἰσαγωγήν (integrum evolgavit Busse, op. cit. p. XXIV linn. 12–8 a. i.; cf. ib. p. 23 linn. 2 sqq.). Praemittitur (ff. 1^{v}–6^{v}) eiusdem Ammonii prohoemium, ab ed. (Busse, 1–23) inde a vv. προνοούμενος, ἔγραψε τουτὶ τὸ βιβλίον (ib. 20 lin. 19) diversum (cfr. Busse, p. XXIII in fine), des. in vv. καὶ μόνος τὰς ἐπιστήμας διδάσκεται.

2 ⟨**Aristotelis**⟩ organi pars scholl. anonymis inter lin. brevissimis, longioribus ad margg. (diagrammatis quoque adiectis) explanata:

¹ (ff. 28ᵛ–64) ⟨categoriae⟩, praefixis (ff. 27ᵛ–28) Aristotelis vita ps.-Ammoniana (ed. Rose, Aristot. qui ferebantur librorum fragmenta, Lipsiae 1886, pp. 437–441) nec non (f. 28) ex ⟨Io. Philoponi⟩ prolegomenis excerpto, inc. *Σκοπός ἐστιν ἐνταῦθα τῷ Ἀριστοτέλει, περὶ ἁπλῶν εἰπεῖν φωνῶν*, des. *τοῦ προτέρου τοῦ ἔχειν, καὶ τῶν ἑτέρων* (Comment. in Aristotelem graeca XIII, 1, Berolini 1898, pp. 12, 9–13, 19). Schol. I inc. *Τῶν πραγμάτων, τὰ μὲν, κοινωνεῖ*, des. *λεγέσθω φησί, καὶ οὐ λέγεται.* ² (ff. 67–91) de interpretatione, praecurrente (ff. 64ᵛ–66) ⟨Ammonii⟩ prohoemio *Πολὺ μὲν ἐν σοφοῖς καὶ οὐκ ἀνώνυμον* usque ad vv. *βουλόμενος τῆς διδασκαλίας* (Comment. in Aristot. graeca IV, 5, Berolini 1897, pp. 1–17, 13) cum additamento *Θορυβοῦσι τινὲς περὶ τῆς μερικῆς ἀποφατικῆς τῆς οὐ πᾶς — διαφωνήσει δὲ πρὸς τὴν μερικὴν κατάφασιν*, cui subditur (f. 66–66ᵛ) Isaaci monachi Argyri admonitio ⟨*περὶ τῶν δ´ προσδιορισμῶν*⟩, inc. *Πλὴν περὶ τῶν δ´ προσδιορισμῶν, καθολικὸν τοῦτον ἰστέον κανόνα*, des. *τῆς τοῦ ῥητοῦ σαφηνείας ἀρκτέον* (cf. cod. Ambros. 124, f. 25ᵛ [Martini — Bassi I 124] et Regin. 116, f. 28ᵛ [Stevenson 82]). Schol. I inc. *Τὸ θέσθαι νῦν ἀντὶ τοῦ ὁρίσασθαι*, des. *τοὺς ὁρισμοὺς τῶν ἀποδείξεων.* ³ analyticorum priorum (ff. 94–173ᵛ) lib. I et (ff. 174–211) lib. II, def. in vv. *ἐναντία· προτείναντος δή*, in medio cap. XXVIII [XXVI]. Praecedit (ff. 91ᵛ–94) prohoemium *Καὶ ἐν τοῖς προλαβοῦσι μὲν τοῦ Ἀριστοτέλους συγγράμμασιν*, in quo consarcinantur ᵃ) ex Philoponi praefatione excerpta usque ad vv. *τοῦ συμπεράσματος ἕνεκα· καὶ ταῦτα μὲν κτλ.* (Comment. in Aristot. graeca XIII, 2, Berolini 1905, pp. 1–6, 14), ᵇ) anonymi synopsis de syllogismis usque ad vv. *ὁ ἄνθρωπος ἄρα οὐσία*, ab edit. (post Io. Philoponi comm. in priora analytica Aristot. etc., Venetiis 1536, pp. XXXXII-XXXXIII lin. 27) multum discrepans, ᶜ) additamentum *Τινὲς βούλονται λέγειν, ὅτι κυρίως οὐκ ἀπέδωκεν ὁρισμὸν — εἰς πολυλογίαν ἡμᾶς παρενεγκούσαις.* Schol. I inc. *Ἐν τῷ πρῶτον εἰπεῖν, κατὰ ἔθος Ἀττικῶν*, des. *τὰ τοιαῦτα προσφέρειν.* ⁴ (ff. 217ᵛ–245ᵛ) analyticorum posteriorum lib. I, def. in vv. *ἡ μὲν ΓΒ πρότασις, ἀληθής· ἡ δ᾽ ἑτέρα, ψευδής* (sub fin. cap. XVI). Praeit (f. 217) anonymi prohoemium *Σκοπός ἐστιν ἐνταῦθα τῷ Ἀριστοτέλει περὶ τοῦ ἀποδεικτικοῦ καὶ ἐπιστημονικοῦ διδάξαι συλλογισμοῦ — ἀεὶ τῶν δυσχερεστέρων προτάττονται* (Comment. in Aristot. graeca XXI, 1, Berolini 1907, pp. VII-VIII). Schol. I inc. *Ἡ διδασκαλία καὶ ἡ μάθησις*, des. *λογικὴ λέγεται.*

Non nulla in Porphyrii textu omissa subplevit f. 19 m. fere coaequalis.

Quaterniones num. 31 ab ipso scriba, ut mihi vid., litteris graecis distincti sunt ad ang. inf. ext. ultimae et ad ang. sup. ext. primae unius cuiusque fasciculi paginae. Litterae maiores et maximae, tituli, ornamenta (non ineleganti calamo delineata, cf.

ex. gr. ff. 1ʳ. 8. 28ᵛ), numm. quibus scholia instruuntur, glossae inter lineas iniectae rubro pigmento sat evanido descripta. Scholl. occupant paginar. partem super., exter-nam, infer. Chartarum signa: [a] (ff. 7. 10. 60. 71 etc.) bucina (cf. Briquet n. 7685), [b] (ff. 139. 144. 165. 190 etc.) circinus (cf. Br. n. 4462), [c] (ff. 224. 235 sqq.) stella radiorum sex (cf. Br. n. 6024); in foll. additis (l. 248-249) trimontium cui superinponitur crucula (Br. 11702). Ff. II-IIIᵛ. 7. 211ᵛ-216ᵛ. 246-251ᵛ pura.

Operculi anter. av. in ang. inf. ext. nota *10*, qua codex signabatur in bybl. Collegii Graecorum; ib. superne adglutinata est scidula mm. 50 × 205 cum inscriptione *Pselli expositio in logicam signat(a) n.° X. F. 1 Collegij Graecor(um)*; in facie aversa summo margine n. *1518*, quo liber distinguebatur post codicum graecorum syllogen Athanasianam in aedes Vaticanas translatam. In acie folior. inf. vix aegreque leges Ὄργανον τῆς φιλοσοφίας, in resectione super. λογικὴ τοῦ Ἀριστοτέλους.

Librum memorat P. Batiffol, *La Vaticane depuis Paul III* in *Revue des questions historiques* XLV (1889), pp. 183 n. 1 et 191 (« un Michel Psellus » !).

Tabulae roseo tergore obductae ligaminum fibularumque vestigia tantum retinent.

1499 (olim 1519). Saec. XV ex., chartac., mm. 275 × 203, ff. II. 39, linn. (ff. 1-8ᵛ) 33, (ff. 9-39ᵛ) 38-44.

1 (ff. 1-4ᵛ) s. **Athanasii Magni** * quaestiones ad Antiochum ducem XIX, i. e. 1-2. 10-12. 18-24. 27-28. 30-31 (in unam coactae). 33. 35. 47 (P. G. 28, 597 C 7-628 C 13), quarum primae subditur excerptum s. Gregorii Nazianzeni: *Καὶ ὁ ἅγιος θεολόγος ὁ Γρηγόριος εἰς τὸν β' εἰρηνικὸν αὐτοῦ λόγον* (re autem vera in orat. III de pace, P. G. 35, 1164 A 9-11) *οὕτω φησί· θεὸν ἕκαστον — τῆς φύσεως.*

2 (ff. 4ᵛ-6) orationis dominicae interpretatio, ex catena quadam, ut videtur, desumpta, inc. *Τὸ μὲν ὁμολογεῖ⟨ν⟩ τὸν θεόν*, des. *ἀφήσει καὶ ἡμῖν ὁ ⟨πατὴρ ἡμῶν ὁ⟩ οὐράνιος ἐν κυρίῳ τῷ θεῷ ἀμήν.* Auctor scholior. saepe affertur Iohannes ⟨Chrysostomus⟩ (cf. cod. Messan. 78, f. 360ᵛ [Mancini, p. 138]: qui codex cum nostro in multis consentit).

3 (ff. 6ᵛ-7ᵛ) beatitudinum evangelicarum explanatio, inc. *Τὴν τἀπεινωφροσύνην προβάλλεται*, des. *τὰ ἐκείνων πάθη* (cf. Mancini, loc. cit.), quam excipiunt

4 ⟨s. **Athanasii Magni**⟩ * [1] (ff. 7ᵛ-8ᵛ) quaestiones 44-46 in N. T. (P. G. 28, 725 C 7-729 A 7; nn. 44-45 in cod. conflantur, n. 46 edit. est plenior), [2] (f. 8ᵛ) interpretationes ex V. T., quaest. 55 (ibid., 733 B 6-C 12).

5 (ff. 9-12ᵛ) ex vita s. Niphontis, archiep. Constantiae in Cypro, capita delecta novem (ut in cod. Messan. cit.), quorum primum inc. *Ὁ μακάριος καὶ δοῦλος τοῦ θεοῦ... ἔλεγέ μοι· βλέπε τέκνον, φύλαττε σεαυτὸν ὅτε ἵστασαι εἰς σύναξιν*, des. *αἰσχυνόμενος τοὺς ἀγγέλους τοῦ θεοῦ* (vide sis cod. Vat. gr. 2086, ff. 62 lin. 10 a. i. — 63 lin. 8 a. i.), postremum inc. *Ἔλεγε*

δὲ καὶ τοῦτο ὁ δίκαιος· ὡς ἐν μιᾷ ἱστάμενος, des. *τὰ τοῦ διαβόλου ὑπομνήματα* (ibid. ff. 98 lin. 4–99v lin. 9).

6 **s. Iohannis Chrysostomi** * [1] (ff. 13-14v) in Adnuntiationem (P. G. 50, 791-96) [*λόγος νη'* cod.], [2] (ff. 15-17v) in Ramos palmarum (P. G. 61, 715-20), *λόγος β*os *εἰς τὴν ἔγερσιν τοῦ Λαζάρου· καὶ εἰς τὴν ἑορτὴν τῶν βαΐων* cod. [*λόγος νθ'*].

7 **s. Gregorii Nazianzeni** [1] (ff. 17v-22v) orat. 38, in Theophania (P. G. 36, 312–33), *εἰς τὴν Χριστοῦ γέννησιν* cod. [*λόγος ξ'*], [2] (ff. 22v-28) orat. 39, in sancta Lumina (ib. 336-60), *εἰς τὰ ἅγια Θεοφάνια* cod. [*λόγος ξα'*].

8 (ff. 28-30v) **s. Iohannis Chrysostomi** * de Obcursu D. N. Iesu Christi (P. G. 50, 807–12); vv. *χορηγεῖται· τὸ δὲ ἅγιον βάπτισμα — τὸ εἰρημένον ἐν νόμῳ κυρίου* (ib. 808 n. *d* et lin. 21 a. i. — 809 lin. 33) desiderantur in cod., casu fortasse fol. unius in archetypo.

9 (ff. 31-32) **Timothei** ep. Alexandrini responsiones canonicae *ε', η'-ι', ιβ'-ιγ'* cum interpretatione Theodori Balsamonis (edd. Rhallis et Potlis, Syntagma canonum IV, 334-339), cod. *ἀπόκρισις κανὸν* (!) *Τιμοθέου... ἑνὸς τῶν ρ̄ν ἁγίων πατέρων τῶν ἐν Κωνσταντίνου πόλει συναθροισθέντων: ἐκλεξάμην τὶ μέρος ἐκ τῆς βίβλου καὶ συνέγραψα ταῦτα*, omnino ut in Messan. laud.

10 (f. 32-32v) **s. Iohannis Climaci** ex scala Paradisi excerpta duo, nempe *Δυνατὸν μὲν καὶ δεδεμένον — τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν* et *εἴ τις κόσμον ἐμίσησεν — ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν* (P. G. 88, 640 B 3-641 A 1 et 656 C 11-657 A 8), sub inscript. *περι τῶν μονηρη βίον* (ut in cod. Messan. saepius adlato).

11 (f. 32v) **s. Iacobi apostoli** ep. catholica V, 10–17, quam excipit (f. 33) evangelium sec. Iohannem I, 1-17.

12 (f. 36) s. **Iohannis Chrysostomi** ex ecloga de futuro iudicio, homil. 25, excerptum, inc. *Ὅταν οὖν ἴδῃς τινά*, def. in vv. *λυπείτω τὰ πράγματα· καλαί σου* (P. G. 63, 750 linn. 31-9 a. i.).

13 (ff. 36v-38v) **s. Ephraem Syri** de poenitentia (ed. Assemani III, 308-314), cod. *ἰωάννου... τοῦ Χρυσοστόμου λόγος εἰς τὸν μάταιον βίον τοῦ κόσμου τοῦτον κτλ.* Desunt sub fin. vv. *εὐτρεπισμένοι εἶναι — συναριθμηθῆναι* (ib. 313 E 2-F 5), conclusio autem brevior est quam in ed. Subditur (f. 39) eiusdem (? cod. *τοῦ ἁγίου Ἐφραί*) sententia *Οὐκ ὀλίγην ζημίαν — ὁ τῶν ποιμένων, ὕπνος*.

14 (f. 39) **s. Maximi confessoris** capita de charitate, centur. II n. 21 (P. G. 90, 989 D 1-992 A 3), cui subfigitur absque ulla distinctione

15 (f. 39-39v) ⟨**s. Gregorii Magni**⟩ dialogor. l. IV cap. *μα'*, ab ed. (P. L. 77, 394-395) in fine discrepans, des. *ἀξιωθῆναι, δύναται*. Quo absoluto, manu Francisci Accidae (v. infra) notatur *ἐν τῶδε βιβλίω εἰσιν ερωτοαποκρίσεις, καὶ λόγοι δεκα επτα: φιλλα μ̄*α: 40.

Conplectitur hodie quaterniones 5 (supremus 9 ff. constat): cum autem singulae chartae iam dissolutae recentioris glutinatoris artificio denuo conpactae sint (adverte ex. gr. ff. duo praevia, a subsequentibus aetate ac scriptione diversa, primo «quaternione» nunc conprehendi), quot olim fasciculi exstiterint quaeque eorum ratio fuerit satis non liquet. Adcedit quod liber, a cod. Messan. 78 haud dubie pendens (contentorum ordine paullum mutato, aliis scriptis insertis), frustulum multo maioris codicis videtur esse, qui homilias illas νζ′ per dominicas totius anni distributas, ut in Messan. laud. (cf. Mancini, p. 137) initio fortasse exhibebat; nam homil. quam sub n. 6 recensuimus notam numeralem νη′ prae se fert et imo f. 32ᵛ notatur τετράδια λβ′.

Antiquam chartarum subputationem erroneam neglexrimus, novam ad ang. inf. ext. singulor. folior. typis inprimendam curavimus. Officin. chartar. signum quod vidimus (ex. gr. f. 35) trutina est circulo inclusa, stellula radior. sex superinposita (cf. Briquet nr. 2522) + litt. BA (cf. f. 31). Litterae maiores et maximae rubro delineatae, ornamenta titulis inposita modo rubro modo rubro nigroque pigmento. Ff. 33ᵛ–35ᵛ pura. F. I summo βιβλιον. ιε^ον–, quo numero liber instruebatur in conlectione a Fr. Accida Pontifici oblata; infer. *Liber* (litt. quadr.).. *15. fol: XXXX* ~ / *P.* (litt. quadr.) / *Interrogationes Aliquę Athanasij / Ad Antiochum. cap: 17:* ~ F. II index latinus inperfectus (an m. Io. Matthaei Caryophylli?) et in ora inf. conlegii Athanasiani sigillum siglumque SA; in eodem f. averso latina dedicatio ad Sixtum V, m. Francisci Accidae, f. 39ᵛ ea ipsa dedic., sed graece. F. 37 summo *Collegii Graeci catal: inscri biblio.*

Integumentum simplici membrana contectum.

1500 (olim 1514). Saec. XIV (ff. 2–11 saec. XV), chartac., mm. 287 × 207, ff. IV. 223, linn. uti plurimum 36.

1 (ff. 2–11ᵛ) **Alexandri Aphrodisiei** in Aristotelis analytica priora lib. I, abrump. in vv. *ἐν ταῖς ἀντιστροφαῖς* (ed. M. Wallies, Berolini 1883, pp. 1–30 lin. 22).

2 (ff. 13–15) ⟨**Maximi Planudae**⟩ in Hermogenis rhetoricen prolegomena (Walz V 212–221; H. Rabe, Rhet. gr. XIV, Lipsiae 1931, 64–73). Marg. sup. f. 13 inscribitur definitio quaedam artis rhetoricae Georgio Scholario tributa: *ὁ [ἁ]γιώτατος* (prima litt. abrasa) *κῦρ Γεννάδιος ὁ Σχολαριος τὴν ῥητορικὴν οὕτως ὡρίσατο: ῥητορική ἐστὶ τέχνη — ποιοῖτο τοῦ λόγου τέλος, ὁ ῥήτωρ.*

3 (ff. 15ᵛ–38ᵛ) **Aphthonii** progymnasmata (ed. H. Rabe, Rhet. gr. X, Lipsiae 1926), ⟨M. Planudae⟩ scholl. intextis (W II 9 linn. 21–68). Praeeunt (f. 15) *προλεγόμενα τῶν προγυμνασμάτων*, edit. (ibid. 5-9) longe breviora (eadem ratione atque in cod. Vindob. 238, cf. Walz, loc. cit., in notis), quorum in fine exscribuntur *οἱ ὅροι* nec non exempla quibus Aphthonius in libello concinnando usus est. F. 35 omittuntur scholl. in cap. cui titulus *ὅρος θέσεως* (notula marg. inf. adpicta docet: *ἡ ἐξήγησις τῆς θέσεως ἐγράφη ἐν τῇ ἀρχῇ* (v. in fine huius enarrationis) eorumque in locum pauca subficiuntur

ἐξ ἄλλου βιβ[λίου] (monet ipse scriba in ora ext.), inc. *Ὅτι ἡ θέσις, κοινωνεῖ τῷ κοινῷ τόπῳ*, des. *τὸ τῆς συμβουλῆς ἴδιον διαφυλάττοιτο* (cf. W II 660 linn. 5–23).

4 (f. 38v) *πῶς ἐπιγνωσόμεθα τὰς στάσεις* (W V 231). Sequitur (f. 39) schema *πᾶν τὸ κρινόμενον — ἢ ἀφανές ἐστι καὶ ποιεῖ στοχασμόν* (cf. Vat. gr. 109, f. 18v apud Mercati-Franchi de' Cavalieri, p. 129).

5 **Hermogenis** rhetorice (ed. H. Rabe, Rhet. gr. VI, Lipsiae 1913, pp. 28–456), scholl. intextis ⟨Maximi Planudae⟩ nec non eiusdem prolegomenis (W V 232–576) inlustrata: [1] (ff. 39v–82v) ⟨*περὶ τῶν στάσεων*⟩ (excipitur schol. *τὸ πάλιν οὐκ ἀργόν — πάντῃ ἀσύστατα*, W., vol. cit., 244 linn. 1–28 [cf. n. 41]), subfixa (ff. 82v–83) anonymi commentatione in cap. *περὶ ἀμφιβολίας* (W IV 845–846), [2] (ff. 83–121v) *περὶ εὑρέσεων* (proleg. des. in vv. *καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὡσαύτως* ut in Paris. 2918 [W V 369 lin. 18]), [3] (ff. 121v–189) *περὶ ἰδεῶν*, [4] (ff. 189–198) *περὶ μεθόδου δεινότητος*, cuius in fine (ff. 198–199) *περὶ σχημάτων ὧν Ἑρμογένης ἐμνημόνευσεν ἐν τοῖς περὶ εὑρέσεων καὶ περὶ ἰδεῶν βιβλίοις. σύνοψις* (W III 704–711). Non nulla per errorem omissa subplevit in margg. (cf. ex. gr. ff. 61v. 89) ea ipsa m. quae f. 1 (v. infra) exaravit, sed cum non semel ferro glutinatoris partim absumpta essent, nescio quis oris paginar. infer. iterum inscripsit (cfr. ff. 70 et 98v). F. 39v marg. summo m. saec. XVI notavit: *ἐξηγηταί εἰσιν ἐν τύπῳ Συριανός, Σώπατρος* (conr. ex *— άτρου*), *καὶ Μαρκελλῖνος* (conr. ex *— ου*), videl. in ed. Aldinae (a. 1509) Rhetor. graecor. vol. III.

6 (ff. 199–203v) **Theophrasti** characteres 1–15, praemissis capitum indice et prologo.

7 (ff. 203v–214) **Dionysii Halicarnasei** *τοῦ περὶ συνθέσεως ὀνομάτων ἐπιτομή* (edd. Usener et Radermacher, D. opuscula II, Lipsiae 1933, pp. 145–194).

8 (ff. 214v–217v) *προβλήματα ῥητορικὰ εἰς τὰς στάσεις* (W VIII 402–413). Subfigitur (ibid.) epigramma verss. 4 in Hermogenem, inc. *Τῶν ῥητορικῶν Ἑρμογένους ἀνθράκων*.

F. 1–1v, eodem fere tempore quo ipse liber descriptum, sed alia m., exhibet anonymi scholl. in Aphthonii c. XIII — *Ἐξήγησις τῆς θέσεως*, usque ad vv. *ἰδιαζούσης ὕλης* (W II 58–62 lin. 31).

Pars haec instruitur synaxariis cum cod. Mc Bollandianorum (quo de v. Synaxarium ecclesiae Constantinopolitanae... opera et studio H. Delehaye, Bruxelles 1902, col. XLI) non raro consentientibus, sed multa plus minusve discrepant, quorum primum (ff. 194^v–195^v) in s. Gerasimum, inc. Ὁ ὅσιος πατὴρ ἡμῶν Γεράσιμος, ὑπῆρχεν ἐκ χωρας Λυκίας, des. καθαρόν τε καὶ ἄσπιλον (ed. Koikylides, op. cit., pp. [24]–26), ultimum (f. 272^{r-v}) in s. Hypatium Melitinensem, inc. Ὑπάτιος... ἦν ἐπὶ Δεκίου τοῦ παρανόμου βασιλέως· κηρύττων δὲ τὸν Χριστόν· ἐκρατήθη παρὰ τῶν εἰδολολατρῶν, des. αγαγὼν εἰς την ποίμνην τοῦ Χριστοῦ· και ἐν θαύμασι διαπρέψας ἐν εἰρήνῃ τελειοῦται.

Codicem efficiunt libri duo scriptione aetateque diversi. Pars prior (ff. 1–182) fasciculos tres et viginti conplectitur, quaterniones omnes (novissimo tantum excepto, 6 folior.), ad ang. sup. ext. graece subputatos; notae autem pleraeque, margine altius resecto, effluxerunt (superant ι' et ιγ'-κ⟨α'⟩; κα'-κβ' subfecit manus posterior). Tropariorum quae

dicuntur litterae initiales (quas librarius ipse rubricatori in margg. ext. singulorum folior. indicavit, cf. ff. 122 sqq.) rubro liquore tinguntur, ornamenta (ff. 1, 9, 17, 25 etc.) rubro nigroque. Liber madore laesus blattisque sub finem perforatus (fere ubique tamen sine scripturae detrimento), scidulis chartac. superinductis parum eleganter refectus, folia non nulla (1 sqq., 174–182) charta translucida vel ex parte vel integre contecta. Officinar. chartar. insignia: [a] (ff. 6, 7, 11, 27...74) scutum *τρίγωνον* cum cruce desuper (cf. Briquet n. 842, Likhačev n. 457, sed ambo differunt); [b] (ff. 76 et 78) lagoena funiculo instructa (cf. Br. nr. 2609, qui minor est, Likhačev nr. 104); [c] (ff. 12, 82...146) arcubalista (cf. Br. nn. 701, 703 et 706, qui tamen plus minusve discrepant); [d] (ff. 98, 101...108) bucranium (proxime adcedit ad nr. 14116 ap. Briquet); [e] (ff. 138...148) forcipes (cf. Br. nn. 14075 sqq., sed omnes discrepant), [f] (ff. 154...174) tintinnabulum (cf. Br. nn. 4023, 4025 et 4027, sed differunt).

Partem alteram, non una manu perscriptam, fasciculi 14 efficiunt (quaterniones, si 5 dum taxat excipias, ternionem, 11-12, de quibus v. infra), graecis numeris eadem ratione atque in parte priori distincti (cf. notas *η'*, *ι'* et *ιβ'*, ff. 239, 255 et 265, reliquae perierunt). Deperdita primi fasciculi charta prima, eius in locum ff. duo saec. XVI a nescio quo sunt iniecta. Fasciculi ⟨*ια'*⟩ primum tantum fol. superest (f. 263), quae desiderabantur vir modo laud. subplere coepit fol. insequenti, sed incepto operi statim vale dixit; eiusdem calamo describuntur charta 273 et in foliis non nullis madore conruptis subplementa laciniis chartac. adsutis inscripta (cf. ex. gr. ff. 186–188). Fasciculus *ιβ'* (ff. 265 sqq.) chartas numerabat forsitan decem, post enim ff. octo adhuc exstantia subpleta est in charta additicia 273 menaei conclusio, sed glutinatoris artificio ff. 263–274 omnino dissoluta in duos terniones nova lege dispertita sunt. Officinar. chartar. signa quae obcurrunt: [a] (ff. 188, 190...209) canis gradiens (cf. Briquet 3597 sqq.); [b] (ff. 219...222, 256...260) trutina circulo inclusa, quam secat linea derecta in globulum desinens (cf. Br. 2448); [c] (ff. 225, 227, 240, 244) littera M (cf. Br. 8349, sed nostra caret crucula superinposita); [d] (ff. 229 et 230) alia littera M paullo minoris moduli; [e] (f. 243) littera N, ut videtur; [f] (ff. 235–238, 249, 251...254, 265, 268) trutina circulo inclusa, cui circulo inpendit stellula radior. sex et litterae SC linea coniunctae, ex qua alia linea derecta egreditur in stellulam desinens; [g] (f. 239) lunula (cf. Br. 5202); [h] (ff. 184–185) galerus praelaticius cum desuper stellula sex radior. (cf. Br. 3454). Ff. 264 (fere totum) nec non 183 et 274, custodiae loco addita, scriptione vacant. Codicis sectio flavo colore lita.

F. 210, librum si inverteris, inscriptionem cernes ferro decurtatam umoreque perquam male habitam, saec. XVI, ut mihi videtur, adpictam ... / *ος ο Κοῦρατορόπουλος υιός τοῦ Μανολιο προς τον κατο γεγραμένον μαρτ(ύρ)ον πος* (*πῶς* scil.) / *επαραλαβα ἀπο τὸν πεθερο μου τον παπ(ᾶ) κυρ Βασιλη Περδικάρι σε πολες φορε[s]* / *ὑπέρπιρα τη' ειγου⟨ν⟩ τριακόσα οκτ[ὼ] μάρτ(υρ)ας ο Γεὸργης ὁ Κουρατοροπουλ[ος]* / *νι⟨ος⟩ του Μαρκο μάρτ(υρ)ας ο Γιακοῦμος ο Ταλαμπελας νιος του Μιχα(ή)λ μαρτ(υρ)ας ο Γεο[ργιος?] κρι[τής?]* / *εγῶ ο Λέος ο Γαλινος μάρτ(υρ)ας καὶ γραφευ[s]... μεθ ε.... τὸν δυο........* F. I^v adsuta est plagula chartac., in qua hieromonachus S. Gassisi folior. ordinem turbatum restituit.

Codicem, ad Conlegium Graecorum Athanasianum olim pertinentem (teste indiculo in Arch. Bybliothecae t. 11, f. 261), obiter memorat P. Batiffol, *La Vaticane depuis*

Paul III in *Revue des questions historiques* XLV (1889), p. 191; qui tamen non recte totum saec. XV tribuit.

Integumentum membrana *ἰδιοχρώμῳ* vestitum praebet in dorso scutum Pii IX P. M.

1509 (olim 1517). Saec. XIV (ff. 1. 260 saec. XVI), chartac., mm. 280 × 190, ff. II. 260 (+ 215ᵃ), linn. 36–38 (ff. 2–118), 36 (ff. 121–259).

1 Theodoreti ep. Cyrensis commentarius in duodecim prophetas minores, praefixo (ff. 1–2) prohoemio (P. G. 81, 1545–1549): [1] (ff. 2–21ᵛ) in Oseam (ib. 1552–1632), [2] (ff. 22–29) in Iohelem (ib. 1633–1664), [3] (ff. 29ᵛ–41ᵛ) in Amos (ib. 1664–1708), [4] (ff. 42–44ᵛ) in Abdiam (ib. 1709–1717), [5] (ff. 44ᵛ–50ᵛ) in Ionam (ib. 1720–1740), [6] (ff. 50ᵛ–63) in Michaeam (ib. 1741–1785), [7] (ff. 63–68ᵛ) in Nahum (ib. 1788–1808), [8] (ff. 68ᵛ–76) in Habacuc (ib. 1809–1836), [9] (ff. 76–82) in Sophoniam (ib. 1837–1860), [10] (ff. 82ᵛ–86) in Aggeum (ib. 1860–1873), [11] (ff. 86ᵛ–110ᵛ) in Zachariam (ib. 1873–1960), [12] (ff. 110ᵛ–118) in Malachiam (ib. 1960–1988). In fine librarii subscriptio (v. infra), rubr. litt. expressa.

2 (ff. 121–235) s. **Basilii Magni** commentarius in Isaiae cc. I–XVI (P. G. 30, 117–668), cui subduntur (ff. 235ᵛ–260) Isaiae cc. XVII–LXVI (in fronte f. 235ᵛ, alia manu, λόγος· ιδ´); in marg. ext. f. 121 notavit A. Mai: *usque ad p. 235. Deinde prosequitur solus Isaiae textus.*

Lemmata, animadversiones perbreves margg. insunt, minutissimis characteribus exarata.

In partes duas dividitur, a totidem librariis coaevis descriptas et in unum volumen antiquitus conpactas, ut ostendunt notulae nuper memor., quas vir doctus nescio quis, scribarum fere aequalis, margg. totius libri iniecit. Ff. 1. 260 subfecta ab ea ipsa manu quae in scidulis infra mem. verba deperdita restituit (cf. v. gr. ff. 80 sqq. et 201 sqq.) et chartas amissas initio atque in fine cod. 1503 subplevit.

Pars prior, ff. 2–120 conplectens, quaternionibus constat 15, in imo marg. interno primae et ultimae unius cuiusque fasciculi paginae ab ipso librario graece subputatis; codice tamen umore blattisque circa margg. conrupto, notae pleraeque ob taeniolas chartac. superinductas hodie legi nequeunt. Litterae grandiores et maximae, tituli, ornatus titulis inpositi rubro pigmento perquam evanido delineata. Ff. 118ᵛ–120ᵛ pura.

F. I summo inpressio cernitur notae antiquioris *1517*, paginae aversae folii praeced. (nunc deperditi) olim inscriptae. F. II superne *In hoc Volumine hi Autores* (sic) *contine(n)tur / Theodoretus In Duodecim Prophetas / S. Basilius Magnus In Isaiam* manu, ni fallor, Io. Matthei Caryophylli, inferius *Collegij graecoru(m)*; eiusdem fol. in facie av. inscriptio nuncupatoria Gasparis Viviani, ut in cod. 1497 (cuius enarrationem vide). F. 1 in ima ora siglum et sigillum Conlegii Athanasiani. F. 118 librarii subscriptio *+ θεσπίσματ' ὡδὶ θεοπρόπων θέσφατα λῆξαν / δυώδεκα, ἅττα μάλα εὐφραδέως Θεοδώριτος / ποιμάντωρ Κύροιο σάφησε· γράψα Δημήτριος: / θεοῖο δ' ἵλαος ἐσεῖται ἄμμιν αὐτοσόφίη* (cf. Vogel-Gardthausen, p. 107).

Pars altera, aeque ac prior madore male habita scidularumque adminiculo circa oras refecta, quaterniones conprehendit α'-ιη', ab ipso scriba, ut supra, signatos prope angulum inf. int. primae et ultimae singulorum paginae. Ultimi fasciculi quattuor dumtaxat chartae superant, glutinatoris artificio nunc ad instar binionis conpactae. F. 260 in parte inf. et in facie av. scriptione vacat.

Librum breviter describit Rahlfs, *Verzeichnis d. griech. Hss. des A. T.*, p. 263, paucis memorat P. Batiffol, *La Vaticane depuis Paul III* in *Revue des questions historiques* XLV (1889), pp. 183 n. 1 et 188; qui tamen vir doctus saec. XVI iniuria tribuit.

Integumentum membrana ἰδιοχρώμῳ obductum praebet in dorso tesseras gentilicias Pii IX P. M. et Io. Baptistae Pitra card. bybl. (1869-89).

1510 (olim 1540). A. 1431 (f. 286v), chartac., mm. 279×205, ff. 288, coll. 2 (f. 203v tantum excepto), linn. 33-35.

τριμηναῖον martium, aprilem et maium conprehendens, in quo canones, ut videtur, inediti obcurrunt: [1] (ff. 8...11v) in ss. Eutropium, Cleonicum et Basiliscum (3 mart.), inc. *Ταῖς ὑπερκοσμίοις ἀστραπαῖς* (sub eadem acrostichide atque in cod. Hierosol. s. Sabae 241, cf. Papadopulos-Kerameus, *Ἱεροσολυμιτικὴ βιβλιοθήκη*, II, p. 370); [2] (ff. 11v...15) in s. Gerasimum (4), inc. *Γέρας ἀθανασίας*, Iosephi (cf. enarrationem cod. 1508 ad f. 193); [3] (ff. 15v...17v) in s. Cononem (5), inc. *Ὑμνολογίαις σε θείαις*; [4] (ff. 47...49v) in s. Alexandrum Pydnaeum (14), inc. *Πόθῳ θείῳ θελχθεῖσα*, Theophanis (cf. cod. 1508, f. 223); [5] (ff. 52v...58v) in s. Papam (16), inc. *Ὑμνῳδίαις θείαις*, Iosephi (ut in Crypten. Δ. α. VII, Rocchi 302); [6] (ff. 98...102v) in ss. Marcum, Cyrillum et socc. (29), inc. *Αἴγλῃ φωτιζόμενοι* (cf. Crypten. Δ. α. XXII, Rocchi 323, ubi Barachesio sociisque adsignatur); [7] (ff. 107...111) in s. Hypatium ep. Ancyrae (31), inc. *Τὸν τοῦ Χριστοῦ στρατιώτην*, Iosephi (ut in Crypten. laud., ubi pro s. Beniamin ponitur); [8] (ff. 111v...114v) in s. Mariam Aegyptiacam (1 apr.), inc. *Σοῦ τῆς ἀφράστου*, Theophanis; [9] (ff. 126...129) in ss. Theodulum et Agathopoda (5), inc. *Τὸν θεῖον τοῦ μαρτυρίου*, Iosephi (sub eadem acrostichide atque in Hierosol. supra adlato, Papadopulos-Kerameus 371; cf. et Crypten. Δ. α. VIII, Rocchi 303); [10] (ff. 132...134v) in s. Georgium ep. Mitylenarum (7), inc. *Αἴγλην εὐσπλαγχνίαν μοι* (ut in Crypten. modo laud.); [11] (ff. 150...152) in s. Crescentem (13), inc. *Κροτήσωμεν εὐσεβῶς*, Iosephi (cf. Crypten. Δ. α. XVII, Rocchi 319); [12] (ff. 161v...163v) in s. Acacium ep. Melitenae (17), inc. *Πᾶσαν κακίαν νικήσας*, Iosephi (sub eadem fere acrostichide atque in Hierosol. laud., Papadopulos-Kerameus, ib., et cf. Crypten. Δ. α. VIII, Rocchi 304); [13] (ff. 166v...168v) in s. Theodorum Pergensem (19), inc. *Δῶρον εὐαπόδεκτον*, Iosephi (ut in Crypten. laud., Rocchi 304); [14] (ff. 169...171v) in s. Theo-

dorum Trichinensem (20), inc. *Δωρεαῖς ἐνθέοις*, Iosephi (Rocchi, ib.); [15] (ff. 183v...185v) in s. Sabbam stratelaten (24), inc. *Ὅλος φωτὶ· τῷ τρισηλίῳ*, Iosephi; [16] (ff. 195...198) in ss. Iasonem et Sosipatrum (28), inc. *Ταῖς τῶν ἀγγέλων συνὼν ὁμηγύρεσι* (sub eadem acrostichide atque in Hierosol. cit., Papadopulos-Kerameus 372, et cf. Crypten. laud., Rocchi 304), Iosephi; [17] (ff. 243...245) in s. Glyceriam (13 maii), inc. *Πικρίας με ῥῦσαι* (ut in Hierosol. laud., ib., et in Crypten. Δ. α. IX, Rocchi 305); [18] (ff. 254...255v) in s. Theodotum Ancyranum (18), inc. *Ἄσωμεν τῷ κυρίῳ· τῷ τὴν ἀνθρώπων;* [19] (ff. 277...278v) in s. Theraponta (27), inc. *Τον τοῦ Χριστοῦ ἱέρέα;* [20] (ff. 283...284v) in s. Isaacium (30), inc. *Τῶν τῆς ἐρήμου ὁρίων*, Germani (cf. Hierosol. et Crypten. laudd., Papadopulos-Kerameus 373 et Rocchi 306).

Ff. 206–207v inseritur (30 apr.) canon paracleticus ad petendam pluviam (*Ευχολογιον το μεγα*, ed. Rom., pp. 397–400), f. 287 synaxarium in s. Theodosiam Constantinopolitanam (cf. notam orae inf. f. 281v adscriptam).

Officia ditantur synaxariis valde copiosis saepeque, quantum vidimus, edd. prolixioribus, quorum ex. gr. sat erit memorasse primum, (f. 2-2v) in s. Eudociam, inc. *Αυτη ἦν ἐξ Ηλίουπόλεως· τῆς ἐπαρχίας Λιβαρισείας Φοινίκων*, des. *ἀπολαβοῦσα τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν* (amplius est quam in huius Menaei ed. Athen., 1904, p. 5, et ap. H. Delehaye, Synaxarium ecclesiae Constantinopolitanae etc., coll. 498 s.), ultimum, (f. 285v) in s. Hermiam, inc. *Οὗτος ὁ ἅγιος ὑπῆρχεν· ἐπι τῆς βασιλείας Ἀντωνίνου· ἐν τῇ πόλει· Κομάνων*, des. *εἰθ οὕτως τὴν κεφαλὴν ἀπετμήθη* (fere ut in edd. laud.). Inseruntur praeterea narratiunculae asceticae non nullae, ex quibus pleraeque ineditae videntur: [a] (ff. 25–26) de s. Thaisia, ab omnibus recenss. volgatis (F. Nau, *Histoire de Thaïs* in *Annales du Musée Guimet* XXX, 3 [1903], pp. 86–113) plus minusve discrepans (Thaisiae conversio Serapioni tribuitur, cf. ib. 52 sq.); [b] (ff. 35–40v) de s. Eulogio latomo, inc. *Γέγονέ ποτὲ κατα τη Θηβαΐδα· ὁ ἀμβᾶς Δανιήλ*, des. *ἐν προθυμία ψυχῆς ᾠκονόμησε καὶ ἡτοίμασε· εὐχαῖς κτλ.* (cf. L. Clugnet, *Vie et récits de l'abbé Daniel* in *Revue de l'Orient chrétien* V [1900], pp. 254–271); [c] (ff. 54–58) de s. Anastasia patricia, ed. (Clugnet, op. cit., pp. 51–53) multo plenior, a recens. vero synaxarii C.politani laud. (coll. 523–528, in nota) omnino diversa, inc. *Εὐνοῦχος τὶς ἔμενε κατοικῶν εἰς τὴν ἐσωτέραν ἔρημον*, des. *ἀρρήτων ἐκείνων ἀγαθῶν ἀπολαυοῦσα· ἧς πρεσβείαις κτλ.*; [d] (ff. 63–65v) ⟨Pauli Monembasiae⟩ quod vita functos magnopere iuvant eleemosynae et sacrificia pro eorum requie oblata, inc. *Μοναχός τις διηγήσατο τῷ αὐτῷ ἀμβᾶ λέγων· ὅτι παραβαλλόντος μου ποτὲ τῷ μακαρίῳ Θεοδωρήτῳ*, des. *τὸν ποιοῦντα παράδοξα μεγάλα* (ut in Vat. gr. 573, ff. 81–83v; cf. Codices Vaticani graeci descripti, t. II, p. 473, et G. Mercati in *Bes-*

sarione XXXVII [1921], pp. 96–98 [= *Opere minori* IV, 118–120]); [e] (ff. 116–119ᵛ) monachi Ambacum narratio de Elpidio et Pythro anachoretis deque Sergio proxeneta, inc. *Μοναχός τις ἐνάρετος ὀνόματι Ἀββακοὺμ, ἐξηγήσατο ἐν Κωνσταντινουπόλει τῷ ἁγιωτάτῳ πατριάρχῃ*, des. *ἀνεχώρησα δοξάζων τὸν θεόν*; [f] (ff. 176ᵛ–177) de monacho Carur, inc. *Διηγήσατο ἡμῖν ὁ πανόσιος πατὴρ ἡμῶν Παφνούτιος· ὅτι πλησίον Πτολεμαΐδος*, des. *καὶ λυτροῦται τῶν ἁμαρτιῶν αὐτοῦ*; [g] (f. 188–188ᵛ) Iohannis prophetae nuncupati consilium ad herum de famulo male morato, inc. *Φιλόχριστός τις τῶν κατὰ κόσμον*, des. *ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ τοῦ ἀδελφοῦ σου*; [h] (ff. 190ᵛ–191ᵛ) de latronum duce qui Constantinopoli pientissime in Domino obdormivit, inc. *Ἐπι Μαυρικίου τοῦ βασιλέως· ἐγένετό τις ἀρχιληστὴς ἐπὶ τα μέρη τῆς Θράκης*, des. *ἀλλα προθυμωτέρους ποιήσω*; [i] (f. 201–201ᵛ) abbatis Silvani narratio, quod sanctorum virorum praeces neminem iuvare possunt, nisi bona praefulgeant opera, inc. *Διηγήσατο ἡμῖν ὁ ἀμβᾶς Σιλουανὸς λέγων· περι τῶν ἔτι περιόντων*, des. *ἀποδοῦναι εκάστῳ κατα τὰ ἔργα αυτοῦ*; [k] (f. 205) quod abstinendum a temerariis iudiciis, inc. *Ἀναχωρητῇ τινὶ· παρέβαλε πρεσβύτερος τοῦ κλήρου*, des. *ποιεῖν αὐτὸν τὴν προσφοράν* (cf. F. Nau, *Histoire des solitaires égyptiens* c. 254, in *Revue de l'Orient chrétien* 14 [1909], p. 366), cui subicitur, absque ulla distinctione, (f. 205–205ᵛ) excerptum de Marco Aegyptio, inc. *καθῶς καὶ περὶ τοῦ ἀββᾶ Μάρκου τοῦ Αἰγυπτίου λέγεται· ὅτι ἔμεινε τεσσαράκοντα ἔτη μὴ ἐξερχόμενος ἐκ τοῦ κελλίου αὐτοῦ*, des. *ὅτι οὐ κατέκρινε τὸν κληρικόν*.

Qui librum efficiunt fasciculi triginta (2–25 quiniones, rell. quaterniones, sed ultimus ultimo fol. caret) in ima ora primae unius cuiusque paginae ab ipso scriba, me quidem iudice, graece circa medium subputati sunt; notae autem, marginibus ab incauto glutinatore altius resectis, fere omnes perierunt, superant enim *κς'* (dimidiata) nec non *κζ'*. Litterae maiores et maximae, quibus initia officiorum, tropariorum etc. distinguuntur, rubro pigmento delineatae, ornamenta vel rubro vel atramento (cf. ff. 1, 4, 58ᵛ; 111). Officinar. chartar. insignia: ff. 6 et 7 parva lagoena funiculo instructa (cf. Briquet n. 6255, qui tamen differt), in toto libro claves decussatae (maxime conveniunt cum nn. 3856–57 ap. Br.). Codex umore blattisque non nihil laesus, integra tamen fere ubique scriptione, taeniolis chartac. hic illic (parum belle) refectus. Facies summa dextra ima, flavo colore litae, inscriptiones perquam evanidas exhibent, quas enucleare non valui. In margg. obcurrunt imagunculae rudi calamo (ff. 50, 59) vel plumbo (ff. 111, 113) delineatae. Folior. antiqua subputatione a 234 ad 255 per errorem transiliente, manus nescio cuius recentissime rectos numm. plumbo adiecit.

F. 286ᵛ librarii subscriptio *ετελειώθη τὸ παρὸν τριμηναῖον / ἐν μηνὶ σεπτεβρίῳ κθ'· ετοὺς / ἑξακισχιλιοστῷ· ἐννακοσιωστῷ· / μ΄· συν τούτοις εὔχεστε· τω εὐτελῆ / Στε[φ]άνῳ αναγνώστῃ· καὶ τάχα θύτῃ* (deest ap. Vogel-Gardthausen)· / *καὶ συγραφῇ τῆς παρούσης· εὕρην / ἔλεος τῶν πολλῶν σφαλμ(ά)τ(ων)· / τῷ συντελεστῇ τῶν καλῶν θ(ε)ῷ χαρις κτλ.*, subfixis versibus iambicis quattuor *ὥσπερ ξαίνη χαίροντες* (lege *χαίρονται*) *ἰδῦν π(ατ)ριδα / καὶ οἱ θαλατεύοντες*

ἰδοῦν λιμένα· / καὶ οἱ ἁλιεύοντες ἰδοῦν οἰχθείας (intell. ἰχθῦας)· / καὶ οἱ εν ασθενοία ἰδοῦν ἰγεία· / οὕτω καὶ οἱ γράφοντες ἰδοῦν βιβλίου τέλος. F. I av. adhaerescit plagula chartac. mm. 70 × 145 circ., in qua vir saec., ni fallor, XVI quid inpensi in hunc nostrum vel alium codicem conglutinandum fecerit sedulo notavit: ἔχω εἰς τὸ χάρτην ἔξοδα· εἰς τὰ σανείδια / ἄσπρα γ'· σπαγον καὶ γλωστη κατρίνια ι'· / εἰς τὴν κολαν καὶ εἰς τὴν καναβιτζα ἄσπρον α'· / εἰς τὸ τόμάριν· ἄσπρα γ'· χάρτιν κάρσιον (?) η'. F. 1 imo num. 1510 (corr. ex 1540). F. 287v notae sine pretio. F. 288 (aeque ac I nuper laud. nostris fere temporibus custodiae loco addito) quaedam de chartar. ordine monuit ⟨hieromonachus Sophronius Gassisi⟩.

Librum, olim in Graecorum conlegio Athanasiano servatum (teste pinace in t. 11 Archiv. Bybl., f. 261) obiter memorat P. Batiffol, *La Vaticane depuis Paul III* in *Revue des questions historiques* XLV [1889], pp. 183 n. 1 et 191; qui tamen vir doctus a. 1432 eum falso adsignavit.

Integumentum rubro tergore signato contectum ac superiori saeculo refectum fibularum vestigia tantum retinet; tabulis inprimuntur scuta Gregorii XV P. M. et Scipionis Cobelluzi card. bybl. (1618-26).

1511 (olim 1557). Saec. XV med., membran., mm. 265 × 185, ff. II. 116 (+45a), linn. 32-33.

Diodori Siculi bybliothecae historicae [1] (ff. 3-31) libri I cc. 42-96, sub inscript. + Διοδώρου Σικελιώτου ἀπογραφαὶ ἤτοι ἱστορικῆς βιβλιοθήκης, τὸ αον', des. in vv. τοῖς Ἕλλησιν ἐθαυμάσθησαν (Vogel I 75-161 lin. 26), [2] (ff. 31v-62) lib. II (V I 169-266), [3] (ff. 62v-92v) libri III cc. 1-55 usque ad vv. τῶν μυθολογουμένων παρ' Ἕλλησιν (V I [268]-355 lin. 16; in marg. f. 92v scriba monet τὰ γοῦν λοιπὰ, ὡ⟨ς⟩ μυθώδη καὶ ληρώδη διὰ τὴν αὐτῶν πολυγραφίαν κατέλειψα), [4] (ff. 93-113v) libri V cc. 1-46, des. in vv. εὐεργεσίας διαπορευόμενοι (V II 1-67 lin. 25).

Capitum tabulae uni cuique libro praemittuntur (ff. 31-31v. 62-62v. 92v-93), primo tantum excepto (an quod fol. praevium forsitan effluxit?), in pinace vero libri V tria ultima cc. desiderantur (V II 2 linn. 1-6) et de quinque superioribus manus fere coaeva in marg. notavit σημείωσαι: ταῦτα τὰ πένται (!) κεφάλαια λείπουσι καὶ οὐκ εὑρήσκεται.

Praeter manum modo laud. (an Guarini Veronensis? cf. quae in cod. 1507 describendo posuimus), lemmata conplura, rubr. litt. exarata, oris iniecit Constantinus Lascaris (v. infra).

Ff. 1-2. 114-115 e cod. saec. XI-XII avolsa fragmenta duo continent Theodoreti ep. Cyrensis: [a] (ff. 2. 115) haereticarum fabularum l. I a vv. τὴν Ἑλένην δι' ἣν ὁ Τρωϊκὸς ἐγένετο πόλεμος ad vv. παρ' αὐτοῖς ἐλπίσιν· αἱ προεστῶσαι τοῦ τέγους (P. G. 83, 345 A 3-353 B 5), [b] (ff. 114. 1) demonstrationes per syllogismos a vv. ἐπικουρίας ἀναρρωσθῆναι· ἐναντία δὲ καὶ ταῦτα ad vv. φύσιν· ὥσπερ γάρ (ib. 325 D 9-336 A 10).

Codex nitide perscriptus, quem efficiunt quaterniones α'-ιδ', in imo marg. med. primae ultimaeque singulor. paginae ab ipso librario signati, litteras maiores et maximas, titulos, ornamenta minio picta exhibet. F. I superne n. *359*, inferius, alia m., *Ex libris Fran(ci)sci Peniae Rotae Romanae Decani*. F. II, praeter recentiorem codicis notam *1511* bis scriptam, antiquiorem *1557*, pariter iteratam, cernes; ib. superne, m. ⟨L. Allatii⟩, *Diodori Siculi historiaru(m) libri* (*b* conr. ex *p*) *primi* (*quinque*, cancell.) *quatuor. 1. 2. 3. 5.*, inferius vero eadem possessionis nota quam supra exscripsimus. F. 1 in ang. sup. int. *Theodoreti ex op. de haeresibus | A. Maius*; eodem f. notulam quandam summae orae inscriptam, sed ferro bybliopegi decurtatam, explicare nequivimus. F. 113ᵛ, opere absoluto, addidit librarius + *τῶ θ(ε)ῶ, δόξα* + + *τέλος, ἀμήν* + *ἡμέρ(α), σα(ββάτ)ω, αὐγούστ(ου), β^{-α}, ἰν(δικτιῶν)ος ζ^{ης}* +; quae temporis nota, ut mihi vid., non ad nostrum cod. referri debet, sed ad exemplar e quo (non omissa subscriptione) descriptus est; nullum enim annum saec. XV licuit invenire, qui diem secundam Augusti in sabbatum incidentem praeberet et simul septimae alicui indictioni responderet. Ibid. in ora inf. dextrorsum leges *Κωνσταντῖνος ὁ Λασκ(α)ρ(ις) | ἀνέγνω καὶ ταύτην* (cf. H. Rabe, *Konstantin Laskaris* in *Zentralbl. für Bibliothekwesen* XLV [1928], p. 6); in marg. vero inf. ext. ⟨A. Mai⟩ ad edit. Diodori Wesselingianam lectorem remittit. Summo f. 114, ⟨eiusdem⟩ m., *Ex Theodoreto haer. fab.* (*I*, del.) *lib. I.*

Codicem tantum memorat P. Batiffol, *La Vaticane depuis Paul III* in *Revue des questions historiques* XLV [1889], pp. 183 n. 1 et 189.

Tabulae membrana prasina obductae scuta prae se ferunt Pauli V P. M. et Scipionis Borghese card. bybl. (1609-1618); in dorso autem, *ἰδιοχρώμῳ* membrana superiori saeculo refecto, tesserae gentiliciae inprimuntur Pii IX P. M. et A. Mai card. bybl. (1853-1854).

1512 (olim 1523). S. XVII in., chartac., mm. 310 × 215, ff. I. 94, linn. 25.

Davidis philosophi in Porphyrii isagogen expositio ab ed. (Comment. in Aristotelem graeca XVIII, 2, Berolini 1904, pp. 80-219) non nihil discrepans; omittit enim illa *Μάθωμεν οὖν τί ἐστι διαίρεσις — ἐν οἷς καὶ ἡ παροῦσα πρᾶξις* (ad Porphyrii vv. *Εἴς τε τὴν τῶν ὁρισμῶν ἀπόδοσιν κτλ.* p. 1, 5; cf. ed. laud. 102 lin. 19-105 lin. 4) nec non vv. *τί δαὶ ἀπὸ πολλῶν — ἡ παροῦσα θεωρία* (ib. 105 lin. 17-107 lin. 19), subdit vero *τῇ πράξει ια'* (⟨θ'⟩ cod.) scholl. quattuor (ab ed. laud. aliena) in Porphyrii vv. *τοῦτο δὲ ἔοικε πρόχειρον... τριχῶς οὖν τοῦ γένους λεγομένου* p. 2, 5-14; quorum scholior. primum inc. *φησὶ ὅτι τὸ γένος τὸ ἀφ' ἑνὸς προελθόν*, quartum des. *καὶ περὶ ποίου σημαινομένου ἐστὶν ὁ λόγος*. Adverte praeterea ante vv. *Ὅρα πῶς ὁ Πορφύριος*, quibus inc. *ἡ πρᾶξις ς'* (*ε'* cod.) illa exscribi *Πολλῶν ἐπαίνων* etc. fere ut in cod. V ed. laud. (cf. p. 113 n. 11), schol. autem ad vv. *Ἄτομον δὲ λέγεται* p. 7, 18, i. e. *Τὸ ἄτομον λέγεται πολλαχῶς — τὸ οἰκεῖον εἶδος* (ib. 169 linn. 19-25) post vv. *εἴδους ἐπέχει* (ib. 170 lin. 15) conlocari.

Verba omissa subplevit in margg. librarius ipse, animadversiones, lemmata pauca addidit.

Fasciculi 12, quibus liber efficitur (quaterniones omnes, supremo excepto, hodie 6 folior.), nullis numeris distinguuntur, sed in marg. inf. int. ultimae singulor. quaternionum paginae primum verbum fasciculi sequentis notavit librarius. Litterae grandiores et maximae, vox *πρᾶξις* (haud semper) rubro exarantur. Folia non nulla, quae atramenti acor perterebrare coeperat, charta translucida contecta. Officinae chartariae insigne vidimus manum (an potius chirothecam?) litteras diversas in diversis locis exhibentem, flore sex folior. superinposito (cf. Briquet n. 10759, qui tamen magnitudine differt). F. I superne in scida adglutinata mm. 49 × 185 scriptum exstat *Expositio Dauidis Philosophi in Porphirij prędicabilia / signat(a) n.° 5* (in bybl. scil. Conlegii Graecorum Athanasiano). F. 1^r summo *θ(εο)ς + ηγεισθω παντος εργου και λογου*, quam precatiunculam glutinatoris forfices decurtaverunt.

Integumentum simplici membrana vestitum praebet in dorso scuta Pii IX P. M. et Io. Ba. Pitra card. bybl. (1869-89).

1513 (olim 1524). An. 1593 (f. 11^v), chartac., mm. 280 × 210, ff. I. 13, linn. 14-17.

Gennadii Scholarii patr. Constantinopolitani confessio fidei posterior quae dicitur (P. G. 160, 333-352; cf. *Gennade Scholarios*, edd. Petit-Sidéridès-Jugie, v. III, Paris 1930, pp. 453-458), sub eadem inscriptione atque in cod. Paris. gr. 1296 (ib. p. XL) atque 20 capitibus digesta (cf. ib. p. XXXVI n. 1). Legitur in fine nota, ut vid., inedita: *Ὁ δὲ Σουλτάνος ἀκούσας ταῦτα τοῦ πατριάρχου, ἅπερ ἐγγράφως αὐτῷ ἔδωκε, λίαν ἐθαύμασεν αὐτὸν τῆς θεολογίας, καὶ τῆς σοφίας· καὶ ἐπληροφορήθη περὶ τῆς πίστεως ἡμῶν, ὅτι ἔστιν ἀληθής· ὑπερηγάπησε δὲ τὸ γένος τῶν χριστιανῶν, καὶ προσέταξε κολάζεσθαι βαρέως τοὺς ἐνοχλοῦντας, ἢ διαβάλλοντάς τ[ιν]α τῶν χριστιανῶν· ἥδετο γὰρ [κ]αὶ ἔχαιρε μάλιστα τοιούτου γένους κύριος, καὶ βασιλε⟨ὺ⟩ς γεγονώς.*

Litteris grandioribus exaratus, uno constat fasciculo 14 folior.; quae folia, atramenti acore semesa magno cum damno scripturae, serico velo nuper contecta sunt. Chartar. insignia duo vidimus, aviculam scil. in f. I (proxime adcedit ad n. 12157 ap. Briquet) et scutum, cui lilium superstat, leonem exsilientem exhibens, qui lilium aliud stringit pede ant. dext. (cf. f. 12). Ff. 12-13 pura. Custodiae loco conpacta sunt initio atque in fine chartae duodenae. F. I superne *Collegii Graeci catal: inscri: biblio:*; infer. *1523* cancell. et *1513*. F. I^v, praeter hanc ipsam notam *1513*, antiquior exstat num. *1524* del. (hac nota liber instruebatur post librorum graecorum supellectilem Athanasianam in aedes Vaticanas inlatam; *4* conrexit in *3* alia m.). F. 11^v in marg. inf. librarii subscriptio *Ἔγραφεν Ἰω(άν)νης Ματθαῖος Καρυόφυλος ὁ Κρὴς ἔκ τινος ἀντιγράφου παρὰ τοῦ αἰδεσιμωτ(ά)του ἐπισκόπ(ου) Ἀνανίας* (Gasparis sc. Viviani, Anagnini episcopi, quo de videsis quae in enarratione cod. 1497 posuimus) *ληφθέντος· φευρουαρ(ίου) ε'^{η} ,αφϞγ^{ῳ}.*

Integumentum rubro tergore vestitum praebet in tabulis tesseras gentilicias Gregorii XVI P. M. et Iosephi Albani card. bybl. (1830-1834).

1514 (olim 1532). Saec. XI, membran., mm. 312×250, ff. 180 (+ 156a), 2 coll., linn. 33.

s. Iohannis Chrysostomi [1] (ff. 1-2v) in Mattheum hom. 60 alias 61, inc. mut. *ταῦτα εἰδὼς· εἰ καὶ μὴ* (P. G. 58, 586 lin. 20 a. i. — 588); [2] (ff. 3-10) hom. 61 (ib. 587-596); [3] (ff. 10-18) hom. 62 (ib. 595-604); [4] (ff. 18-23v) hom. 63 (ib. 603-610); [5] (ff. 24-31) hom. 64, in qua desiderantur vv. *ἰᾶται διὰ τοῦ προειρημένου — συμβασιλεύσουσι καὶ κοινωνή⟨σουσι⟩* ob casum fol. unius ante 25 (ib. 609-610 lin. 12 et 611 lin. 12-618); [6] (ff. 31-39v) hom. 65 (ib. 617-626); [7] (ff. 40-46v) hom. 66, abrump. in vv. *καὶ τοῖς υἱοῖς τοῖς ἑαυ⟨τῶν⟩*, fol. uno post 46 abscisso (ib. 625-632 lin. 25 a. i.); [8] (ff. 47-53) hom. 67, inc. mut. *τῶν θαυμάτων· τὰ τῶν παιδίων* (ib. 633 lin. 30-640); [9] (ff. 53-61) hom. 68 (ib. 639-648); [10] (ff. 61v-69v) hom. 69 (ib. 647-654); [11] (ff. 70-76) hom. 70 (ib. 655-662); [12] (ff. 76-81) hom. 71 (ib. 661-668); [13] (ff. 81-86v) hom. 72 (ib. 667-674); [14] (ff. 87-92v) hom. 73 (ib. 673-680); [15] (ff. 93-99v) hom. 74 (ib. 679-686); [16] (ff. 99v-107v) hom. 75 (ib. 685-694); [17] (ff. 107v-115) hom. 76 (ib. 693-702); [18] (ff. 115-124v) hom. 77 (ib. 701-710); [19] (ff. 124v-131) hom. 78 (ib. 711-718); [20] (ff. 131-138) hom. 79 (ib. 717-724); [21] (ff. 138-144v) hom. 80 (ib. 723-730); [22] (ff. 145-152v) hom. 81 (ib. 729-738); [23] (ff. 152v-161) hom. 82 (ib. 737-746); [24] (ff. 161-166v) hom. 83 (ib. 745-752); [25] (ff. 166v-172v) hom. 84 (ib. 751-758); [26] (ff. 172v-178v) hom. 85 (ib. 757-764); [27] (ff. 179-180v) hom. 86, abrump. in vv. *πάλιν ἐντρέψαι βουλόμενος* (ib. 763-765 lin. 30).

Marginibus superioribus inscribuntur *ἠθικά*, manu, ut vid., ipsius librarii; qui et lemmata haud pauca, animadversiones non nullas hic illic posuit. Obcurrunt etiam interdum illa *σημ*, *ὡρ.* etc.

Fasciculos conplectitur num. 24, 8 folior. omnes, si 9 excipias, qui inde ab initio septem dum taxat chartas habuit, 20, ternionem, 21, bifolium; e quaternionibus autem 4, 6 et postremo fol. singulum excisum est (v. in enarratione). Fasciculorum subputationem graecam orae inf. primae ac novissimae unius cuiusque quaternionis paginae adpinxit manus poster. (⟨ιζ'⟩-λθ'), antiquiore forsan propter margines resectos absumpta, sed et numm. recentiores non semel effluxerunt; adverte praeterea fasc. 20 (ff. 151-156) sine num. relictum. Folior. conplurium oras ext. vel infer. nescio quis turpiter decurtavit, ubique tamen sine scripturae detrimento (cf. ex. gr. ff. 1. 8-9. 14-17. 27-29 etc.); margines vero non nulli, madore conrupti, in glutinatorum officina Vaticana nuper refecti sunt. Litterae grandiores et maximae, tituli, S. Scripturae verba homiliar. initio adlata minio auroque exornantur, sed aurum saepe effluxit; litteras grandio-

res alias, calamo perquam rudi delineatas, serior manus non semel iniecit (cf. ex. gr. 32. 34v). Notas liturgicas aliquot invenies, non una manu perscriptas (cf. ff. 41. 116v).

F. 1 in marg. inf. *Collegij Graecoru(m)* et nota *1532*, qua codex insignitus est post libros Conlegii Athanasiani manu scriptos in Vaticanum delatos; ib. in ora summa *Cod. Vat. 1514;* qui numerus iteratur ad calcem f. 2.

In tegumenti dorso, corio fusco vestito, stemmata Pii IX P. M. et A. Mai card. bybl. (1853–1854).

1515 (olim 1539). A. 1382 (f. 275), chartac., mm. 285×223, ff. 290, coll. 2 (exceptis ff. 275v–278v. 287–289), linn. 34 (ff. 1–275), 33 (279–286v), variar. (reliqua).

menaea ianuarii et februarii, canones conplures ineditos vel insolitos exhibentia: [1] (ff. 22v...28) in profestum ss. Luminum (4 ian.), inc. *Αἰσθανόμενος τὴν τοῦ κυρίου ἔλευσιν,* Iosephi (ut in cod. Crypten. Δ. α. XXXII, Rocchi 332); [2] (ff. 31...36v) in ss. Theopemptum et soc. (5), inc. *Ὕδατι ἀθλοφόρε· ἀναγεννηθείς;* [3] (ff. 82v...86v) in s. Paulum Thebanum (15), inc. *Στενωτάτην τε· καὶ τραχυτάτην;* [4] (ff. 87v...91) in vincula s. Petri (16), inc. *Σὺ δεσμεῖν καὶ λύειν* (ed. sub nomine Andreae Cretensis I. B. Pitra, *Hymnographie de l'Église grecque,* pp. XLVII–LI, sed est revera Damasceni, cf. L. Petit, in *Dict. d'archéol. chrétienne et de liturgie* I, 2, col. 2038); [5] (ff. 94v...98v) in ss. Deiparam (17), inc. *Πῶς σοι κινήσω;* [6] (ff. 142v...148v) in eandem (27), inc. *Τῶν λυπηρῶν ἐπαγωγαί,* ⟨Theodori Ducae Lascaris⟩ (Horolog., ed. Rom. 1876, pp. 301–306; cf. quoque P. G. 140, 772–780); [7] (ff. 159...165v) in eandem (30), inc. *Ἡ κιβωτὸς· τοῦ μαρτυρίου,* Pauli Amoriensis (quo de cf. quae in cod. 1516 enarrando notavimus); [8] (ff. 170v... 173v) in profestum Obcursus Domini (1 febr.), inc. *Καρδίας ὥσπερ ἀγκάλας;* [9] (ff. 180v...183) in s. Symeonem (3), inc. *Φωτίζου ὁ πηρωθείς* (cf. Crypten. Δ. α. XVI, Rocchi 317); [10] (ff. 188...191) in s. Agatham (5), inc. *Ὕμνοις πιστοὶ· τῆς καλλιμάρτυρος* (ut in Crypten. modo laud., ib.); [11] (ff. 195v...199) in s. Parthenium ep. Lampsacenum (7), inc. *Φαιδρύνει ταῖς ἀστραπαῖς* (cf. Crypten. Δ. α. VI, Rocchi 300); [12] (ff. 200v...204) in s. Theodorum ducem (8), inc. *Μαρτύρων περιφανῶς,* Theophanis (Rocchi, ib.); [13] (ff. 201...204) in Zachariam prophetam (eadem die), inc. *Ἔχων τὸν φωτοδότην* (Rocchi, ib.); [14] (ff. 205...207) in s. Nicephorum martyrem (9), inc. *Νικήσας τοὺς ἐμπαθεῖς;* [15] (ff. 210v...212v) in s. Blasium (11) *Βοήσας διαπυρσίως;* [16] (ff. 241v...242v) in s. Eustratium archiep. Antiochenum (21), inc. *Τὴν τῶν πατέρων κορυφήν* (adsignatur pro conpletorio vigiliae); [17] (ff. 258...261v) in s. Tarasium patr. Constantinopolitanum (25), inc. *Ἀπαγωγῆς· καὶ προνομῆς,* Ignatii (cf. Crypten. laud., Rocchi 301).

Synaxaria, quibus haec menaea instruuntur, pulcherrime ut plurimum conveniunt cum cod. M Bollandianor. (quo de cf. H. Delehaye, Synaxarium ecclesiae Constantinopolitanae etc., coll. XXXVIII–XL).

Margg. insunt lemmata, emendationes, subplementa sive ab ipso scriba sive aliorum manibus variis temporibus exarata.

F. 275 av., m. saec. XVI (v. infra) descriptum, inplent *ἰδιόμελα ψαλλόμενα· ἐν τῇ ιεῃ΄ τοῦ φεβρουαρίου μηνὸς· εἰς τὴν μνήμην τοῦ ἁγίου ἀποστόλου καὶ μάρτυρος Ὀνησίμου· ὅτε οὐκ ἔστι μῃ* (cf. notulas imis oris folior. 223 et 224 iniectas). Inc. *Ἡ καθαρά σου διανοία.*

Ff. 279–286^v, e menaeo saec., ni fallor, XV avolsa, officia continent in Adnuntiationem ss. Deiparae et in archangelum Gabrihel (25 et 26 mart.), inc. mut. *εὐλαβοῦμαι σου*, abrump. in vv. *βασιλεῖ τε· δώρισαι* (ed. Rom., pp. 178 lin. 7–192 lin. 13). Initium et conclusionem subpleverunt in ff. 276–278 et 287 manus duae saec. XVI, quarum altera praeterea subiunxit (ff. 287^v–289) s. Iohannis Chrysostomi* hom. in Adnuntiationem, quae inc. *Πάλιν χαρᾶς εὐαγγέλια* (P. G. 50, 791–96 et, sub nom. s. Gregorii Thaumaturgi, ib., 10, 1172–77; cf. Ch. Martin in *Revue d'histoire ecclésiastique* 24^1 [1928], p. [364] n. 3 et M. Jugie, Analecta Bollandiana XLIII [1925], pp. 91 s.).

Bono et nitido charactere ab uno eodemque librario exaratus, qui pigmentum adhibuit subflavum, sed titulos, lemmata, rubricas quae nuncupantur, *στίχους* denique et *εἱρμοὺς* hau paucos minio descripsit. Litterae maiores et maximae pariter rubrae. Idem fasciculos triplici subputatione instruxit, ad angulos scil. sup. ext. et inf. int. primae singulor. paginae et ad ang. inf. int. ultimae, sed notae numerales infernae (interdum verbo expressae, cf. f. 40^v *πέντ[ε]*, f. 65 *ἔνατ[ον]*, *τετράδιον* nimirum) propter folia recentiori aevo subpleta vel margines refectos non nunquam perierunt, superne autem inscriptas glutinatoris ferrum (si *ιδ'-ιζ'* excipias) absumpsit. Ff. 1–2, saec. XVI subfecta, aeque ac fol. septimum fasciculi ⟨*λβ'*⟩ (f. 255), ea ipsa m., ut mihi vid., exaravit, quae chartas add. 275^v, 276^r (linn. 1–7), 277^r (linn. 1–7 a. i.), 277^v–278^v, 287^{r-v} conscripsit (ff. 276 lin. 8–277 lin. 8 a. i. et 288–289 non eiusdem manus, coaevae tamen sunt). A f. 265 (quo novum incipere fasciculum charta diversa ostendit) fasciculor. ratio, quae quidem initio fuerit, dispici nequit, deficiunt enim notae numerales et ff. omnino dissoluta nova sunt lege cum praecedentibus conpacta; fascc. autem *α'-λγ'* omnes vel sunt vel fuerunt quaterniones (*λα'* nunc duobus binionibus simul conglutinatis efficitur). Margines non nullos iam antiquitus umore blattis adtritu pessum datos nescio quis saec. XV–XVI taeniolis chartac. contexit verbaque deperdita renovavit, conplures alii nostris fere temporibus parum decore in glutinatorum officina Vaticana refecti sunt (cf. ff. 8^v, 247–250; 258 sqq.). Litterae interdum evanidae fusciore pigmento retractatae (ex. gr. ff. 7^v–8, 43). Officinar. chartariar. insignia in ff. 265–275 dum taxat obcurrunt: (ff. 265, 267–268, 271) claves decussatae (cf. Likhačev nr. 202), (f. 275) trimontium cruce superinposita (Briquet nr. 11679). In chartis additiciis: ff. 2, 255, 276–277, 287 aequipondium quoddam

circulo inclusum, cuius moderator circulum ipsum excedit et in anulos duos desinit ff. 283 + 284 et 282 + 285 trimontium (cf. Br. nr. 11662, sed non nihil discrepat).

F. 203 in marg. inf. + *καμοὶ Χ(ριστ)ὲ πάρεσχε λῦσιν ἁμαρτημάτων· Πέτρω ἱερεῖ τῶ κατακεκριμμένω*; qui Petrus idem esse videtur atque anonymus, cuius calamo multa textus subplementa in Vat. gr. 1500 paginar. oris inferioribus inscribuntur (cf. p. 29).

F. 275 librarii subscriptio rubris litt. expressa *εὐχαριστῶ σοι θ(ε)έ π(άτ)ερ παντο/κράτωρ, καὶ κ(ύρι)ε υἱὲ μονογενές / Ἰ(ησο)ῦ Χ(ριστ)ὲ, καὶ ἅγιον πν(εῦμ)α, ἡ μία / θεότης καὶ δύναμις, ὁ δοὺς / τὸ τέρμα τῆς παρούσης νῦν βί/βλου. δόξα· δόξα, δόξα σοι / τριὰς ἁγία: ∼ ἐτελειώθη σεπτε/βρί⟨ου⟩ ις', ἔτους ,ςω͵α': ∼*. F. 289ᵛ troparium nescio quod, m. saec. XVI + *ιστασο ὡς ἄτρέπτος κτλ.* Ib. conscribillationes parvi faciendae, quas inter + *ἤγίὲς καὶ χέρετειματα απω εμενα τον Αδρεα του / πρωτωπαπαν στών εξαδελφω μου τών Μαγκλα/βητη*. F. 290 initium formulae dotis dictionis quae dicitur (cod. *προικοπαραδόσεως*), 4 dec. anni 1534 conscripta; ib. inferius in scidula adglutinata *Єγο Σταμαως / Ego Pauolo*. Eodem fol. av. calami probationes.

Codicem, ad syllogen Conlegii Graecorum olim pertinentem (teste pinace in Arch. Bybl. t. 11, f. 261), paucis memorat P. Batiffol, *La Vaticane depuis Paul III* in *Revue des questions historiques* XLV (1889), pp. 183 n. 1 et 191, ubi tamen non recte a. 1383 tribuitur.

Integumentum, membrana *ἰδιοχρώμω* contectum, exhibet in dorso tesseras gentilicias Pii IX P. M. et Io. Baptistae Pitra card. bybl. (1869-89).

1516 (olim 1545). Saec. XV in. (ff. 1-13, 126-129, 152, 275-283 s. XVI), chartac., mm. 285 × 210 (ff. 261-283 mm. 290 × 202 circ.), ff. I. 283, coll. 2 (exceptis ff. 254-283), linn. 35 (ff. 14-121), 31 (ff. 122-125), 32 (ff. 130-253), variar. (ff. rell.).

1 Paracletice sive Octoëchus magnus, sub inscriptione (f. 1) *[Ἀ]ρχὴ σὺν θεῶ ἁγίω τη⟨s⟩ ὀκτωήχου περιέχων* (!) *τὴν πᾶσαν ἐκκλησιαστικὴν ἀκολουθίαν τοῦ ἐνιαυτοῦ ὅλου [κ]α^θθ'* (*καθίσματα*?) *τὰ κανόν(ια)· ἐν ἧ καὶ τοὺς ἐν τοῖς ἀποδείπνοις [ἱ]κετικοὺς κανωνας ἐθήκαμεν τῆς ὑπεραγίας θεοτόκου καὶ προσόμοια κατανυκτικὰ [δ]εσποτικὰ καὶ θεοτόκια [τ]ὰ λεγόμενα τοῦ Ἀμορίου* (Pauli nimirum, Amorii in Phrygia metr., quo de cf. C. Emereau, Hymnographi byzantini, in *Echos d'Orient* XXVIII [1925], pp. 167 sq.) * *[ἵ]να καθ εἱρμὸν ἅπασαν ἀκολουθίαν· τῶν ὀκτὼ ἤχων τούτων συντάσσεται [κ]αὶ μὴ γένοιται χρεῖα ἑτέρου βιβλίου ἀμήν.* ¹ (ff. 1-28ᵛ) tonus primus, abrump. in vv. *σταυρῶ· θαρροῦντες* (cf. ed. Rom., p. 97 lin. 11 a. i.); propter lacunas post foll. 2 et 13 vv. illa desiderantur *ἱκεσίας σῶν δούλων — φύσις, ἐνική* (ib., pp. 4 lin. 14 a. i. — 6 lin. 3 a. i.) nec non *⟨προσ⟩δοκίᾳ τῶν μελλόντων — Ἰσραὴλ τὴν* (ib. pp. 29

---

* ne credas, lector, verba haecce respicere 24 illa Pauli *στιχηρὰ* in palaeoslavica dum taxat Octoëchi translatione adservata (cf. Emereau, loc. laud.), quia mihi codicem vel diligenter exploranti nullibi invenire licuit.

lin. 20-51 lin. 8 a. i.); [2] (ff. 29-58) tonus secundus, inc. mut. ⟨ἰδι⟩κῶς ἔχοντα (ib., p. 103 lin. 6 a. i.); [3] (ff. 58-89) tonus tertius (desunt vv. Ἐν χρόνῳ ἀπεκύησας — τῶν Ἀποστόλων σου, ib. pp. 232 lin. 13 a. i. — 238 lin. 13 a. i., scriptione in medio f. 76ᵛ deficiente); [4] (ff. 89-125) tonus quartus; [5] (ff. 125-152) tonus primus plagalis, in quo propter casum folior. duorum post f. 137 vv. πταίσματα, Χριστὲ — ἀναμάρτητε (ib., pp. 398 lin. 6-403 lin. 16 a. i.) desiderantur; [6] (ff. 152ᵛ-180ᵛ) tonus secundus plagalis; deperdito singulo fol. ante et post f. 158, desunt illa ἐρρύσω· διό σε — τῇ ἐγέρσει σου et Νεανικῶς τὸν ἐχθρὸν — ἀγγέλους σου, δέ⟨σποτα⟩ (ib., pp. 464 lin. 3 a. i. — 467 lin. 6 a. i. et 471 lin. 16 a. i. — 474 lin. 7 a. i.), inter vero ff. 164 et 165 chartae duae perierunt, vv. Ὁ προφήταις — πίστιν ὑπεδέχοντο (ib., pp. 489 lin. 5. a. i. — 494 lin. 4) exhibentia; [7] (ff. 180ᵛ-209) tonus tertius plagalis sive gravis, in quo, defectu chartae unius post f. 188, pars officii τοῦ ὄρθρου feriae secundae a theotocio Μόνη τεκοῦσα (ib., p. 554 lin. ima) ad vv. τὸν ἐχθρὸν κατεπάτησαν exclusive (in inedito, ut vid., μαρτυρικῷ ad finem odae sextae posito) hodie desideratur, et foliis duobus ante f. 194 deperditis illa εὔσπλαγχνε — θανόντας προμηθούμενος (ib., pp. 570 lin. 4 a. i. — 575 lin. 8 a. i.) effluxerunt; [8] (ff. 209-244ᵛ) tonus quartus plagalis, abrump. in vv. παλάμῃ καὶ παρέσχες (ib., p. 702 lin. 1), post quae vv. iterantur [a] (ff. 245-252 col. sin. lin. 5) officia feriae quartae, quintae et sextae toni gravis, a vv. Ὁ θεηγόρος σε ποτὲ ad vv. ἀπέργασαι καὶ σῶσον με (cf. ff. 194 col. sin., lin. 12-206 col. dext., lin. 7: quae f. 252 lin. 5-252ᵛ leguntur, initium scil. matutini feriae sextae, omnino differunt canonesque duo ponuntur ab exscriptis ff. 201ᵛ sqq. prorsus diversi) et [b] (f. 253) fragmentum officii feriae sextae toni laud., a conclusione vesperarum ad finem troparii quinti tertiae odae canonis σταυροαναστασίμου (omnino ut in f. 252 nuper mem.).

Discrepantias haud paucas ab editis (vesperarum praesertim in officiis) longum est recensere, canones tamen ab ed. Rom. alienos (quorum plerique inediti videntur) non ab re laudare arbitramur: [1] (f. 22) feria sexta primi toni, in ss. Deiparam, inc. Δέσποινα πανάχραντε ἁγνή, [2] (f. 25ᵛ) sabbato eiusdem toni, in omnes sanctos, inc. Θυρεῷ εὐσεβείας, Iosephi, [3] (f. 46ᵛ) feria quinta secundi toni, in s. Nicolaum, inc. Διηνεκῶς· τῷ θείῳ θρόνῳ, Iosephi (cf. Papadopulos-Kerameus, Ἱεροσολυμιτικὴ βιβλιοθήκη, II, p. 475), [4] (f. 107ᵛ) feria quarta quarti toni, in ss. Deiparam, inc. Ἡ μόνη ἐν πειρασμοῖς, Theophanis, [5] (f. 146) feria sexta primi toni plagalis, in eandem, inc. Πίστης ἡγείσθω μόνη, Theophanis, [6] (f. 165 col. sin., lin. 17) feria quarta secundi toni plagalis, in eandem, oda tertia inc. Οὐκ ἔστιν ἄμεμπτος ὡς σύ (duae primae ob lacunam ante

f. 165 desiderantur), [7] (f. 184) dominica toni gravis canon *σταυροαναστάσιμος*, inc. *Τῷ ὑψωθέντι ἐν σταυρῷ* (usque ad quintam oden inclusive, post quam cum ed. consentit), ■ (f. 199v) feria quinta eiusdem toni nona dum taxat oda canonis in ss. Apostolos, inc. *Υἱοὺς φωτὸς καὶ ἡμέρας*, [9] (f. 201v) feria sexta eiusdem toni, in ss. Deiparam, inc. *Ὑποπεσόντα τῇ φθορᾷ*, Theophanis, [10] (f. 237) feria sexta quarti toni plagalis, in eandem, inc. *Πολλοῖς συνεχόμενος* (ed. Rom., adpend., pp. 737-741). Adverte insuper canones non nullos (ex. gr. *Ὡς οὖσα καθαρωτέρα, Σταύρωσιν ὁ δεσπότης*) aliis diebus adsignari atque in ed. Rom. laud.; qui canones prima fronte inediti videri possunt.

Subplementa vel ipsorum scribarum manu (cf. v. gr. ff. 42, 56, 91v) vel nescio cuius recentioris (ff. 94, 128v; an illius qui infra sub litt. *c* recensetur?) perrara obcurrunt.

2 (ff. 254–260v) menaei octobris fragmentum, a vv. *Νικῶσαν τὰς αἱρέσεις* (sub finem officii s. Dionysii Areopagitae, cf. ed. Rom., p. 328 lin. 7 a. i.) ad vv. *μήπως ἀποσπασθεῖς* (in media visione Cosmae monachi, cf. ed. Athen. 1904, p. 25 col. sin., lin. 35: cum qua editione synaxaria optime consentiunt, praeterquam quod die 4 memoria ss. Fausti, Gai et socior. plane omittitur).

3 (ff. 261–274v) menologii frustum a die 5 sept. ad festum s. Theophaniae, inc. mut. *χαχαρία* (sic)· *καὶ γέγονας* (cf. *Ωρολογιον το μεγα*, ed. Rom., 1876, p. 129 lin. 10 a. i.), abrump. in vv. *ἀπὸφάναι τὰ ρεῖθρα* (cf. Menaea, ed. Rom., vol. *γ'*, pp. 136 s.), deficientibus quoque diebus 17–27 nov. propter fol. deperditum inter ff. 266 et 267. Ab ed. satis discrepat.

4 (ff. 275–283v) evangelia horarum Magnae Parasceves, prout in edd. antiquioribus leguntur (cf. *Ιερον Ευαγγελιον*, Venetiis 1575, ap. I. Leoncinum, ff. ξζ'-ο') et in Triodio indicantur (ed. Rom., pp. 684...701); Romana ed. Evangeliarii a. 1880 inpressa breviora interdum exhibet.

A duobus librariis coaevis exaratus (*a* ff. 14–75. 77–125. 159 col. dext., lin. 5–253; *b* ff. 76. 130–151, 153–159 col. dext., lin. 5), nimio usu iam insequenti saec. ita pessum datus, ut chartae aliquot effluxerint, quas manus tres (an eadem aetate, ignoro) subpleverunt (*a* ff. 1–13, *b* ff. 126–129, *c* 152). Nostris autem fere temporibus, codice propter umorem et blattas ad interitum ruente (cf. ff. 84, 98, 112 sqq.), scidularum admini culo margines haud eleganter sarti et chartae singulae dissolutae nova lege conpactae, ut fasciculorum ratio, quae quidem initio fuerit, nullo modo dignosci queat, notis quoque numeralibus (si unquam exstiterunt) una cum oris putrescentibus absumptis. Litterae notabiliores, tituli, melodorum nomina, rubricae quae indigitantur rubro liquore descripta, ornamenta vero titulis et sectionum initiis inposita vel rubro vel (rarius) rubro nigroque (in ff. 1–13 subpletis omnia sunt nigra). Officinar. chartariar. insignia: ■ (ff. 14 sqq., 82,

115 sqq.) basiliscus (proxime adcedit ad n. 2638 ap. Briquet), [b] (ff. 78, 80, 98 etc.) bucina (Briquet nr. 7680), [c] (ff. 160, 162, 164 etc.) trimontium circulo insertum, cui crucula inminet (propius abest a n. 11870 ap. Br.); [d] (ff. 130 sqq., 169 sqq., 243) trimontium aliud cum crucula desuper; [e] ff. 236, 238) trimontium ex quo linea recta egreditur (cf. Br. n. 11684, qui tamen minoris est moduli); [f] (ff. 138, 142) an agnus paschalis cruculam pede sin. ant. stringens? (cf. Br. nn. 2 et 6, sed multum differunt). In chartis subfectis: ff. 3 + 4, 9 + 12, 10 + 11 siren, litteris MT subpositis (cf. Br. n. 13876), ff. 126 et 129 statera circulo inclusa, cuius moderator e circulo eminet et in anulos duo desinit, crucula quattuor bracchior. superinposita (cf. Br. n. 2497 sed magnitudine differt). F. 22 in marg. ext. sacrae icunculae quattuor minio pictae, quarum una prorsus evanida. Ff. 13ᵛ et 239ᵛ aliae duae imagunculae, rudi calamo delineatae, oris iniciuntur. F. 171 in marg. ext. parva manus benedicens. F. 125ᵛ inferne, m. saec. XV, παπ(ᾶ) Διμιτροπουλος, f. 223ᵛ in ora inf. Γέὀργῆ Σεροποῦλός· γομαρηα· δαικα. F. 208 nescio quis marg. ext. sacra nomina non nulla inscripsit.

Ff. 254-260 reliquiae sunt codicis saec. XV in., subfusco pigmento exarati litterasque grandiores minio pictas exhibentis. Chartae signum obcurrit (ff. 257 et 260) trimontium linea recta divisum.

Ff. 261-274, manu Georgii illius τοῦ ἁμαρτωλοῦ, qui cod. Vat. gr. 1609 totum descripsit, procul dubio exarata, ad quaterniones duos olim pertinebant, sed primi chartae duae (ante f. 261 et post f. 266) hodie desiderantur. Litterae maiores et maximae rubrae, ornamenta flavo rubroque colore (ff. 265, 269) vel flavo rubro nigro (ff. 267ᵛ, 271, 272) tinguntur. Signum officinae chartar. (ff. 267 + 274, 269 + 272 etc.) flos est quinque folior. (cf. Briquet nn. 6644 et 6647-52, qui tamen plus minusve differunt). F. 268 superne ad ang. ext. derecte scribitur *a asia*, m. saec. XV.

Chartae 275-283, fusco pigmento exaratae, insigne officinae chartariae praebent (ff. 276 + 277) stellam radior. septem circulo inclusam, cui circulo crux latina superstat, subsunt vero litterae TMA (cf. Briquet nr. 6092).

F. I βιβλιον ·λ̄· ·ζζ̄· / Ἰω(άν)νου του Δαμασκηνοῦ καὶ ἑτέρων / —: ἁγιῶν π(ατέ)ρων: — / —: φιλλα σπγ′: —; inferius eadem latine et in plagula adglutinata mm. 29 × 73 *liber. 30. FF* etc. (his numeris codex instruebatur in conlectione a Fr. Accida papae Sixto V oblata, cf. Io. Mercati, *Per la storia dei mss. greci di Genova etc.* [*Studi e Testi 68*], p. 96 n. 2 et tab. IIIᵇ). F. 1 in marg. inf. sigillum Conlegii Graecorum, f. 7 ad ang. inf. ext. siglum SA. F. 283ᵛ eiusdem Accidae inscriptio nuncupatoria.

Codicem tantum memorat P. Batiffol, *La Vaticane depuis Paul III* in *Revue des questions historiques* XLV (1889), pp. 183 n. 1 et 186.

Integumentum simplici membrana contectum Pii IX P. M. scutum in dorso praebet.

1517 (olim 1546). Saec. XV in., chartac., mm. 270 × 203, ff. V. 248 (— 101, + 170ᵃ), linn. 24-26 (ff. 1-226), plerumque 30 (ff. 227-245).

1 officia Magnae Hebdomadae: [1] (ff. 1-12ᵛ) in dominica Palmarum; [2] (ff. 12ᵛ-21) in feria secunda; [3] (ff. 21-27ᵛ) in feria tertia; [4] (ff. 27ᵛ-37) in feria quarta, cum synaxario editis breviore (cf. ex. gr. Τριω-

διον, ed. Venet. 1574, ap. I. Leoncinum, fasc. *aa*, ff. III–IV); [5] (ff. 37-60) in Cena Domini et in Passione Domini; [6] (ff. 60–67v) in Magna Parasceve, ubi f. 64 post absolutas vesperas notatur *εἶτα ἐξερχόμεθα ἐν τῷ νάρθηκι* (sic)· *ψάλλοντες τὸν νόν· καὶ εὐθὺς τὸν παρόντα κανόνα· ἐν ᾧ ὁ τῆς θεομήτορος θρῆνος διείληπται* [*ει* conr. ex *η*]· *ποίημα τοῦ κυροῦ Συμεὼν τοῦ μεταφραστοῦ*, inc. *Θέλων σου τὸ πλάσμα* (ed. ⟨S. Gassisi⟩ in *Roma e l'Oriente* V [1912–13], pp. 302–313; adservatur praeterea in cod. Hadrianopol. 28, sub nom. Germani patr., cf. *Byzantinische Zeitschrift* XIV [1905], p. 597, nec non, ut vid., in cod. Athon. 5890, cf. Lambros II 369, qui tamen vir doctus vv. *Κύματι θαλάσσης*, hirmum scil., ut initium canonis ipsius oscitanter profert); [7] (ff. 67v–100) in Sabbato Sancto, cum encomiis in Christi sepulturam ab ed. (cf. *Τριώδιον*, ed. Rom., pp. 710-727) valde discrepantibus (tribuuntur Ignatio archim. S. Demetrii, ut in cod. 281 S. Panteleemonis, cf. C. Emereau, Hymnographi byzantini, in *Echos d'Orient* XXII [1923], p. 433).

2 Pentecostarium, i. e. officia: [1] (ff. 100–110) in die Paschatis, inserta s. Theodori Studitae hom. *Τί τοῦτο πατέρες φιλέορτοι* (cf. P. G. 99, 709), qua introducitur Chrysostomo adscriptus sermo catecheticus, matutini in fine recitandus (ed. e nostro cod. N. Franco in *Roma e l'Oriente* I [1910-1911], pp. 368–373; cf. Barocc. 197 [Coxe 348] nec non Fabr.-Harl. X, 446 n. *ee*); [2] (ff. 110-117v) in hebdomada paschali (integrum dum taxat refertur officium *τῆς Ζωοδόχου πηγῆς* cum suo synaxario, fere omnino ut in Pentecostarii ed. Venet. a. 1579, ap. I. Leoncinum, fasc. *γ'*, ff. IIII–⟨Vv⟩ vel in ed. Athen. a. 1902 inpressa, sed in hac synax. initio pauca om.); [3] (ff. 117v–129v) in hebdomada Thomae; [4] (ff. 129v–143) in hebdomada *τῶν Μυροφόρων*; [5] (ff. 143–162v) in hebdomada Paralytici; [6] (ff. 163–179) in hebdomada Samaritanae; [7] (ff. 179–204v) in hebdomada Caeci et in Ascensione D. N. Iesu Christi; [8] (ff. 204v–224) in hebdomada Patrum; [9] (ff. 224–239) in hebdomada Pentecostes (synaxarium pro feria secunda concluditur vv. *πᾶσα μαλακία ἐξώρισται*, cf. ed. Ven. laud., fasc. gg *ηη*, f. ⟨VIII⟩, lin. 1); [10] (ff. 239v–245) in dominica Sanctorum omnium, absque synaxario.

Additur in fine (ff. 245v-246v) canon in s. Georgium auctore Nilo archiep. Rhodi (non exstat apud Carolum Emereau, op. cit.; an ille quem laudant L. Allatius, De Nilis etc., pp. 57–58, Fabr.-Harles X 30 et O. Halecki, *Un empereur de Byzance à Rome*, Varsoviae 1930, p. 165?), inc. *Ἀναστάσεως διηύγασεν ἡμέρα φεδρά*, abrump. in media oda septima.

Librarii quattuor coaevi descripserunt, quorum primus ff. 1–224, lin. 3 a. i. et 243–245, secundus 224, lin. 2 a. i. — 226v, tertius 227, quartus 227v–242v et 245v–246v exaravit. Fa-

sciculi arctissime conpacti quot qualesque initio fuerint, dispici nequit; numeralis nota nulla nullibi obcurrit, omnibus forsitan ferro glutinatoris absumptis. Litterae maiores et maximae, quibus initia tropariorum, lectionum etc. distinguuntur, rubro colore interdum perquam evanido pictae, ornamenta (ff. 1, 2, 100) pariter rubra. Officinar. chartariar. insignia conplura exstant, quae inter memorasse sat erit: [a] (ff. 2–4, 11 etc.) tintinnabulum (cf. Briquet nr. 3984, sed latitudine differt), [b] (ff. 229 sqq.) trimontium circulo insertum atque linea recta divisum in cruculam desinente (fere ut ap. Br. nr. 11875), c (ff. 243–245) lilium quoddam (cf. Br. nr. 7272, sed nostrum multo minus est). Chartae haud paucae madore male habitae resegminibus chart. circa oras refectae. Foliorum sectio flavo liquore lita.

Ff. I–V et 247–249, recentiori aetate custodiae loco addita, scriptione vacant, aeque ac f. 32v, sed folio III frustum chartac. mm. 154×150 adglutinatur Fr. Accidae inscriptionem nuncupatoriam graecam exhibens, folio autem IV plagula mm. 185×155 (ipsius Accidae manu) contenta in volumine (quod, in duas partes tunc divisum, signabatur ΙΘ et Κ [et *T. V.*]) latine graeceque breviter recensens (cf. enarrat. cod. 1516).

Librum leviter attigit P. Batiffol, *La Vaticane depuis Paul III* in *Revue des questions historiques* XLV (1889), pp. 183 n. 1 et 187; qui minus recte saec. XVI eum adsignat.

Tabulae, corio signato coloris castaneae saec. XVI vestitae, in bybl. Vaticanae glutinatorum officina refectae sunt.

1518 (olim 1581). Saec. XVII in., chartac., mm. 295 × 205, pp. VI. 394, linn. 24–28.

anonymi Ariani in Hiob interpretatio, Iuliano Halicarnassensi antea tributa, cod. *Ωριγενους* (litt. quadr.) *Τοῦ Ἰὼβ Ἱστορία Μετὰ τῆς τοῦ Ὠριγένους Ἑρμηνείας* (cf. R. Draguet, *Un commentaire grec arien sur Job* in *Revue d'hist. ecclésiastique* 20[1] [1924], pp. 38–65; R. Devreesse, *Chaînes exégétiques grecques* in *Dict. de la Bible*, suppl., t. I, c. 1141). Interpretationi, quae inc. *ὁ τοῦ θεοῦ ἄνθρωπος Μωϋσῆς*, des. vero *ἐπίπροσθεν παντὸς οὕτινος οὖν τιθέμενος*, praefigitur (pp. 1–4) prohoemium *Σημαίνει ἡ βίβλος τοῦ μακαρίου Ἰὼβ — ἴδωμεν οὖν τίς ἡ τῆς γραφῆς εἰκών* (conr. ex *εἰκώης*), eadem ratione ac in cod. Paris. 454 (e quo, si audias R. Devreesse in art. laud. liber noster fluxit), cf. E. Hauler, *Ein Bruchstück des Menanders und des Sotades*, in Eranos Vindob., 1893, p. 334. Excerpta conplura e cod. Paris. descripta evolgavit H. Usener in *Rheinisches Museum* LV [1900], pp. 321–335, nec non L. Dieu in dissert. cui tit. *Fragments dogmatiques de Julien d'Halicarnasse, Mélanges Ch. Moeller*, I, Louvain-Paris 1914, pp. [192]-196; e nostro autem libro particulam (p. 68 linn. 7–15) iam ediderat (codicis notam de more silentio praeteriens) A. Mai in Nova Patr. Bibl., t. I, 1, p. 112 n. 2 (vv. *Ταῦτα δὲ λέγει· οὐχὶ τὸν τῆς ἀναστάσεως — καὶ τῷ θανάτῳ ἐπισχεθήσῃς*).

Librum erroribus scatentem efficiunt terniones 33, quorum ex ultimo folium sextum excisum est. Notam fasciculorum nullam videtur adposuisse librarius, sed ang. inf. int. unius cuiusque folii avorsi primum insequentis verbum iniecit; eiusdem indocto calamo descripti sunt codd. 1519-1521. Paginar. 215-346 margines super. externos blattae perforaverunt, ubique tamen absque damno scriptionis. Signum officinae chartariae urceolus est ansa instructus, quo lunula litteraeque CB inseruntur. Pag. IV superne nota antiquior *1581*. Pag. V (an ipsius scribae manu?): *Origenis / in. librum. Iob. plena / interpretão* (litt. quadr.) / *Ex Bibliotheca / Regis / Renati* (hoc ultimum v. litt. quadr.); ibid. inferius num. *1518*, qui iteratur in calce p. 1. Initio codicis plagulas tres conpactas invenies (non unius moduli), quas inplent ⟨A. Mai⟩ notae de auctore interpretationis nec non textus conlationes aliquot cum aliis libris inpressis et manu scriptis (v. Draguet, art. cit. p. 45 n. 2). Pagg. I-III. VI. 391-394 vacuae.

Integumentum corio fusco vestitum Pauli V P. M. scutum in tabulis praebet, dorsum vero, superiori saec. refectum, tesseram gentiliciam Pii IX P. M.

1519 (olim 1582). Saec. XVII in., chartac., mm. 297 × 205, pp. IV. 332, linn. 23.

in Psalmos 1-6. 8-13. 15-18. 20-23. 25-27. 29-34. 36-39. 43. 48-52. 54. 57-58. 62. 64-70. 72-80. 82-86. 88-89. 92-94. 105. 115. 118. 144 scholia commentarii ad instar disposita atque Origeni adscripta, *Ὠριγένους* (litt. quadr.) *σχόλια εἰς ψαλμοὺς* cod. (cf. R. Devreesse, *Chaînes exégétiques grecques* in *Dict. de la Bible*, suppl., t. I, col. 1121); non nulla ad libri nostri fidem ed. A. Mai, Nova Patr. Bibl. VII, 2, p. VI (cf. P. G. 17, 137), sed unde sumpserit minime indicavit. Scholl. in ps. 1 inc. *Ἀλλὰ πῶς ἐν ἀναιρέσει κακῶν ὁ μακαρισμός*, in ps. 144 *ὕψωσις πνευματικὴ καὶ εὐχαριστίαν*. Subduntur interpretationes (p. 325) in canticum B. M. V., inc. *ὥσπερ ἤρξατο ἡ ἁμαρτιά*, des. *καὶ τὸν τόκον γένεσθαι*, (p. 328) in orationem Zachariae, inc. *ὡς γάρ οἶομαι καὶ οἱ πατέρες ἡμῶν*, des. *ἕως τῆς ἡμέρας ἀναδείξεως αὐτοῦ πρὸς τὸν Ἰσραήλ*.

Animum adverte scribae oscitantia psalmos 6 et 75 numerari 7 et 74, 16-17 nec non 73-74 coalescere, scholior. ordinem in psalmos 38-39 turbatum esse.

Eadem manu perscriptus ac nn. 1518, 1520 et 1521, fasciculos conprehendit 28, terniones omnes, si tantum excipias 14, 7 folior. et 16, 3 folior. Fasciculor. nulla nota deprehenditur, sed primum verbum unius cuiusque folii recti notavit librarius in marg. inf. int. paginae praeced. Signum officinae chartariae ut in cod. praeced. Nota codicis antiquior *1582* legitur summa pag. II, recentiorem bis invenies, in pag. III scil. et in calce pag. 1. Pag. III titulus *Origenis / in librum psal/morum scholia* (litt. quadr.) / *Ex Bibliotheca Regis / Renati* (hoc ult. v. litt. quadr.). Pag. I adhaerescit plagula mm. 134 × 95 quam inplent notae ⟨A. Mai⟩.

In tegumenti tabulis, fusco tergore indutis, scutum inprimitur Pauli V P. M., in dorso, saec. superiore refecto, tessera gentilicia Pii IX P. M.

1520 (olim 1579). Saec. XVII in., chartac., mm. 289×204, pp. II. 701 (+231a-b. 473a-b. 559a-b. 653a-b. 667a-b, — 146), linn. 31.

catena in Octateuchum (typ. III Karo-Lietzmann, Catenar. graecar. catal., p. 14; cf. R. Devreesse, *Chaînes exégétiques grecques*, in *Dict. de la Bible*, suppl., t. I, c. 1101): [1] (pp. 5–231) in Genesim, inc. *Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γὴν :· Σεβηριανοῦ Γαβάλων :· Δύο πρόκειται τῷ Μωσεῖ ποιῆσαι*, des. *Βηθαγκῶν ὁ ἐστὶν ἑρμηνευόμενον τόπος κύκλου* (cf. *Σειρα ενος και πεντηκοντα υπομνηματιστων εις την οκτατευχον κτλ.... ἐκδοθεισα... επιμελειαι... Νικηφορου ιερομοναχου του Θεοτοκου, Ἐν Λειψίᾳ τῆς Σαξονίας*, 1772, t. I, coll. 6 Γ 4...548 Ζ 5), [2] (pp. 232–414) in Exodum, inc. *Ὅτι τὸ πρῶτον βιβλίον ὁ Μώσῆς γένεσιν προσηγόρευσε*, des. *υἱοὶ φωτὸς καὶ ἡμέρας κατὰ τὸ γεγραμμένον* (cf. ib. 553–54...952 Ζ 5), [3] (pp. 416–472) in Leviticum, inc. *Ὠριγένους :· Λευιτικὸν ὠνόμασται, ἐπειδή*, des. *ὡς πάντες ἔχουσιν ἐπὶ τῆς δεκάτης* (cf. ib. 953–54... 1160 Δ 7), [4] (pp. 474–559) in Numeros, inc. *Καὶ ἐλάλησε κύριος πρὸς Μωϋσῆν ἐν τῇ ἐρήμῳ τῇ Σινᾷ καὶ ἐφεξῆς :· Ἀπολιναρίου :· Τὸ κατὰ συγγενείας*, des. *ἀπεράντων ἀγαθῶν ὑποδοχὴν· κατὰ* (hoc v. cancell.) *χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ κτλ.* (cf. ib. 1162 Ε 5...1416 Ε 2), [5] (pp. 560–652) in Deuteronomium, inc. *Τὸ δευτερονόμιον, πέμπτον μέν ἐστι*, des. *δοξάσομεν αὐτόν τε καὶ τὸν μονογενῆ αὐτοῦ υἱὸν τὸν κύριον ἡμῶν καὶ θεὸν Ἰησοῦν Χριστὸν κτλ.* (cf. ib. 1421–22 lin. 3...1676 Δ 5), [6] (pp. 654–667) in Iosue, inc. *Καὶ ἐγένετο μετὰ τὴν τελευτὴν Μωϋσῆ καὶ εἶπε κύριος καὶ ἐφεξῆς :· Ὠριγένους :· τοῖς φυλάσσουσι τὸν νόμον*, des. *τὸ ἄπορον τῆς δυνάμεως τοῦ θεοῦ διαφαίνεσθαι* (cf. ib. t. II, 3 Ζ 9...112 Ζ 4), [7] (pp. 668–683) in Iudices inc. *Μηδεὶς τὴν τῶν κριτῶν βίβλον*, des. *λαὸς καὶ πρόβατα νομῆς αὐτοῦ· αὐτὸ ἡ δόξα κτλ.* (cf. ib. 117–18 lin. 12 a. i.... 256 Δ 9), [8] (pp. 684–690) in Ruth, inc. *Καὶ ἐγένετο ἐν ταῖς ἡμέραις: καὶ ἐφεξῆς :· Ἡ Ῥοὺθ τύπον ἐπέχει τῆς ἐκκλησιας :· Ὠριγένους :· Ῥοὺθ τύπον φέρει τῶν ἐθνῶν*, des. *τροφὸς θάλπη τὰ αὐτῆς τέκνα* (cf. ib. 260 Δ 1...276 Δ 2).

Auctores laudantur (cf. indiculum pag. 3 inscriptum): Acacius Caesariensis, Antonius episcopus, Apollinaris, Aquilas, Athanasius, Cyrillus, Didymus, Diodorus, Dionysius Alexandrinus, Ephraem, Epiphanius Cyprius, Eusebius Caesariensis, Eusebius Emesenus, Eustathius Antiochenus, Gennadius Constantinopolitanus, Hippolytus Romanus, Irenaeus, Iustinus, Melito ep. Sardensis, Origenes, Philo episcopus, Serapio ep. Thmueos, Severianus ep. Gabalensis, Severus Antiochenus, Succensus Caesariensis, Sym-

machus, Theodorus Mopsuestenus, Theodotion, Theodulus, Theophilus Alexandrinus, Victor presbyter. Excerpitur interdum et Samaritanus textus.

In margg. libri nescio quis scholl. in ed. Nicephori evolgata cruculis distinxit, capitum numm. hic illic notavit, quo loco incipiat textus in cod. Vat. gr. 1657 adservatus monuit (p. 20).

Codex, quem perperam Karo-Lietzmann, loc. cit., e Paris. gr. 128 descriptum suspicantur (cf. Devreesse, loc. laud.), manum prodit librarii qui numm. 1518, 1519 et 1521 exaravit. Fasciculos conplectitur 45 (15. 25. 29 quiniones, 1 bifolium, 26 binio [cuius ff. 3-4 excisa sunt], cett. quaterniones), ad ang. inf. ext. primae unius cuiusque paginae latinis litteris distinctos; oris autem altius resectis, notae fere omnes perierunt (vestigia obcurrunt in pp. 448 et 514). Initio additum est pro custodia fol. unum, duo in fine. Margg. superni blattis paullulum adrosi sine scriptionis damno. Signum officinae chartar. ut in codd. 1518-19 et 1521. Num. antiquiorem *1579* linea obductum invenies in ora summa operculi ant. int., recentior *1520* margini summo pag. I adpingitur. Pag. 1 titulus *Octateuchus / veteris tes/tamenti / collectitiis graecorum / patrum sententiis / interpretatus* (litt. quadr.) / *Ex Bibliotecha (!) Regis Francorum, Erutus*, post quae vv. anonymus supra laud. plumbo notavit *cum pessima indiligentia*. Ib. inferius ⟨L. Zaccagni⟩ monuit *Pars huius catenę habetur in peruetusto cod. Vaticano num. 1657*. Pagg. II. 4. 231[a-b]. 415. 473. 473[a-b]. 559[a-b]. 653. 653[a-b]. 667[a-b]. 691-701 purae.

Tegumentum ex corio coloris castaneae Pauli V P. M. arma in utraque tabula praebet, in dorso litt. aureis quadratis inpressum exstat *Octateuchus / Veteris · / Testamenti*.

1521 (olim 1580). Saec. XVII in., chartac., mm. 291 × 201, ff. IV. 250, linn. 21-24.

in libros sapientiales Polychronii quae dicitur catena, *Ωριγενους και τινων αλλων. εξηγησεις. των βιβλιων Σαλομοντος παρα Προκοπιου σοφιστου συλλεχθεισαι* ms. (cf. R. Devreesse, *Chaînes exégétiques grecques* in *Dict. de la Bible*, suppl., t. I, coll. 1158...1164): [1] (ff. 1-153) in Proverbia, inc. *Αἱ παροιμίαι περιέχουσι παίδευσιν*, des. *ἐλπίζειν επ᾿ ἄρχουσιν* (cf. M. Faulhaber, *Hohelied-Proverbien- und Prediger-Catenen* in *Theol. Studien d. Leo-Gesellschaft*, 4, Wien 1902, p. 115 et 121-23; Karo-Lietzmann, pp. 67 sq.), [2] (ff. 153v-199) in Ecclesiasten, inc. *Ὁ ἐκκλησιαστὴς φυσιολογίας ἁπτόμενος*, des. *πᾶς ἀνθρώπος ὀφείλει, τέλειος εἶναι καὶ ἀνελλειπής* (cf. Faulhaber, op. cit., pp. 151, 154, 157 sq.; Karo-Lietzmann, pp. 78 sq.), [3] (ff. 200-247) in Canticum Canticorum, inc. *Ἆσμα ἀσμάτων καλεῖται, ἐπειδή*, des. *διὰ τὸ τέλειον δυναμένης*, praefixo (f. 199v) personarum indice nec non animadvers. *τὸ ἆσμα τῶν ἀσμάτων, τρόπον ὑποδείκνυσι κτλ.* (cf. Faulhaber, op. cit., pp. 44 sq.; Karo-Lietzmann, pp. 81-82).

Liber, ab eodem scriba ac superiores quattuor mira indiligentia exaratus, fasciculos conprehendit duos et quadraginta, terniones omnes, si postremum dumtaxat excipias, quinque folior. (ultimum operculo post. int. adhaerescit), et chartas quattuor initio pro custodia conpactas. Hi terniones litteris latinis maiusculis numerantur ad ang. inf. int. primae unius cuiusque fasc. paginae (ab *A* usque ad *SS*, nota quoque *&* post *Z* adhibita). Signum officinae chartariae ut in codd. 1518–1520. Notam antiquiorem *1580* summo f. II^v deprehendes, linea obductam. F. III titulus *Origenis* (litt. quadr.) / *et* / *Quorumda(m). aliorum* / *Enarrationes* / *Librorum Salomonis* / *À Procopio Sophista.* (tria ult. vv. litt. quadr.) / *Collectę.* F. IV titulus graecus, quem supra exscripsimus.

Codicem paucis descripsit Faulhaber, op. cit., pp. 42 sq.

Opercula tergore castaneae coloris vestita Pauli V P. M. scutum exhibent eadem ratione atque in codd. 1518–1520.

1522 (olim 1561). Saec. XIV (?), membran., mm. 283 × 230, ff. 197, coll. 2, linn. 11.

ex Evangeliario iuxta morem Constantinopolitanum lectiones delectae, notis ecphoneticis antiquioribus, quae dicuntur, instructae.

A. ex Iohanne pericopae [1] (ff. 5–29^v) pro singulis diebus hebdomadae paschalis, [2] (ff. 30–71^v) pro dominicis et festis diebus a dominica τοῦ Ἀντιπάσχα, seu Thomae, ad Pentecosten (v. *Θειον και ιερον ευαγγελιον κτλ.*, Romae 1880, pp. 1 ... 22; hoc animum adverte, inter ff. 59^v et 60 illa desiderari *⟨Μω⟩σέως ἐσμὲν — γεννημένου. Ei μὴ* in evang. dominicae *τοῦ Τυφλοῦ*, ib. 16 col. dext., linn. 14–24). Subditur (ff. 71^v–73^v) Matthei evangelium in dominica Sanctorum omnium (ib. 29).

B. evangelia in sanctorum dies festos selecta: (f. 74) in Nativitatem Praecursoris, (f. 83) in ss. Petrum et Paulum, *λεγεται και εis εγκε(νια)* cod., (f. 85) in Transfigurationem Domini, praemisso *προκειμένῳ*, (f. 87^v) in Dormitionem ss. Deiparae, prima tantum vv., subfixa animadv. *προέγραφη η΄ του σεπτεβ(ρίου)*, (ib.) in Decollationem Praecursoris, (f. 94) in Novum annum et in s. Symeonem Stylitam, (f. 96) in Nativitatem ss. Deiparae, cum suo *προκειμένῳ*, (f. 97^v) in Exaltationem Crucis, (f. 103^v) in synaxin archangeli Michahel, (f. 105^v) in hieromartyrem Ignatium, (f. 109) in dominica ante Christi nativitatem, (f. 115^v) in vigilia Nativitatis Domini, (f. 120) in Nativitatem Domini, (f. 123) in synaxin ss. Deiparae *και εις την μνήμην των αγιων νηπιον και εις την α΄ κυριακην απο των Χριστουγεννων* cod., (f. 128) in dominica ante Theophania, (f. 130) in Circumcisionem Domini et in s. Basilium, (f. 133^v) in vigilia Theophaniorum, (f. 138^v) in Theophania, (f. 140) in synaxin s. Iohannis Baptistae, (f. 141^v) in Obcursum Domini,

(f. 146) in Adnuntiationem ss. Deiparae, (f. 149) in sabbatum *του οσιου Λαζάρου,* (f. 159) in matutinum Palmarum, (f. 162ᵛ) eadem die intra missarum sollemnia, (f. 167) in sanctae et magnae feriae V missam vespertinam (Matt. XXVI, 17–30), (f. 170ᵛ) in sabbato sancto mane, (f. 171ᵛ) eadem die vespere.

C. (ff. 177–196) *εὐαγγελια εωθινα τῶν ἑορτων*, i. e. (f. 177) Pascharum diei, non nisi prima verba, ad quae notatur *προεγραφη κυριακη του αντιπασχα και εκεῖ ζητει,* (ib.) Mesopentecostes et Absumptionis Domini, (f. 180) Pentecostes, *προεγραφη* etc. ut supra, (ib.) Nativitatis ss. Deiparae, (f. 182ᵛ) Exaltationis Crucis, (f. 184ᵛ) Obcursus Domini, initium tantum (*Τῷ καιρω ἐκείνω ἀναστᾶσα Μαριὰμ ἐπορεύθη κτλ.* [Luc. I, 39 sq.], librarii, procul dubio, errore), post quod notatur *Προεγράφη του(το τὸ) ευαγγελιον εις την παννυχιδα καὶ ἐκεῖ ζητει,* (ib.) in Transfigurationem Domini (in ed. Rom. laud. adsignatur pro *μεθεορτίῳ*), (f. 186ᵛ) in Decollationem Praecursoris, des. in vv. *ἔθαψαν αὐτο* (Matth. XIV, 12).

D. evangelia pro variis circumstantiis: (f. 189) in encaenia, longius quam in ed. cit. (p. 212), add. enim vv. *καὶ οὐ μὴ ἀπόλωνται — ἕν ἐσμεν* (Ioh. X, 28–30), (f. 191) *εἰς μνήμην φόβου* (Luc. VIII, 22–25), (f. 192ᵛ) in infirmos (Matth. VIII, 14–18 et 23), (f. 194) in habitum monasticum (Matth. XI, 27–30), (f. 195) in matutinum *των ἐγκαινίων* (Matth. XVI, 13–19).

Praecedunt (ff. 2–3ᵛ) versus iambici 22 in evangelistas, in patres Ecclesiae etc., inc. *Σαφῶς ὁ Μωσῆς νόμον ὑπαγορεύσας* (ed. Montfaucon, Palaeographia graeca, p. 228; hic tamen *στίχοι* leguntur 23, quia post 5 unum in cod. nostro praetermissum inseritur, nempe *Καινὴν καὶ ξένην ὑψηγορίαν ἔχων*).

Liber hic et Paris. gr. 278, una eademque manu (vel certe in eodem scriptorio) litteris uncialibus, quae dicuntur, exarati (cf. tabulas apud Montfaucon, Palaeographia graeca, p. 229; H. Bordier, *Description des peintures ... contenues dans les mss. grecs de la Bibliothèque Nationale*, Paris 1883, p. 94; K. Weitzmann, *Die byzantinische Buchmalerei des 9. und 10. Jahrhunderts*, tab. VI, 28–29), tam conspicuam et insolentem speciem praebent, ut de librarii aetate varias viri docti sententias enuntiaverint, cum alii (quorum iudicio magis adstipulandum opinor) unum vel alterum cod. serioris aevi partum existimaverint atque laboriose imitando prolatum (Parisinum conlocat Omont in saec. XIV), alii vero mediam quandam viam inierint (X saeculo Vaticanum tribuunt, praeter Weitzmannum, Scholz et Gregory in opp. infra laudandis), alii denique, scriptionis artificio et fucatae elegantiae parum adtendentes, venerandae antiquitatis indicia in eis agnoscere non dubitarint (saeculo VIII Parisinus adsignatur ap. Montfaucon, op. cit., p. 228). Quid? Ineunte saec. XVII liber noster, in Conlegio Graecorum Athanasiano nuper adservatus (cf. Archivi Bybliothecae t. 11, f. 261: *Quatuor euangelia* (!) *uetustis-*

sima), Chrysostomi manu, teste ⟨Io. Ma. Caryophyllo⟩, scriptus esse putabatur: *1561. Εὐαγγέλιον διηρημένον εἰς τὰ σαββατωκυρίακα τῆς πεντηκοστῆς, καὶ εἴς τινας ἑορτὰς τοῦ ἐνιαυτοῦ· ὅπερ διὰ χειρὸς Ἰωαννου τοῦ Χρυσοστόμου, ὥς φασι, τυγχάνει γεγραμμένον* (Vat. lat. 7139, f. 12, et cf. P. Batiffol, *La Vaticane depuis Paul III*, in *Revue des questions historiques* XLV [1889], p. 188).

Codicem efficiunt fasciculi 26, quorum 1 est binio, 12 et 15 novem folior., 13. 16–17. 26 terniones (ultimi ultimum folium desideratur), cett. quaterniones. Adverte insuper nullam chartam effluxisse inter 59 et 60, ubi lacunam hiare notavimus (v. supra), tot fere litteras quot duabus libri paginis inesse possunt conplectentem; unde liquet eum ex antigrapho simillimo, in quo folium unum illic deciderat, ad amussim descriptum esse. Chartae singulae duplici serie, graeca scil. et latina, iam antiquitus distinctae fuerunt, sed oris ab inprovido bybliopego resectis, notae fere omnes deperditae sunt, graecae maxime; quod nunc est f. 196 (secundum notationem plumbo recens adscriptam, quam secuti sumus) numerum prae se fert ρϙγ´. Evangelistarum imagines auro variisque coloribus depictae, sed temporis iniuria satis male habitae (si Marci unam excipias) chartas occupant 4ᵛ (Iohannes), 93ᵛ (Lucas), 108ᵛ (Mattheus), Marcus (127ᵛ), Moysen autem Legis tabulas in Sina monte accipientem exhibet f. 1ᵛ. Tituli, liturgicae animadversiones summis foliis inscriptae, litterae grandiores (plerumque), versus codicis initio atque in fine adlati auro renident. *Πύλαι* titulis inpositae (ff. 5. 74. 94. 109. 128), litterae maximae, litterae grandiores (non semel) auro, prasino, caeruleo, rubro colore exornantur, taeniolae vero, quae latercula circumeunt auro rubroque vel auro et viridi vel auro atque caeruleo pigmento. Musicae notae cinnabari pictae. In ff. 2-4ʳ et 197ʳ⁻ᵛ *στίχοι* laudd. columellis includuntur, quibus arcus insistunt et avium (aquilarum plerumque) imagines vel (f. 4) flos aliquis. F. 5 summo pavones duos ex aureo vase bibentes glutinatoris forfices paullulum decurtaverunt. Paginae conplures charta translucida contectae (cf. ff. 84. 85ᵛ. 87ᵛ etc.). Chartae 4. 92ᵛ–93. 108. 127 scriptionis expertes.

F. 1, praeter graecas conscribillationes flocci faciendas, scripturae latinae saeculi XV perquam evanidae vel sordibus obrutae, quas enucleare neglеximus. F. 93ᵛ in ima ora legitur *κ(υρι)ω Παντίνου τοῦ Ὑέλλινου* (?), manu saec. XIV–XV. F. 197 versus iambici 8: *Ὁ τετραμόρφοις Χερουβ(ὶμ) ἐφεδρεύων / τετράμορφον δέδωκε τὴν νέαν χάριν· / τὸν Ματθαῖον μὲν ανθρωπον θεωρίαν· / τὸν Μάρκον δὲ λέοντος πάλιν εἰδέαν· / τὸν δ᾽ αὖθις Λουκᾶν ὁμοιότιτα μόσχον / ἀέτοῦ δίκην τον υιον Ζεβέδαίου· / παράσχου καμοὶ τὸν τούτοις προσφυγότα· Ἰγνάτιον οἴκτιστον* (an librarius? deest apud Vogel–Gardthausen, *Die griechischen Schreiber* etc.) *πταισμάτων λύσιν*. Ib. in pag. aversa iambi alii *Οὗτος παλαιὸς ἡμερῶν καθ᾽ ὁράθη / μᾶλλον δ᾽ ὁ αὐτὸς πρῶτος αἴσχατος μέσος + / οὕτως κραταιὸς ἔρχεται παντοκράτωρ + / τὸν κόσμον ὡς ἅλονα λικμῆσαι κρίσει + / βαβαὶ τίς οὐ φρίξει σε θεέ μου τότε +*. F. 197ᵛ in marg. inf. *ἔχει ὅλα· τὰ φιλα του ρϙς´*, m. saec. XV, atque inferius in plagula adglutinata mm. 12 × 50 *tene* (?) *fogli nº 197*, m. saec. XVII.

De codice, utpote ad sacram crisin adtinente vel picturis insigni, praeter Weitzmannum in op. laudato, pp. 6, 12, 14, 20 (evangelistarum Moysique imagines nec non ff. 3ᵛ, 109 phototypice ib. exprimuntur in tabb. V–VI), et alios, quos referre supersedemus, egerunt Bianchini, Evangeliarium quadruplex I, p. DIV et tab. IV post pag. CDXCII; Scholz, Novum Testamentum graece I, p. CVIII; Gregory, Novum Testamentum graece

III (Prolegomena), p. 709, et *Textkritik des Neuen Testamentes*, I, p. 398 (sub num. 123); St. Beissel, *Vatikanische Miniaturen*, p. 18 et tab. IX.

Integumentum, ἰδιοχρώμῳ membrana vestitum, praebet in dorso tesseras gentilicias Pii IX P. M. et Io. Ba. Pitra, card. bybl. (1869–1889).

1523 (olim 1534). Saec. XIII–XIV, membran., mm. 335 × 260, ff. I. 226 (I. 226 chart.), 2 coll., linn. 25.

Evangeliarium totius anni iuxta morem Constantinopolitanum.

A. Lectiones pro festis mobilibus, fere ut apud Gregory (*Textkritik* etc., pp. 344–364), iis tantum exceptis quae infra notabuntur.

[1] (ff. 1–44v) Iohannes a Pascha usque ad Pentecosten, omisso evang. in matutino Pentecostes, addita vero pericopa pro vespere Paschatis (XX, 19–25). In vigilia Pentecostes ad Ioh. XXI, 19 notatur τέλος τῆς τιμίας ἀλύσεως. [2] (ff. 45–68v) Mattheus, in quo discrepant lectiones: feriae III post Pentecosten (ut Evl. 292; inde ab hac die pericopae σαββατοκυριακαὶ tantum ponuntur), sabbator. 10 et 15 hebd. (ut Evl. 32), sabbati 16 hebd. (ut in ed. Rom. a. 1880), dominicae 16 hebd. (ut in Evll. 32 et 292). [3] (ff. 70–95) ex Luca pericopae σαββατοκυριακαί, quas inter differunt lectiones: dominicae 4 hebd. (ut Evl. 292), dominicae 6 hebd. (ut Evl. 316), dominicae 11 hebd. (ut Evll. 32 et 292), dominicae 14 hebd. et sabbati 16 hebd. (ut Evl. 32). Dominica 17 hebd., i. e. τῆς Χαναναίας, pericopa indicatur tantum (ζήτει κυριακὴν ιζ´ τοῦ Ματθαίου, nempe XV, 21–28); insequuntur lectiones pro sabbato et dominica ante Carnisprivium (ut apud Scrivener, cf. Gregory 359 sq.). Subduntur (ff. 95–96) pericopae in pervigiliis 1 hebd. recitandae (duae primae indicantur tantum). [4] (ff. 97–108) e Marco lectiones sabbato-dominicae Quadragesimae (diebus dominicis evang. εἰς τὸν ὄρθρον nunquam ponitur, si Palmarum diem tantum excipias); dominica 1 hebd. legitur Ioh. I, 43–51 (apud Gregory 44–52, errore, ut vid.), sabbato Lazari notatur ἐκ τοῦ κατὰ Μάρκον (re vera ex Iohanne). [5] (ff. 108–132v) lectiones Magnae hebdomadae, ex quibus discrepant: feriae 2 mane (ut apud Scrivener), feriar. 3 et 4 mane (ut Evl. 32); feriae 5 εἰς τὸν νιπτῆρα legitur Ioh. XIII, 3–11 et (μετὰ τὸ νίψασθαι) XIII, 12–17, ut apud Gregory, inter vero missarum sollemnia recitatur Matth. XXVI, 1–20 + Ioh. XIII, 3–17 et cett. ut apud Gregory. [6] (ff. 133–153v) evangelia s. Passionis D. N. Iesu Christi. [7] (ff. 153v–159) evangelia horarum Magnae Parasceves, ut in Evl. 32 (horae 6 pericopa indicatur tantum). [8] (ff. 159–163v) τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ παρασκευῇ

ἑσπέρας (cf. Gregory sub hac die). [9] (ff. 163ᵛ–164ᵛ) lectiones Sabbati sancti, ad matutinum (indicatur dum taxat) et ad missam.

B. (ff. 165–219ᵛ) Lectiones pro festis inmobilibus, saepe indicatae, rarius integre descriptae, diebus haud paucis omnino vacantibus (cf. Menologium apud Gregory 365–384, cum quo nostrum conferentes, ad nomina sanctorum et ad pericopen primo loco illic adlata respicimus, codicis varietates semper memoramus): septembris 1* inscr. fere ut Evl. 384, 3* ut Evl. 303, 4 ut sabb. 10 L., 5* ut Evl. 303, 6 τ. τιμ. ἀρχιστρ. Μιχαήλ ut Evl. 303 + τ. ἁγ. μρ. Εὐδοξίου* (Marc. XII, 28–37), 8**, 9 om. τ. ἁγ. Σεβηριανοῦ, 10 τ. ἁγγ. μρρ. Μηνοδώρας, Μητροδώρας καὶ Νυμφοδώρας tantum, lect. ut sabb. 7 Mt., 11 τ. ὁσ. Θεοδώρας ut 8 oct., 12 ut Evl. 303 (sed pro ss. Autonomo et Cornuto proprium evang. praescribitur, ut 20 sept.), 13*, dom. ante Exaltationem Crucis*, 14* (evang. τοῦ ὄρθρου ut in Evl. 32), sabb. post Exalt. ut Evl. 303, dom. post Exalt. ut Evl. 13, 15 ut Evl. 303, 16*, 17 ut Evl. 303, 18 nulla pericopa indicatur, 19 ut Evl. 303, 20*, 21 τ. ἁγ. ἀπ. Κοδράτου ut 29 nov., 24 ut sabb. 11 Mt., 25 τ. ἁγ. Παφνουτίου κ. τ. ὁσ. Εὐφροσύνης ut 10 nov. (cf. Evl. 303), 27* ut Evl. 303 (κατὰ Ματθαιον cod., err.), 29* (κζ', err.) ut Evl. 303, 30*; octobris 1 ut sabb. 7 L., 2 ut 13 oct., 3*, 8*–10*, 11 τ. ἁγ. ἀπ. Φιλίππου ἑνὸς τῶν ζ' διακ. (cf. Evl. 303) ut 15 febr., 12 τ. ἁγγ. μρρ. Ταράχου, Πρόβου καὶ Ἀνδρονίκου ut 20 sept., 13*, 14 ut Evl. 303, *17*, 18*, 19 τ. ἁγ. προφ. Ἰωὴλ κ. τ. ἁγ. μρ. Οὐάρου, ζήτει τῇ ϛ' τῆς α' ἑβδομ. τῶν νηστειῶν (cf. Gregory ad 9 nov. et 16 aug.), 23 τ. ἁγ. ἀπ. Ἰακώβου τοῦ ἀδελφοθέου ut 9 oct., 24 ut sabb. 10 L., 25*, 26* τ. ἁγ. μεγαλομρ. Δημητρίου καὶ μνήμη τοῦ μεγάλου σεισμοῦ (ut Evl. 292) cum lect. Mt. VIII, 23–27 ut Evl. 303, 27 ut Evl. 303, *28*, 29 ut Evl. 303, 30 τ. ἁγγ. μρρ. Ζηνοβίου κ. Ζηνοβίας κ. Κυριακοῦ ἐπ. Κπόλεως (cf. Evl. 303) ut 18 ian., *31*; novembris 1*, 2 ut 20 sept., 4 τ. ἁγγ. μρρ. Νικάνδρου καὶ Ἑρμαίου (cf. Evl. 303), ut 20 ian., 5*, dom. ante 6 nov. ut Evl. 303, sed pressius, 6*, 10*, 12 ut feria 3 post Pentec., 13* (Io. X, 1–9 adsignatur pro ⟨matutino⟩, in missa ut 3 sept.), 15 ut 25 oct., *19*, 20 τ. ἁγγ. πατρ. Πρόκλου, Μαξίμου, Ἀνατολίου καὶ Γενναδίου, 21 ad matut. ut Evl. 303, ad missam ut 8 sept. ad matut., 22 ut 29 nov., i. e. fere ut Evl. 303, 23 τ. ἁγ. Ἀμφιλοχίου ut feria 3 post Pentec., 24 ut Evll. 32 et 303, lectio ut 30 sept., 25 + τ. ἁγ. Μερκουρίου, 26–28 ut Evl. 303, 29* (Mt. X, 17–18. [Mc. XIII, 9 ap. Gregory, sed perperam,

* asterisco distinguuntur dies, quibus una lectio dum taxat exscribitur (pro missa vel, admodum raro, pro matutino), gemino asterisco quibus duae lectiones adferuntur, pro missa scil. et pro matutino, notis cursivis qui omnino vacant dies inprimuntur.

ut vid.]. 23–25. 28–31); decembris *1–3*, 4*, 6*, 7 ut 13 nov. ad matut., 8 ut Evl. 303, 10 ut 10 oct., 11 *τ. όσ. πρ. ήμ. Δανιὴλ τ. Στυλίτου* ut 5 nov., 12 ut 3 sept., 14 *τ. άγ. μρ. Θύρσου κ. Λευκίου* ut 13 oct., 15 *τ. άγ. ἱερομρ. Ἐλευθερίου* ut 5 nov., *16*, 17* (L. XI, 44–51), 19 ut 20 sept., 20*, 21 (L. VII, 36–50), 22 ut dom. 17 Mt. (an errore pro « sabbato »?), 23 ut apud Matthäi, sabb. ante Nativitatem ut sabb. 12 L., dom. ante Nativ.* subfixis vv. *Δέον γινώσκειν ὅτι ἐὰν ἡ ἑορτὴ κτλ.* fere omnino ut in Evl. 303 et evang. sec. Mt. pro vigilia Nativ. cum in sabbatum inciderit*, 24*, 25* ut Evl. 303, ⟨26⟩*, sabb. post Nativ.*, 28 *τ. άγγ. δισμυρίων κ. τ. όσ. Θεοδώρου τοῦ γραπτοῦ*, 29 *τ. άγ. μρ. Ἀνυσίας*, *31*; ianuarii 1*, 3* + *τ. άγ. μρ. Γορδίου* ut Evl. 303, 4* + *τ. όσ. πρ. ήμ. Παύλου τ. Θηβαίου*, sabb. ante Theophania*, dom. ante Theoph.*, 5*, 6**, 7*, sabb. post Theoph.*, dom. post Theoph.*, 8 + *τ. άγγ. μρρ. Ἰουλιανοῦ καὶ Βασιλίσσης*, 9* + *τ. άγ. Πολυεύκτου* ut 20 sept., 10 *μεθέορτον* (non indic. lectio) *κ. τ. άγ. Γρηγορίου Νύσσης κ. Δομετιανοῦ Μελιτίνης*, 11 *μεθέορτον* (non indic. lectio) *κ. τ. όσ. πρ. ήμ. Θεοδοσίου τοῦ κοινοβιάρχου* ut 6 dec., 12*, 13 ut in matut. Theophanior., 15 *τ. όσσ. πρρ. ήμ. Παύλου τοῦ Θηβαίου κ. Ἰωάννου τ. Καλυβίτου* ut 5 nov., 16 nulla lectio indic., sed cf. supra ad vigiliam Pentecostes, *17*, 18* – *τ. άγ. Ἀλεξάνδρου*, *19*, 20*, 21 ut 6 nov., 23 ut 13 oct., *24*, 25 (pro missa tantum indic.), 26 *τ. όσ. Ξενοφῶντος κ. τ. συνόδου αὐτοῦ*, ut sabb. 12 L., 28 ut 6 dec., *30*, 31 *τ. άγγ. κ. θαυματουργῶν ἀναργύρων Κύρου κ. Ἰωάννου* ut 1 nov.; februarii *1*, 2* (post Mt. II, 38 notatur *τέλος τοῦ ἁγίου*, lectionis nimirum de s. Symeone [3 febr.]), *4–7*, 8 *τ. άγ. μεγαλομρ. Θεοδώρου τ. στρατηλάτου*, *9–10*, 11 ut feria 6 primae hebd. ieiunior., *12–14*, ⟨15*⟩, *16*, 17 ut feria 6 primae hebd. ieiunior., *18–22*, 23*, 24*, *26–29*; martii *1–8*, 9*, *10–24*, 25*, *27–31*; aprilis *1–22*, *24*, 25* (Mc. VI, 7–13), *27–30*; maii *1–7*, 8*, 9 *τ. άγ. προφ. Ἠσαΐου κ. τ. άγ. μρ. Χριστοφόρου*, ut feria 6 primae hebd. ieiunior., 11 *τ. άγ. ἱερομρ. Μωκίου* ut sabb. 3 post Pascha, 12 ut 18 ian., *13–14*, 15 *τ. όσ. πρ. ήμ. Παχωμίου κ. Θεοδώρου τ. ἡγιασμ.*, *16–18*, 19 *τ. άγ. Πατρικίου κ. τ. σὺν αὐτῷ* ut sabb. 10 L., *20*, 21 ut 13 nov., *22–23*, 24 *τ. όσ. Συμεὼν τ. ἐν τῷ Θαυμαστῷ ὄρει*, ⟨26⟩*, *27–28*, 29 *τ. άγ. ἀπ. Κάρπου ἑνὸς τῶν ο' κ. τ. άγ. μρ. Θεράποντος*, 30 *τ. άγ. μρ. Θεοδοσίας*, 31 *τ. όσ. Ἰσαακίου τῆς Δαλμάτου*; iunii *1–2*, 3 *τ. άγ. μρ. Λουκιλλιανοῦ κ. τ. σὺν αὐτῷ* ut sabb. 10 L., *4–7*, 8 ut 10 oct., *9–10*, 11 ut 25 apr., *13–17*, 18 *τ. άγ. μρ. Λεοντίου*, 19*, *20–23*, 24* (ad matut. ut 24 febr. ad matut.), *26*, 27 ut sabb. 11 L. (an *ια'* scriptum errore pro *α'*?), 28 *ἡ ἀνακομιδὴ τῶν λειψάνων τ. άγγ. Κύρου κ. Ἰωάννου* ut 1 nov., 29*, 30*; iulii *3–7*, 8* ut Evl. 303, *9–10*, *12–13*, *16*, *18–19*, *21–23*, *26*, *28–30*, 31 *τ. όσ. κ. δικ. Εὐδοκίμου*; augusti *1–5*, 6**, 7*, *8*, 9 *τ. άγ. ἀπ.*

Ματθία, 10, 12*, *13–14,* 16* + τ. ἀγ. *Διομήδους, 17, 19,* 20 τ. ἀγ. ἀπ. *Θαδδαίου, 21, 23,* 24 (an err. pro 23?) τ. ἀγ. ἀπ. *Βαρθολομαίου* ut 9 oct., *25,* 26 ut 20 sept., *27–28,* 29* (ad matut. ut 24 febr. ad missam), *30.*

Subduntur (ff. 220–223^{v}) evangelia matutina (3. 5. 6. 9. 11 indicantur tantum).

Subflavo pigmento elegantissime descriptus fasciculos conplectitur novem et viginti, ad ang. inf. ext. primae singulorum paginae ipsa librarii manu graece distinctos; qui fasciculi sunt omnes quaterniones, tribus tantum exceptis ([ϛ'] ternione, θ' 7 folior., κθ' binione). Tituli variar. sectionum et pericoparum initio vel summis paginis inscripti, litterae maioris moduli auro micant, ornamenta vero (ff. 1. 47. 70. 97. 165 praeter alia minora) nec non litterae initiales (Є. Τ. etc.) auro variisque coloribus (rubro, caeruleo, viridi) adfabre picta. Ff. 46^{v}. 69^{r-v}. 224–225^{v} pura. Ff. I. 226 in custodiae locum conpacta.

F. 1 imo siglum et sigillum (perquam evanidum) conlegii Graecorum Athanasiani nec non *Coll. Graec. Cat. Inscr: Biblioth.* Ibid. nota *1534 .B.*, ab eadem manu cancellata quae rectum num. *1523* inferius addidit. Id. id. in f. I summo. Liber enim diu latuit sub num. 1534 (quo instructus fuerat statim post syllogen Athanasianam in Vaticanas aedes translatam), teste animadv. ad cod. 1534 in « Inventario codicum graecor. Bibl. Vat. a 2001 (rectius a num. 1501!)... confecto a Iosepho Cozza Luzi »: *È il num. 1523 smarrito fin dal sec. XVIII e messo al n. 1534 che portava avanti il 1630 circa (Contelori) e restituito (marzo 1916) al n. 1523.*

Codicem summatim descripsit Gregory (Evl. 549), qui recte, ut mihi vid., saeculo XIII–XIV tribuit.

Tabulae corio subrubro vestitae, in dorso tessera gentilicia Dominici Passionei, card. bybl. (1755–1761). Operculo ant. reliquiae veteris integumenti ex aere argentoque clavulis adfiguntur, nimirum: crux bracchior. quattuor (in medio), imagines ss. Deiparae orantis et archangeli Michahel (dextrorsum), ss. Iohannis Damasceni et Georgii (sinistrorsum), ornamenta quattuor (ad angulos) gemmis vitreis olim instructa (una tantum superat viridis coloris), fragmentum denique (superne) nescio ad quid pertinens (an ad ἑτοιμασίας, quae dicitur, effigiem?); quae omnia artis peritioribus elucubranda lubentissime permittimus.

1524. Saec. X–XI, membran., mm. 235 × 175, ff. 116 (+ 20^{a}; 1. 4–5 chart.), coll. 2, linn. plerumque 40.

e ss. Patrum sermonibus, epistulis, dictis conlectio ascetica monasteriorum in usum.

1 (ff. 2–3. 6–10) e ⟨**s. Iohannis Chrysostomi**⟩ operibus ecloga de virtute, libero arbitrio, peccato, de diabolo temptatore, de luctamine spirituali, de

humilitate, ieiunio, oratione etc., inc. mut. σώματι φθαρτὸς· συμπεπλέχθαι τα αὐτᾶ τοῖς (!) ἀνω δυνάμεσιν, des. οὕτως ἐκ τοῦ ἐναντίου δια της λοιδωρίας μωλύνεται (an incerti auctoris sermo paraeneticus de variis virtutibus, qui mutilus legitur initio cod. Neapolitani II. B. 19? v. infra sub num. 2). Quae ff. 7–8 exscribuntur, a vv. καθάπερ γὰρ τὰ ἀνίατα τῶν τραυμάτων ad vv. ἅπαντα καθέρειν, ex homiliis 19–21 in Genesin deprompta sunt (cf. P. G. 53, 158 lin. 18 a. i.... 184 lin. 10), illa (f. 9) ὥσπερ ἀτείχιστος πόλις — ἀρετὴ συνησέρχεται particulis ex orat. II περὶ προσευχῆς consarcinantur (cf. P. G. 50, 780 lin. 19 a. i.... 786 lin. 10), reliqua excerpta, plerumque brevissima, fastidiosum est singula rimari atque enarrare.

2 (f. 10v) de lectoris officio excerptum s. Iohanni Chrysostomo perperam adscriptum, εἶπεν ὁ ἅγιος Ιωάννης ὁ Χρυσόστομος cod. ([δ']; quae nota, ut ceterae inferius adlatae, manu seriore adpingitur), inc. ʼΑγαπητὲ· ὅτᾶν ἀναγινώσκεις ἐπιμελῶς ἀναγίνωσκε (cf. cod. Neapol. II. B. 19 [Cirillo I 174]). Est re vera **s. Ephraem Syri** panopliae ad monachos excerptum (cf. ed. Assemanii III, 233 B 8 sqq.), orationis autem Κύριε ʼΙησοῦ Χριστὲ ἄνοιξον τὰ ὦτα, a lectore antequam suo munere fungatur pronuntiandae, partem priorem invenies (sub ficto nomine Chrysostomi) etiam in P. G. 63, 923-24, nec non apud Dmitrievskij, Εὐχολόγια, p. 499.

3 (ff. 10v–14v) **s. Iohannis Chrysostomi** de precatione II, τοῦ αὐτοῦ ἐκ τὸ ῥητὸν τοῦ εὐαγγελίου τὸ λέγον. εἰς τὸ δειν πάντοτε πρὸσεύχεσθαι καὶ μὴ ἐκκακεῖν cod. Abrump. in vv. τῶν ἐπηρτημένων ⟨δεινῶν⟩ (P. G. 50, 779–784 lin. 9 a. i.).

4 s. Nili [1] (ff. 15–22v) epp. 37 (nunquam inscriptae), hoc ordine: III 33, inc. mut. δὲ διακύπτουσιν ἐπι τα ἔξω (P. G. 79, 388 C 3–400), addit in fine vv. μὴ οὖν ὡς ἔτυχεν καὶ ἀβασανίστως μετὰτηθῶμεν ἑαυτοὺς ἀπὸ τόπων εἰς ἄλλους τόπους· μᾶλλον δὲ στήκωμεν μεθʼ ὑπομονῆς πρὸσευχόμενοι· καθάπερ Μωϋσῆς ἔλεγεν τῷ Ισραηλ· στίκεται καὶ θαρσεῖται κτλ. (cf. Exod. XIV, 13). 71 (praemisso titulo ἐκ τῶν ἐπιστολῶν τοῦ ἁγίου πατρος ἡμων Νεῖλου, ex quo suspiceris superiorem epistulam non esse in codice Nilo adscriptam, nec non notis ζ' et α'). 295 [β'], des. τοῖς ἀναγνώσμασι. 256, abrump. in vv. ἐπικρατοῦντα καὶ βασι⟨λεύοντα⟩ (P. G., vol. cit. 512 A 7). IV 60, inc. mut. φωτισμοῦ, ὥστε (ib. 577 A 8). III 281 ([ιε'], unde patet ob lacunam inter ff. 19 et 20 decem epistulas intercidisse); subicitur, nulla facta distinctione, ep. 312, inc. ἐπεὶ οὖν φάσκης. 282. 313–314 in unam conflatae [ιζ']. 283, in duas dispertita; altera inc. ʻΡήψαντες πᾶσαν. 284 (conflatur cum praeced.). 315 [κ']. 259. 316. 264–266. 317 (cum praeced. conflatur). 46 [κς']. 268. II 59. III 318. 285 ([λ']; post hanc ep. numeri quibus singulae distinguebantur omnino cessant). 319–320. 272. 321–324. 273. 325–326. 164. 327. 242, praemisso lemmate Νεῖλου ἐπιστολαί

atque nota η'. [2] (f. 22v) paraenesis [θ'], inc. *Μάθε σὺ ὁ μοναζων*, des. *γενναίως· καὶ προθύμως τῶ Χριστω· ὧ ἡ δόξα κτλ.* (cf. P. G. vol. cit., col. 50 lin. 32).

5 (ff. 22v–23 col. dext., lin. 14) s. **Athanasii** * ex doctrina ad Antiochum ducem excerptum *περι κατανύξεως*, ita cod. [ι'], inc. *Ἄκουσον τέκνον καὶ μᾶλλον φοβοῦ τὸν κυριον, τὸν πάντα δυνάμενον καὶ σῶσε καὶ ἀπολέσε*, des. *κριτῆς ζώντων καὶ νεκρῶν· αὐτός ἐστιν, ὁ τὴν βασιλείαν καὶ τὴν αἰώνιον ζωὴν ἀποδιδοῦς ἑκάστω τῶν ἁγίων* (P. G. 28, 572 D 13–575 D 10). Subditur absque ulla distinctione

6 (ff. 23 col. dext., lin. 15–24) ⟨**Symeonis Mesopotamitae** (?) sermo quod semper mente versare debemus diem exitus de vita⟩, inc. *Ἡ αγνοῆς ἀδελφὲ, οἷον φόβον καὶ ἀνάγκην* (ed. A. Mai in Nova Patrum Bibl. VIII, 3, pp. 1–3, sed eum fugit sermonem iam dudum typis inpressum inter s. Ephraem Syri obcurrere [Assemanus III, 356 sq.]; quod et cett. viri docti videntur ignorasse, cf. ex. gr. O. Bardenhewer, *Gesch. d. altkirchl. Literatur*, V, p. 73).

7 (f. 24–24v) **Theophili Alexandrini** de conpunctione [ια'], inc. *Η ἀγνωειται ἀδελφοὶ· οἷον φόβον καὶ τρόμον καὶ ἀνάγκην*, des. *τὴν ἡτοιμασμενην ὑμῖν βασιλεῖαν ἀπο καταβολῆς κόσμου· ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς. ἐπιτυχεῖν κτλ.* (ex Apophthegmatis Patrum, P. G. 65, 200 A 11–201 A 7).

8 (ff. 24v–25) *Ἡσυχίου* (?) *ἀπὸ ἐγκομίων εἰς μάρτυρας* [ιβ'], inc. *Ὑμεῖς οὖν ἄνδρες ἀδελφοῖ καὶ πατερες, τὸν πολυανθῆ κῆπον, εἰσελθόντες τοῦ πνευματος*, des. *καὶ πρὸ τῆς βασιλείας παρασκευάζει τρυφᾶν.*

9 (ff. 25–26v) **Ps. Macarii** hom. XXV, *τοῦ ἁγιου Βασιλεῖου περι αγιασμοῦ ψυχῆς* cod. [ιγ'], des. *ἐν κόσμω φαινόμενοι λόγον ζωῆς ἐπεχομεν* (P. G. 34, 668–673 D 9, cf. D. A. Wilmart, *L'origine véritable des homélies pneumatiques*, in *Revue d'Ascétique et de Mystique*, I [1920], pp. 361–377).

10 (ff. 26v–27) incerti fragmentum de incarnatione, *τοῦ αὐτοῦ ἁγίου Βασιλεῖου* cod. [ιδ'], inc. *Τί οὖν ἐστιν ὁ σωτηρ ἡμῶν παρελθῶν εἰς τὸν βίον τοῦτον*, des. *ἐκλήθηται εἰς κοινωνίαν τοῦ υιου αὐτοῦ.*

11 **Moysis abbatis** [1] (ff. 27–31v) sermo ad abbatem Poemenem, *λόγοι ἀββα Μ. τοῦ ἐν Σκιτει. πρὸς αββᾶν Ποιμαῖνα· προτραπέντος παρ αυτοῦ γράψαι αὐτῶ* cod. [ιε'] (ut in cod. 1420 Magnae Laurae [Spyridon–Eustratiadis 249]), inc. *Πρῶτον μὲν ἀσπάζομαι τὴν σωτηρίαν σου*, des. *ὅπως δεξηται καὶ παρ ἡμῶν τὸν καρπὸν σῶον δια τῆς χάριτος αὐτοῦ· ὅτι αὐτοῦ ἐστιν ἡ δύναμις κτλ.* (cf. Taur. CXXXVII. c. V. 29 [Pasini 233] nec non Coisl. 283 [Omont III 169]; pars eiusdem sermonis vel epistulae videtur exstare in cod. Monac. CCCXVIII, f. 150 [Hardt III 282]); [2] (ff. 31v–32) capita VII ad eundem [ις'], sub

eadem fere inscriptione atque in duobus codd. Io. Ba. Colberti (P. G. 65, 288 A 15–289 C 6 et ib. n. 34); [3] (ff. 32v–33) de virtutibus capita XI (ι' cod., sed perperam), inc. Ὁ φόβος τοῦ θεου ἐκδιόκει πᾶσας τᾶς κακίας [ιζ'] (cf. Laurent. X 3, f. 152 [Bandini II, 1, p. 471], sed liber noster add. in fine τέλος δὲ πάντων τοῦτων, ὃ δ' ἂν, ἀκούσης εἰπέ· τί πράγμα ἔχω· ἁμαρτωλὸς εἰμὶ ἐγῶ· ὁ γὰρ νεκρὸς οὐ φροντίζει περί τινος, καὶ δια τοῦτων ὁ θεος ενδυναμώση σε· ὁ σπουδάζων φυλάξαι τᾶς αρετᾶς αὐτας· δύναται σωθῆναι χάριτι Χριστου ἀμήν); eadem capita in codd. Paris. 914 et 917 [cf. Omont I, 174 sq.], in Athon. 443 n. 4 [Lampros I, 36], in Vatoped. 38 [Eustratiadis 14], in Mosquen. 345 [Vladimir 505], nec non, latine ab Ambrosio Traversari (?) interpretata, in Vatt. lat. 1212, f. 116v, et 1213, f. 109v [cf. BHL., subplem.², n. 6536 i]; [4] (f. 33) λόγοι [ιη'], inc. Ὡς ἔτι καιρὸς ὑπώλείπεται πρὸς ἐπάνοδον, des. εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν Ιησους Χριστος.

12 (ff. 33–36 col. dext., lin. 21) **Dulae abbatis** de paenitentia et conpunctione ad Hermaeum, ἀντίγραφον παρα ἀββα Δουλα Ἑρμαΐῳ· περι μετανοΐας καὶ κατανύξεως cod. [ιθ'] (cf. Ehrhard ap. Krumbacher, *Gesch. d. byz. Litteratur*², p. 160), inc. Ἐμῶ πατρι καὶ φιλτοτάτω· καὶ ὄντως γνησίω διδασκάλω... Ἑρμαίω... παρα τοῦ... ἁμαρτωλοῦ καὶ ἐλαχίστου... πρεσβυτέρου Δουλᾶ ἐν Κυριω χαίρειν. Ἐγῶ μὲν χρεῖαν ἔχω παρὰ τῆς σῆς ὁσιότητος παραινεῖσθαι, def. mut. in vv. καὶ γέλωτας ἐκκεχυμένους πτύσωμεν· ταῦτα γὰρ propter casum folior. in exemplo vel in archetypo, quod librarius inprudens haud animadvertit.

13 (ff. 36 col. dext., lin. 21–42v) ⟨**Zosimae abbatis** adloquia⟩ ex recens. longe ampliore quam in ed. Poussiniana (P. G. 78, 1680–1701) atque fere omnino ut ex. gr. in cod. Vat. gr. 663; capitibus enim 6–14 ed. laudatae alia 5 (graecis numeris inferius distincta) hac ratione intermiscentur: α', inc. mut. κόπτομεν καὶ ῥίπτομεν· οὔτε τὸν ὀφθαλμὸν, des. ὃ, μὴ βλαπτει ψυχὴν οὐδε ἀνθρωπον (Vat. gr. 663, f. 158v col. dext., lin. 8 a. i. — 159 col. dext., lin. 6; cf. etiam Συναγωγη των θεοφθογγων ρηματων και διδασκαλιων των αγιων και θεοφορων πατερων... συναθροισθεισα... παρα Παυλου... Ευεργετινου, 3ª ed., I, Athenis 1900, p. 301 col. sin., linn. 13 sqq., ubi tamen recensio a nostra multum discrepans legitur). β', inc. Καὶ πᾶλιν ἔλεγεν ὁ μακάριος, ὅτι εἶπεν μοι τίς ἀββὰς πολλᾶ εἰσιν ἐπιταχθέντα καὶ σκοτοῦτε ὁ νοῦς, des. καὶ κατὰτρυφήσουσιν ἐπι πλήθει εἰρήνης (cf. Ευεργετινος I 199 col. dext., linn. 9 sqq.). 6, add. in fine vv. καὶ λοιπὸν ἤνεγκα αὐτῶ τὴν χρῆσιν τοῦ ἁγίου Βασιλεΐου — κακεῖνος ἀντεῖπεν. γ', inc. Ἔλεγεν πᾶλιν ὁ μακαριος ὅτι ἠρωτίθην ποτέ· ὅτι πῶς ὀφίλει τίς κρατῆσαι θυμοῦ, des. οὐ γὰρ εἶχεν κακίαν παροξύνουσαν οὐδε ἐθερίζουσαν (!). 7–8. δ', inc. Πολλάκις δὲ ἔλεγεν ὁ μακάριος, οὐκ οἴδαμεν οἱ ἄνθρωποι ἀγαπᾶσθαι οὐδε τιμᾶσθαι, des. τὴν ψυχὴν αὐτοῦ τίθησιν ὑπερ αυτοῦ. 9, add. in

fine vv. *καὶ ἔχειν αὐτοὺς· εἰ μεν ἐνπαθεῖς — τὴν βασιλεῖαν τῶν οὐρανῶν*. 10. 11, inc. *Ἐπειδὴ δὲ ἐμνήσθην φησὶν διαλεγόμενος ἀνωτέρω καὶ ἔλεγον· ὅτι μικρὸν εἰ ἐβαστάζομεν τὸν ἀδελφὸν... βούλομαι διηγήσασθαι· ἅ, ἤκουσα παρα τοῦ μακαρίου Σεργίου... οὗτος διηγήσατό μοι· ὅτι ποτὲ ὁδευόντων κτλ. ε'*, inc. *Ποτὲ δὲ ὄντος μου πρὸς αὐτὸν λέγει μοι· μελέτησον ἡμὶν τινα τῆς γραφῆς*, des. *τῶν πραέων· καὶ ταπεινῶν Ἀμήν*. 12, praemissis vv. *Ἔλεγεν δὲ πολλάκις ὅτι πολλῆς νήψεως καὶ φρονήσεως χρεῖα — ξένον τὸ λυπεῖν τὸν πλησίον· καὶ ἔλεγεν ὅτι ποτὲ ἐπέταξα βιβλία κτλ*. 13, praemissis vv. *Καθημένου δὲ τοῦ μακαρίου, καὶ λαλοῦντος περὶ ὠφελείας — τοὺς λόγους σου βεβαιούτω σου ὁ βίος*, inc. ab ed. diverse *Καὶ διηγήσατο τοιοῦτον πράγμα, ὅτι ποτὲ ἐκάθησα μικρὸν χρόνον εἰς τὴν λαύραν τοῦ ἀββᾶ Γερασίμου κτλ*. 14, des. in vv. *ἔδειξεν ἑαυτὸν ἀπὸ πάντων* (cf. Vat. gr. 663, f. 169–169v).

Conplura ex his capitibus latine reddita leguntur in codd. Vat. lat. 1212 et 1213, de quibus v. supra.

14 (ff. 42v–53) **Anastasii monachi** narrationes XLII de ss. patribus in monte Sina degentibus [*κ'*] (quadraginta parum adcurate ed. F. Nau, *Le texte grec des récits du moine Anastase*, Oriens christianus, II [1902], pp. 60–87), hoc ordine: 1, des. *παρεκάλεσαν μηδενὶ θαρρήσε· καὶ εὐξάμενοι ἀνεχώρησαν μετ εἰρήνης. α'*, inc. *Διηγήσατο ἡμῖν ὁ ἀββᾶς Μησαῆλ* (an pro *Μιχαὴλ*?) *ὁ Ἤβερος* (quo de v. narrat. 8, Nau p. 65). *ὅτι ὅτε ἐγενόμην διακονιτῆς εἰς τὴν ἁγίαν κορυφήν*, des. *κακεῖνοι ἀφανὴς γεγώνασιν*. 39. 38. 2. 37. 3. 36. 4. 5. 35. 6. 34. 7. 33. *β'*, inc. *Τὰ Ἀρσέλαω* (l. *Ἀρσελάου*) *τόπος ἐστὶν χίμαρρος δυσχερεῖς διακείμενος* (cf. narrationes 8–9, Nau pp. 65 sq.)· *ἐν ᾧ καγὼ ἐπι τριετίαν ᾤκεισα*, des. *ὁ ἀββᾶς Ἀγάθων ἀπῆλθεν πρὸς κυριον*. 8. 32. 9–16. 17, praem. vv. *ὅτι δεινὸν τι καὶ χαλεπὸν ἡ καταλαλία ἄξιον διηγήσεως καὶ μνήμης δηλοῖ τὸ κεφάλαιον*, des. autem *ὁ ἁμαρτωλος ποῦ φανεῖται* (Nau p. 70, 19). 18–20. 21, add. in fine *ὁ δε μαθητὶς τοῦ γέροντος· ἐστι πολήτις. Ζαχαρίας χρυσοχοὸς ἐν Βαβυλώνῃ γενόμενος*. 22. 31. 23. 30 (inc. ut in Paris. gr. 1596). 24, add. initio vv. *Ου μόνον δὲ χριστιανοῖς· ἀλλ ἐστιν ότε καὶ παρα Σαρακηνοῖς οἱ μακάριοι ἡμῶν αναχωριταὶ βουλόμενοι οπτάνοντε καὶ νουθετοῦσιν προσευεξίαν καὶ του μη σιένην τοὺς μοναχοῦς τοὺς ενθάδε· εν οἷς ἔλεγεν ἡμὶν ὁ Σαρακηνὸς κτλ*. 25–29. 40.

15 (ff. 53–54) de s a c r a o b l a t i o n e [*κα'*], inc. *Διηγήσα⟨ν⟩το οι πατερες ποτὲ περι αδελφοῦ τινὸς· ὅτι γενομένης συνάξεως*, des. *εἰς τα κελλία αυτῶν* (ed. F. Nau, *Le texte grec des récits utiles à l'âme d'Anastase* [*le Sinaïte*], Oriens christianus III [1903], pp. 75–77; cf. Io. Mercati, *Un preteso scritto di S. Pietro vesc. di Alessandria* etc., in *Rivista storico-critica delle scienze teologiche* I [1905], p. 178 [= *Op. minori* II, 442]). Subduntur, nulla distinctione facta, excerptum ex ⟨G e r o n t i c o⟩ de abbate Marcellino, inc. *Ἔλεγον τινὲς*

περι του αββᾶ Μαρκελλήνου του της Θηβαΐδος... ὅτι μέλλον εξελθεῖν τῇ κυριακῇ, des. *ἀνεχώρη τὸ πῦρ* (*Ευεργετινος*, ed. laud., IV, p. 110) et (f. 54v) aliud brevissimum nescio unde depromptum *Ἄλλος πάλιν τῶν γερόντων ἔλεγεν ὅτι πολλάκις τοῦ διακόνου λέγοντος ἀσπάσασθαι ἀλλήλους· ἴδον τὸ πνευμα τὸ ἅγιον εἰς τὰ στόματα τῶν ἀδελφῶν.*

16 (ff. 54v–56) **Ammonii monachi** de ss. monachis Sinaïtis excerptum [κβ'], inc. *Καὶ μετ ολήγας φησῖν ημέρας κατέλαβεν ἐκ της Ραϊθοῦ*, des. *μετα των προκοιμηθέντων πατερων* (Combefis, Illustrium Christi martyrum lecti triumphi etc., Parisiis 1660, pp. 96 lin. 13 a. i. — 106 lin. 8 a. i. [BHG. 1300]).

17 (ff. 56–57v) ⟨s. **Basilii Magni** ep. 42⟩, *μερος του λο(γου)*: † *Χιῶν· Ευκαρπιω· περι τελειας τοὺ βιου αναχωρήσεως* cod. [κγ']. Haud pauca omittuntur, ex. gr. illa *Μὴ ἔσο φιλενδείκτης — καταθυμίως* (P. G. 32, 352 B 9–C 8); des. in vv. *ἐκ τῆς παγίδος τῶν θηρευόντων* (ib. 357 B 3).

18 s. **Ephraem Syri** [1] (ff. 58-69) sermo asceticus qui inc. *Ὁ πόνος τοῦ λέγειν* [α'], in conpendium redactus (om. enim v. gr. illa *Τὸ καταπέτασμα — δυσωδίας ἀναπλέῳ* [Assemanus I 41 F 2-43 D 4], vv. *θλίψις γὰρ — εἰς κληρονομίαν* [ib. 62 F 8–63 E 9] nec non *καὶ συναχθῶ — ἁγίου σου, ἵνα σοι* circiter [ib. 65 A 6 — F 6]). [2] (f. 69-69v) adhortatio ad fratres [β'], abrump. in vv. *ἄρα εὑρίσκομεν* (A III 205-207 C 9), ad quae m. saec. XVI notavit *Desunt uaria sed sunt sub litt. TT.* (i. e. in Vat. gr. 1815, cf. Assemanus I, p. CLXXXV). [3] (ff. 70–72v) de virtutibus et vitiis cc. 15–22 (⟨λε'⟩-μβ', ex quibus numm. conligitur inter ff. 69 et 70 cc. 1-14 nec non 18 alia opuscula intercidisse; A I 11–18). [4] (ff. 72v–73v) adhortatio ad monachos [μγ'] (A II 370–372). [5] (ff. 73v–74v) confessio seu precatio ad Deum [μδ'] (A I 199-201). [6] (ff. 74v–75v) de Antichristo [με'], usque ad vv. *δυνηθῶμεν σωθῆναι οἱ ἄνθρωποι* (A II 222-224 D 5). [7] (ff. 75v–76v) ⟨in adventum Domini I⟩ [μϛ'], *ἄλλο μέτρον* cod. (A III 134-136); (ff. 76v–77v) II [μζ'] *εἰς τὸ πρῶτον μέτρον* cod.; usque ad vv. *καὶ γινώσκουσιν αὐτόν* (ib. 136–139 D 9); (ff. 77v–78v) III [μη'], *ἄλλο μέτρον* cod. (ib. 140-143). [8] (ff. 78v–80v) *περὶ κατανύξεως καὶ σωτηρίας ψυχῆς* [μθ'], inc. *Δεῦτε πάντες ἀδελφοὶ ἀκούσατε καλῆς συμβουλίας, ἐμοῦ τοῦ ἁμαρτωλοῦ Ἐφραίμ... καὶ ὁ δίκαιος κριτῆς ἐγγίζει· ὢ πόσα ζητήσωμεν τὸν καιρὸν· ὃν ἐδαπανήσαμεν κακῶς* (ut in cod. Messan. 12 [Mancini 20 sq.], cum quo, saltem initio, videtur conspirare), des. *ἅπερ ἐποίει πρὶν ἀποτάξηται* (cf. sermonem de iudicio et conpunctione ap. Assemanum II, 50 sqq., qui tamen multum discrepat; initium notavit Assemanus ipse, I, CLXXXVII, sed codices minus adcurate retulit). [9] (ff. 80v–83) de resurrectione mortuorum [ν'] (A III 127–134). [10] (ff. 83–86v) interrogationes et responsiones (ib. 104–113). [11] (ff. 86v–87) de oratione

[να'] (ib. 19–21). [12] (f. 87–87v) de amore pauperum [νβ'] (ib. 21–22). [13] (ff. 87v–88v) de locis beatis [νγ'], des. in vv. *κατὰ τὸν ἴδιον κόπον* (ib. 26–28 F 4). [14] (ff. 88v–89) de festis diebus [νδ'] (ib. 11–12). [15] (ff. 89–90) *περὶ τοῦ σταυρου* ([νε']; in marg. sup. *εἰς τὴν δευτέραν παρουσίαν τοῦ κυριου ἡμῶν Ιησου Χριστου*), inc. *Ἡμεῖς δὲ ὁμοῦ πάντες, μικροὶ καὶ μεγάλοι*, des. *τῶ γένει τῶν ἀνθρωπων· δόξα τῇ αὐτοῦ ἀφάτω φιλανθρωπία κτλ.* (A II 248 B 4–250 B 6). Quae (ff. 90–91v) insequuntur, i. e. vv. *Ηκούσατε ἀγαπητοὶ φιλόχριστοι· [πόση ἡ] δύναμις τοῦ σταυρου — ἐξομολογήσεται· ὅτι κυριος Ιησους Χριστος, εἰς δόξαν θεου πατρος* [νϛ'] (A III 144–148 et cf. II 250 B 7–253 F 6) titulum prae se ferunt *περι τῶν ὄπισθεν τοῦ σταυρου* ut in Messan. laud. [16] (ff. 91v–97v) interrogationes et responsiones [νζ'–νθ'], des. in vv. *προσκύνησις τῶ ὀνόματι τῶ ἁγίω αὐτοῦ, εἰς τοὺς αἰῶνας* (A II 377–393 A 8). [17] (ff. 97v–99v) de caritate [ξ'] (A III 13–17). [18] (ff. 99v–100) de psalmo *καὶ ὅτι οὐ δεῖ κιθαρίζειν* [ξα'] (ib. 17–19). [19] (f. 100–100v) de ieiunio [ξβ'], des. in vv. *τῶ ἀδελφῶ αὐτοῦ · ἀλλ' ἐπι τὸ προκείμενον ἐπανέλθωμεν* (ib. 22–23 D 7). [20] (ff. 100v–101) de his quae haec vita continet (ib. 24–25). [21] (ff. 101–102) s. Ephraem vita (cf. BHG. 586), des. in vv. *σὺ εἶ 'Εφραὶμ ὁ Σύρος* (A I, XXXIII C–D 7 + XXX F 3 — XXXII C 6). [22] (ff. 102–116v) paraeneses 1–25 (cod. α'–κδ'; ζ'–η', enim, in unam conflantur), abrump. in vv. *καλῶς· καὶ οχλησῃ σοι λο⟨γισμος⟩* (A II 72–110 B 8). Tituli conplurium capitum ab ed. differunt, quos inter sat erit memorasse θ' (X ed.) *περι του μὴ εκλύεσθαι ἀλλὰ μαλλον υπομένην*, ιη' (XIX) *περι του μὴ ἀναιδεύεσθαι ἐν τη θεῖα μεταλειψ[ει]*, κα' (XXII) *περι ἀρχαρίων μισεργων.*

Paupere cultu in Italia inferiori exaratus, ut vel inscriptiones ostendunt, sive flavo sive viridi pigmento tactae, qua ratione illic librarii delectabantur. Ornatus titulis inpositi variis coloribus distinguuntur, rubro nimirum, fusco, viridi, croceo (ff. 24. 27. 58. 101), pariter atque litterae initiales haud paucae (cf. ex. gr. ff. 22v. 54v. 56); alia ornamenta saepius in marginibus obcurrunt, quae inter animalium imagunculae (ff. 31. 38v. 40. 41. 70; 36. 38. 39). In duas partes dividitur, quarum alteram (ff. 58–116), s. Ephraem Syri opuscula conplectentem, fasciculi sex efficiunt, graeca subputatione praeter 1 in ang. sup. ext. primi singulor. folii distincti (primus fasc. est senio, cett. quiniones, at ultimi septem dum taxat chartae superant), atque numm. ϛ'–ι' signati, ex quo patet inter ff. 69 et 70 multas chartas effluxisse. Prioris autem partis fasciculi sunt hodie sex (1 quaternio, cuius primum folium deperditum est, 2-3. 6 quiniones, 4 senio, 5 ternio); nota una dum taxat superest, γ' nimirum, in ang. sup. ext. folii 11, sed quae fasciculorum ratio primigenia exstiterit minime constat, siquidem chartae nescio quot post ff. 14 et 19, ut supra memoravimus, interciderunt, aliae bybliopegorum artificio nova lege conglutinantur. Folior. subputatio duplex: recentior, plumbo adscripta, syllabos Allatianum et Cryptensem (de quibus v. infra) conprehendit (hanc in enarratione

secuti sumus), antiquiorem m. saec. XVI, ni fallor, adposuit. Manus duae librum exarasse videntur (*a* ff. 1–57ᵛ. 69–116ᵛ, sed 49 sqq. a superioribus, saltem prima fronte, non nihil differunt, ut utrum unus idemque librarius exaraverit an potius duo diiudicare non ausim; *b* ff. 58–68, et haec est multo elegantior). Folia haud pauca mucore pessum data, paginae conplures charta translucida ex parte contectae (cf. ff. 57ʳ. 74ᵛ. 92ʳ⁻ᵛ), margines non nulli nostris fere temporibus refecti (cf. ff. 11. 19–20. 84).

F. 1ᵛ num. *1524* et contentorum indiculus, m. ⟨L. Allatii⟩. F. 2 summo nota Cryptensis *n°* 39 (cf. Io. Mercati, *Per la storia dei mss. greci di Genova* etc. [*Studi e Testi* 68], p. 89). Ff. 4–5 (mm. 205 × 140) pinacem longe ampliorem exhibent, m. ⟨hieromonachi Lucae Felicis Tiburtini⟩, praefixis alia nota Cryptensi OO (iteratur in ora inf. f. 2) et (non ipsius manu) animadv. τοῦτο τὸ βιβλίον ἦν τῆς μονῆς τῆς Πρυπτωφέρρης (sic! cf. enarrat. codicis 1506). Vir librariorum fere aequalis in imis margg. folior. 22ʳ et 22ᵛ litteris maiusculis notavit + Πέτρος + et + Ιακοβος.

Librum tantum memorat P. Batiffol, *La Vaticane depuis Paul III* in *Revue des questions historiques* XLV (1889), pp. 210 et 209 n. 3, summatim describit Assemanus in ed. cit. (I, p. CXL), ubi praeterea saepissime laudatur in sermonum indice κατ' ἀλφάβητον digesto (ib. CLXXXII–CCII, fere ad omnem pag.).

Integumentum simplici membrana obductum; in dorso tesserae gentiliciae Pii IX P. M. et Io. Ba. Pitra, card. bybl. (1869–1889).

1525. Saec. XI (ff. 1–89) et XIII (cett.), membran., mm. 235 × 182, ff. I. 215, linn. 23–24.

Ps. Dionysii Areopagitae opera scholl. s. Maximi confessoris instructa, praefixo (ff. 1–4) prologo absque vv. Ἐπειδὴ δὲ τινές φασι — ὡς ἐφικτὸν θεῷ (P. G. 4, 16–21 A 11 et 21 C 9–15): ¹ (ff. 8ᵛ–86) de divinis nominibus (P. G. 3, 585...984). Primum schol. inc. Πᾶσα ἀνθρωπίνη σοφία (P. G. 4, 185 B 4), ultimum des. θεολογίας λόγου (ib. 416 B 10). Praecedunt ᵃ (ff. 4ᵛ–5) capitum XIII tabula (ed. Florent. 1516, p. g ⟨i⟩ᵛ), ᵇ (ff. 5–8) alia tabula inscripta Προγέγραπται ἔχειν κεφαλαια ιγ' τὸν (corr. ex των) περὶ θείων ὀνομάτων λόγον· ἐξ ὧν ιγ' κεφαλαίων ἕως τοῦ ς' κεφαλαίου ἕτερα εἰσὶ κεφάλαια ρ' ὡς ὑποτέτακται· α' Πῶς ὑπερούσιος ὁ θεός — ρ' Ὅτι ἡ λογικὴ ψυχὴ αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν ζῇ κτλ. (cf. Vatt. gr. 371 et 372 apud R. Devreesse, Codd. Vatt. gr. descripti, II, pp. 61 et 62), ᶜ (f. 8) index libri; subditur vero (ff. 86ᵛ–87) s. Maximi prologus in opera Dionysii inde a vv. Ἰστέον ὡς τινὲς τῶν ἔξω φιλοσόφων (P. G. 4, 21 D–24 A 16), cum subplem. ἐπειδὴ δέ τινες φασὶ in vv. καὶ παρεῖναι σὺν τοῖς ἀποστόλοις deficiente (ed. Florent. p. a ⟨vi⟩, linn. 1–17). F. 88ᵛ manus saec., ni fallor, XIV epigramma ὦ πάντων ἐπέκεινα (= s. Gregorii Nazianzeni carmen 37 [P. G. 37, 507]) iniecit. ² (ff. 90–129) de caelesti hierarchia (P. G. 3, 120 ... 369). Schol. 1 inc. ὅτι τὸ τοῦ πρεσβυτέρου ὄνομα (P. G. 4, 29 A 12), postremum des. ἐν τῷ πρὸς Ἕλληνας λόγῳ

Ἰουστίνου φιλοσόφου (ib. 113 D 12). Praecurrunt (f. 89–89v) capitum pinax atque (f. 90) epigramma *ἀγγελικῆς σοφίης* (P. G. 3, 116 C 16–D 1); quod epigramma f. 129, opere absoluto, iteratur, ubi et aliud epigramma *οὐρανίων θιάσων* (ed. v. Lundström in *Eranos* IV [1900], p. 141). [3] (ff. 130–183v) de ecclesiastica hierarchia (P. G. 3, 369 ... 584), *πρὸς Τιμόθεον ἐπίσκοπον περὶ κτλ.* cod. (ut in ed. Florent., p. o ⟨vi⟩v). Primum schol. inc. *τουτεστὶν οὐ παιγνιωδῶς* (P. G. 4, 116 A 8), novissimum des. *οὐδὲ πάντα ἡμῖν πάντως γνωστά* (ib. 184 B 4). Praefiguntur (f. 129v) capitum index (ed. Florent. p. o ⟨vi⟩) nec non epigramma *σύμβολα θεσπεσίων* (P. G. 3, 116 D 3–117 A 1); quod epigramma et in fine operis exscribitur. [4] (ff. 184–188) de mystica theologia (P. G. 3, 997 ... 1048). Schol. 1 inc. *ἁπλᾶ καὶ ἀπόλυτα εἰσὶ* (P. G. 4, 416 C 2), ultimum des. *οὐδέν ἐστι τῶν ἐξ αὐτοῦ* (ib. 432 C 10). Praeeunt (f. 183v) epigrammata *μυστιπόλου τελετῆς* et *εἰκόνας οὐρανίων* (ed. Lundström, op. cit., p. 142), capitum tabula (ed. Florent. p. u iiv) nec non (ff. 183v–184) aliud epigramma *καὶ νόον αἰγλήεντα* (P. G. 3, 117 A 9-10), subnectitur vero (f. 188) epigramma *εἰς γνόφον αἰγλήεντα* (Lundström, loc. cit.). [5] (ff. 188v–209) epistulae 1–10 (P. G. 3, 1065–1120; ep. VI inscribitur *Σωπάτρῳ ἱερεῖ* ut in ed. Florent. p. x). Primum schol. inc. *ἐπιβάλλω Γάϊον τοῦτον* (P. G. 4, 528 A 2), ultimum post vv. *ὁ μέγας εὐαγγελιστὴς* (ib. 576 B 11) pergit *ὡς ἐσημειώσατο Εἰρηναῖος ὁ ἅγιος ἐν τῷ κατὰ αἱρέσεων ε΄ βιβλίῳ — κατὰ πρόσωπον ἀλλήλοις ἐντευξόμεθα*, omnino ut in Vat. gr. 504 (cf. Codd. Vat. gr. descripti, II, p. 340). Praeit (f. 188–188v) epistularum index (ed. Florent. p. u ⟨vii⟩).

Adcedunt [1] (ff. 209–210) explicatio verborum quae ad res personasque sacras designandas apud Ps. Dionysium saepius usurpantur, inc. *Τελετάς· ἱεροτελεστὰς* (fere ut in Vat. gr. 376, ff. 10v–11v; pars prior legitur in ed. Florent. p. a⟨vii⟩, linn. 5–21), subfixo schol. de Dionysii operibus deperditis *Ἐπισκεπτέον ὅτιπερ καὶ ἑτέρων κτλ.*, vulgato (ed. Florent. p. a ⟨vi⟩v) multo breviore, [2] (f. 210–210v) **Polycratis** ep. Epheseni ex epistula ad Victorem papam vv. *Καὶ γὰρ κατὰ τὴν Ἀσίαν — ἐν Ἐφέσῳ κεκοίμηται* (ed. Florent. p. z i–iv; cf. P. G. 5, 1357 B 2–1360 A 4), [3] (ff. 210v–212v) e **Clementis Alexandrini** opere Quis dives salvetur nuncupato excerptum *Ἵνα δὲ ἐπιθαρρήσῃς — ἀναστάσεως βλεπομένης* (ed. Florent. z iv–iii; cf. Bernard, *Texts and Studies* V, 2, pp. 31, 27–36, 3), cum animadv. *Ταύτης τῆς ἱστορίας — ὁ ἐπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως* (ed. Florent., ib.), [4] (ff. 212v–214v) **Philonis** de vita contemplativa fragmenta septem (ed. Florent. z iiiv–⟨v⟩; cf. Cohn-Reiter VI, 51 l. 13–52, 3; 52, 14–19; 53, 9–16; 53, 16–54, 2; 54, 23–55, 9; 64, 4–9; 67, 1–7 et ib. proleg. pp. II–III) cum excerptoris additione edita pleniore, post enim vv. *θεραπευτὰς ὀνομάζεσθαι* addit *τοῦ δὲ μακαρίου Διονυσίου*

τοῦ Ἀρεοπαγίτου μέμνηται Λουκᾶς ὁ Εὐαγγελιστὴς... καὶ Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου, ἐν τῇ ἐκκλησιαστικῇ.

Constat fasciculis 27 (quaternionibus, at undevicensimi excisa sunt ff. 4 et 6) non ab una manu neque eodem tempore descriptis. Codicem enim saec. XI nitide exaratum, sed inperfectum (ff. 1–80), recentiore aetate (saec., ni fallor, XIII) librarii duo rudiusculo calamo subfecerunt (*a* ff. 81–165; *b* ff. 165v–214v), antiquiori scribendi modo sese in aliquibus adcommodantes, puta in spirituum forma angulari. Iidem scholl. a librario saec. XI inde a f. 46 omissa subpleverunt (*a* ff. 73–77v, *b* ff. 49–72v). Ff. I. 215 custodiae loco addita.

Fasciculor. subputatio ad ang. inf. int. primae unius cuiusque quaternionis paginae semper adpingitur, sed manu seriori, notis antiquioribus propter margines inprudenter decurtatos forsitan absumptis. In cod. primigenio ornamenta (f. 8v πύλη), tituli, lineae quibus scholl. concluduntur (ex. gr. ff. 11–13) rubro pigmento delineata. Ff. Ir. 87v–88r. 215 scriptione vacant.

F. Iv superne, m. ⟨L. Allatii⟩, codicis tabula et nota *1525*; qui num. alia manu iteratur ad calcem folii 1. F. 215v nescio quis saec. XV conscribillavit *Dionisius uocat(ur) iste liber et e(st) i(n) sacra pagina*; ib. latina invocatiuncula sine pretio.

Tegumentum prasina membrana vestitum scutis Urbani VIII P. M. et Francisci Barberini card. bybl. (1626–33) exornatur, in dorso vero, ἰδιοχρώμῳ membrana refecto, tesserae gentiliciae Pii IX P. M. et Angeli Mai card. bybl. (1853–54) inpressae cernuntur.

1526. Saec. X ex., membran., mm. 225×163, ff. II. 294, coll. 2, linn. uti plurimum 35.

s. **Iohannis Chrysostomi** opera conplura: [1] de sacerdotio (ff. 1–7) lib. 1, omissa initio capitum tabula (P. G. 48, [623]–632), *πρὸς τοὺς ἐγκαλοῦντας τὸ φεύγειν τὴν ἱερωσύνην· ἀπολογητικὸς λόγος α´* cod.; (ff. 7–13v) lib. 2 (ib. 631–640); (ff. 13v–28) lib. 3, lac. a vv. *οὕτως εἰς ταύτην* ad vv. *ἐκ τῶν εἰρημένων* propter folium unum post 15 deperditum (ib. 639–643 lin. 31 et 644 lin. 10 a. i.–660); (ff. 28–38) lib. 4 (ib. 659–672); (ff. 38v–42v) lib. 5 (ib. 671–678); (ff. 42v–53v) lib. 6 (ib. 677–692), cuius in fine rubris litt. + *τετέλεσται σὺν θεῷ τὰ περὶ ἱερωσύνης τοῦ Χρυσοστόμου ἐν λόγοις ἕξ.* [2] contra Anomoeos de inconprehensibili (ff. 54–60) hom. 1, *πρὸς Ἀνομοίους ἀπόντος τοῦ ἐπισκόπου, λόγος πρῶτος* cod. (ib. 701–710; f. 54 imo notavit librarius *λόγος ζ´*, in ora summa + *τοῦ αὐτοῦ περὶ ἀκαταλήπτου ἐν λόγοις θ´*); (ff. 60–67v) hom. 2, *προ πολλῶν ἡμερῶν πρὸς Ἀνομοίους· εἶτα πρὸς Ἰουδαίους· εἶτα σιγήσας — μαρτύρων γενομένης πολλῶν· νῦν πάλιν πρὸς Ἀνομοίους κτλ.* cod. (ib. 709–718), des. *ἵνα πάντες ὁμοθυμαδὸν ἐν ἑνὶ στόματι δοξάζωμεν τὸν θεὸν κτλ.* ut in ed. Savil. (cf. ib. 718 n. *e*); (ff. 67v–74) hom. 3 (ib. 719–728); (ff. 74v–81) hom. 4 (ib. 727–736);

(ff. 81v–90) hom. 5 (ib. 735–748), *περὶ ἀκαταλήπτου· καὶ περὶ προσευχῆς· καὶ ὅτι ῥίζα καὶ πηγὴ καὶ μητερ ἐστὶ* (*πάντων τῶν ἀγαθῶν* add. in marg.) · *καὶ αὐτῆς τῆς βασιλείας δυνατωτέρα· καὶ εἰς τὸν φαρισαῖον καὶ τελώνην* cod.; (ff. 90–95) hom. 11, *λόγος ς'* cod. (ib. 795–802); (ff. 95–104) hom. 7, *λόγος ζ'* cod. (ib. 755–768); (ff. 104–111) hom. 8, *λόγος η'* cod. (ib. 767–778). [3] (ff. 111–141v) ad eos qui scandalizati sunt (*λόγος θ'* cod., cf. supra; summo margine *λόγος ιε'*), des. in vv. *καὶ ταῖς ἀμοιβαῖς νικᾷ* (P. G. 52, 479–528 lin. 19). Marginibus lemmata insunt 24 rubris litt. exarata, quorum primum est *Ὅτι ἀναγκαῖον εἰπεῖν τὴν αἰτίαν ἀφ᾽ ἧς τὸ σκάνδαλον ἐτέχθη*, quartum et vicensimum *Ὅτι οἱ ταῦτα παρανομίσαντες· καὶ ἐντεῦθεν ἤδη δίκην διδόασιν.* [4] adversus Iudaeos orationes VI, nempe (ff. 142–152v) orat. 1 (P. G. 48, 843–856), *ὁμιλία κατὰ Ἰουδαίων· ἐλέχθη δὲ πρὸς τοὺς ἰουδαΐζοντας· καὶ μετ ἐκείνων νηστεύοντας* cod. (ut in ed. Savil., cf. ib. 843 n. *a*). F. 142 superne + *Τὰ κατὰ Ἰουδαίων ἐν λόγοις ἕξ.* (ff. 152v–160v) orat. 4, *πρὸς Ἰουδαίους εἰς τὰς σάλπιγγας κτλ.* cod. (ib. 871–882). F. 152v summo *λόγος ιζ'.* (ff. 160v–176v) orat. 5 (ib. 883–904). (ff. 177–186) orat. 6 (ib. 903–916). (ff. 186–194) orat. 7 (ib. 915–928). (ff. 194v–206v) orat. 8 (ib. 927–942). In fine + *τετέλεσται σὺν θεῷ τὰ κατὰ Ἰουδαίων· ἐν λόγοις ἕξ* (cf. ib. 942 n. *c*). [5] de Lazaro conciones VI, scil. (ff. 207–220v) concio 1 (ib. 963–982), *μετὰ τὰς καλάνδας τῇ ἑξῆς κατὰ μεθυόντων — εἰσιόντων· καὶ ὅτι τὸν διδάσκαλον — καὶ εἰς τὸν πτωχὸν Λάζαρον* cod.; (ff. 221–228v) concio 2, in titulo *βιοθανῶν* (ib. 981–992 et cf. 981 n. *b*); (ff. 228v–241v) concio 3, *εἰς τὸν πλούσιον καὶ εἰς τὸν Λάζαρον· καὶ τίνος ἕνεκεν κτλ.* cod. (ib. 991–1006); (ff. 241v–250v) concio 4, *εἰς τὴν κατὰ τὸν πλούσιον καὶ τὸν πτωχὸν Λάζαρον παραβολήν. λόγος δ'· καὶ ὅτι τὸ συνειδὸς κτλ.* cod. (ib. 1005–1016); (ff. 250v–258v) concio 5, *εἰς τὸ ῥητὸν τοῦ ἀποστόλου· περὶ δὲ τῶν κεκοιμημένων — ἵνα μὴ λυπῆσθε· ὡς καὶ οἱ λοιποὶ οἱ μὴ ἔχοντες ἐλπίδα* cod. (ib. 1017–1026); (ff. 258v–266v) concio 7, *ὁμιλία πρὸς τοὺς εἰς τὰς ἱπποδρομίας ἀναβαίνοντας — καὶ εἰς τὸν Λάζαρον* + *λόγος ς'* cod. (ib. 1043–1054). [6] in illud *Vidi Dominum* homiliae VI, hoc ordine (ff. 267–274) hom. 1 (P. G. 56, 97–107); (ff. 274–281) hom. 4, *εἰς τὸ προφητικὸν Ἡσαΐου — καὶ ἐγένετο ἐν τῷ ἐνιαυτῷ — ὁ βασιλεὺς· καὶ κατὰ τῶν κωλυόντων — ἀπόδειξις· ἀπὸ τῶν τεσσάρων λόγων τοῦ Ὀζίου οὗτος λόγος β'* cod. (ib. 119–129); (ff. 281–284v) hom. 2, *εἰς τὸ καὶ ἐγένετο ἐν τῷ ἐνιαυτῷ οὗ ἀπέθανεν Ὀζίας ὁ βασιλεύς· καὶ ὅτι οὐ δεῖ — τῶν γραφῶν* cod. (ib. 107–112); (ff. 284v–290v) hom. 3 (ib. 112–119); (ff. 290v–294v) hom. 5, *εἰς τὰ ὑπόλοιπα τοῦ Ὀζίου· καὶ ἀπόδειξις — οὐκ ἔξεστι βασιλεῦσι ποιεῖν· ἀλλ᾽ ἱερεῦσι μόνοις* cod. (ib. 129–135); (f. 294v) hom. 6, in Seraphim, *εἰς τα σεραφίμ· καὶ ὅσον ἐστὶν ἀξίωμα πλησίον ἑστάναι τοῦ θρόνου*

τοῦ βασιλικοῦ· καὶ ὅτι καὶ ἀνθρώποις τὸ ἀξίωμα τοῦτο κεκτῆσθαι δυνατόν· καὶ περὶ μετανοίας cod.; def. in vv. κατωρθωκότων ἀρετήν (ib. 135 linn. 16–29).

Obcurrunt in margg. (praeter lemmata supra memorata) verba interdum omissa in textu nec non illa ζ, σ^η, ὡ etc.

Librum efficiunt fasciculi 38, quaterniones omnes, si 21 excipias, 3 folior., 7 et 27, terniones (27 re vera bifolio et binione simul conpactis constat); adverte insuper secundi fasciculi postremum fol. intercidisse. Antiquior nota nulla superest, sed nescio quis recentior subputationem arabicam in medio marg. inf. primae et ultimae paginae unius cuiusque fasciculi plumbo adiecit; qui vir tamen fasc. tertium nota 2, quintum nota 4 (et sic deinceps) oscitantia distinxit. Litterae maiores et (plerumque) maximae, tituli, lemmata marginibus inserta cinnabari tinguntur, ornamenta vero titulis insistentia (interdum et litterae maximi moduli, cf. ff. 142, 207, 221, 228ᵛ, 241ᵛ, 250ᵛ, 258ᵛ ac praesertim 267) flavo, rubro, viridi, caeruleo, violaceo pigmento. Ff. I–II pro custodia conpacta.

F. Iᵛ πίναξ latinus brevissimus, m. ⟨L. Allatii⟩, nec non num. *1526*. F. IIʳ⁻ᵛ inplet index graecus Cryptoferratensis, m. ⟨hieromonachi Tiburtini Lucae Felicis⟩; hic Iohannis Chrysostomi scripta in codice contenta singula recenset, omissa tantum ultima homilia in enarratione a nobis memorata (cuius initium dumtaxat superest), unde patet eo tempore quo syllabus confectus est codicem iam mutilum fuisse. Ibid. in pag. rectae fastigio *Τοῦτο βιβλίον ἦν τῆς μονῆς τῆς Κρυπτωφέρρης* nec non *Grota ferrata*, deinde notae codicis Cryptenses ζζ (iteratur in marg. inf.) et *n.º 30*; qui num. adpingitur et orae sup folii 1, ubi praeterea scriptum exstat *omelie c(ri)sostomj* (cf. Io. Mercati, *Per la storia dei mss. greci di Genova* etc. [*Studi e Testi* 68], tab. II *a* et II *c*).

Librum memorant P. Batiffol, *La Vaticane depuis Paul III* in *Revue des questions historiques* XLV (1889), pp. 209 n. 3 et 213; A. Rocchi, De coenobio Cryptoferratensi etc., Tusculi 1893, pp. 11 et 277; S. Gassisi, *I mss. autografi di S. Nilo iuniore*, Oriens christianus IV (1904), p. 363; M. Vogel, *Die griechischen Schreiber* etc., p. 52, quae Antonii Rocchi auctoritate freta (?), Bartholomeum monachum (qui floruit saec. XII in.!) codicem scripsisse iniuria contendit. Alias ipse Rocchi, loc. nuper cit., manu Neophyti calligraphi exaratum esse autumaverat, sed re vera neque Bartholomeo neque Neophyto tribui potest, quamvis hau dubium sit e schola Cryptensi prodiisse (cf. Gassisi, loc. cit.).

Integumentum simplici membrana obductum scuta Leonis XIII P. M. et Io. Ba. Pitra, card. bybl. (1869–1889) exhibet in dorso.

1527 (olim 1504). Saec. XV, chartac., mm. 210×149, ff. I. 131, linn. 22.

in grammaticen graecam exercitationes XX ad instar Manuelis Moschopuli schedographiae sive de ratione examinandae orationis libelli (ed. Paris. 1545), iisdem atque in illa propositis exemplis, commentariis autem plus minusve discrepantibus et ad memoriam in codd. Pii II

54 (P)* et Vat. gr. 18 (V)* servatam proxime adcedentibus (cf. quoque ex. gr. cod. Laurent. Conv. Soppr. 2 [*Studi it. di filol. class.* I, 1893, pp. 131 sq.], Ambros. 424 [Martini et Bassi I, 503], Paris. gr. 1720 [v. infra] nec non Barb. gr. 102 [Codd. Barber. gr. descripti, I, pp. 139 sq.], qui tamen cum a Moschopulo tum a recens. libri nostri multum abludit). [1] (ff. 1. 3-27v) Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ ὁ Θεὸς ἡμῶν· ὁ ἀσπόρως κτλ. (ed. Paris. p. 3); inc. *πόσα μέρη λόγου εἰσὶ· τρία... τὰ γὰρ δύο καὶ τρία καὶ πολλὰ ὀνόματα και ῥήματα ὡσαύτως και αἱ πολλαὶ ἀντωνυμίαι, ἀντὶ ἑνὸς μέρους λόγου παραλαμβάνονται*, des. *ὡς τὸ τεῖχος τοῦ τείχεος, καὶ τείχους· τὸ σχε, ψιλόν· διατί· καὶ ἔμαθες* (cf. P ff. 54v-71; V ff. 1v-9v). Inseritur (ff. 1v-3) ⟨praefatio ad puerum grammaticam discentem⟩, inc. *Δεῖ σε γινώσκειν ὦ παιδίον, ὅτι ὀκτὼ εἰσι πάντα τὰ μέρη τοῦ λόγου*, des. *τεχνολογίας και σαφηνείας, ἀρκτέον* (cf. cod. Ambros. 424, loc. cit.; P ff. 53-54v; V f. 1-1v). [2] (ff. 27v-39) Ὁ εὐσχήμων Ἰωσὴφ ἀπὸ τοῦ ξύλου (ed. Paris. p. 49), inc. *πόσα μέρη λόγου εἰσί· δύο... ὁ εὐσχήμων, ποίου μέρους λόγου ἐστὶν· ὀνόματος*, des. *ἔλαιον δὲ τὸ τρωγόμενον, δίφθογγον* (cf. P ff. 71-79; V ff. 9v-13v). [3] (ff. 39-47) Γεωργηθεὶς ὑπὸ Θεοῦ κτλ. (ed. Paris. p. 66), inc. *πόσα μέρη λόγου εἰσί· τρία... γεωργηθείς, ποίου μέρους λόγου ἐστὶ· μετοχῆς*, des. *εἰς ν αὐτὴν ἔχει λήγουσαν* (cf. P ff. 79-85v; V ff. 13v-17). [4] (ff. 47-54v) Μεσούσης τῆς ἑορτῆς κτλ. (ed. Paris. p. 77), inc. *πόσα μέρη λόγου εἰσί· τρία... μεσούσης, ποίας συζυγίας· τρίτης τῶν περισπωμένων*, des. *ἐπιστέλλω σοι, καὶ τὰ ὅμοια* (cf. P ff. 85v-91; V ff. 17-20). [5] (ff. 54v-64v) Ἀνῆλθεν ὁ Ἰησοῦς εἰς Ἱεροσόλυμα κτλ. (ed. Paris. p. 88), inc. *τὸ θέμα, ἐλεύθω· διατί μὴ ἦν ἀναῆλθεν*, des. *θεραπεύω θεραπεία, καὶ τὰ ὅμοια* (cf. P ff. 91-98v; V ff. 20v-23v). [6] (ff. 64v-70v) Δεικνὺς ὁ Χριστὸς ὅτι κατ ἀρχὰς κτλ. (ed. Paris. p. 102), inc. *Δεικνὺς συζυγίας τετάρτης τῶν εἰς μι· τὸ θέμα, δεικνύω δείκνυμι*, des. *περισπώμενον δὲ, τὸ τῆς ἡμέρας φῶς* (recens. parum diversam ed. Boissonade, Anecdota graeca III, 330-338; cf. P ff. 98v-101v; V ff. 24-25v). [7] (ff. 70v-75v) Ἀπόστολοι ἅγιοι πρεσβεύσατε κτλ. (ed. Paris. p. 125), inc. *ἡ εὐθεῖα, ὁ ἀπόστολος· καὶ κλίνεται τοῦ ἀποστόλου*, des. *ὠδηκὼς ὁ ἐξωγκούμενος, καὶ τὰ ὅμοια* (cf. P ff. 106-109; V ff. 30-31v). [8] (ff. 75v-81v) Τοῦ σχεδογραφεῖν ἀρχόμενοι κτλ. (ed. Paris. p. 108), inc. *Ἀρχόμενοι συζυγίας δευτέρας τῶν βαρυτόνων*, des. *καὶ ἐπιβάλλω, τῶ, μυσταγωγεῖν* (cf. P ff. 102-106; V ff. 25v-28). [9] (ff. 82-87) Πόνοι γεννῶσι δόξαν κτλ. (ed. Paris. p. 118), inc. *ἡ εὐθεῖα, ὁ πόνος· καὶ κλίνεται τοῦ πόνου*; des. *τὸ δεύτερον τῶν πληθυντικῶν, ἐὰν γένησθε* (cf. P ff. 109-112v; V ff. 28-30). [10] (ff. 87-95v) Ἔχε ἐπὶ λογισμῶν κτλ. (ed. Paris. p. 133), inc. *πόσα μέρη*

* minus recte ipsi Moschopulo tribuuntur in Byblioth. Vaticanae catalogis inpressis.

λόγου εἰσί · τέσσαρα, des. Αἰολεῖς τὸ ὄνομα, ὄνυμα λέγουσι καὶ τὸ στόμα, στύμα (cf. P ff. 112v–118v; V ff. 31v–34v). Marg. inf. f. 94v inscribitur ⟨Manuelis Moschopuli⟩ excerptum ⟨περὶ μοριων ἐπιτατικῶν⟩ (Ἰστέον ὅτι μόρια ἐπιτατικὰ εἰσὶ ταῦτα · τὸ α, ἀφ' οὗ ἀχανὲς πέλαγος τὸ ἐπιπολύ κεχηνός — ἐριαύχην ὁ μεγαλοτράχηλος, ed. Paris. laud. p. 145 linn. 9–2 a. i.). [11] (ff. 96–102) Αἴλουρος εἴσω χειᾶς κτλ. (ed. Paris. p. 148), inc. Αἴλουρος ποίου μέρους λόγου ἐστιν · ὀνόματος, des. θοιμάτιον κατὰ συναλοιφὴν τὸ ἱμάτιον, καὶ τὰ ὅμοια (cf. P ff. 118v–122v; V ff. 35–37). [12] (ff. 102–109) Ἀχιλλεὺς ὁ Πηλείδης κτλ. (ed. Paris. p. 170), inc. Ἀχιλλεὺς γίνεται, ἐκ τοῦ α στερητικοῦ μορίου και τοῦ χιλὸς, des. ῥέπω ῥίπτω · πέπτω πίπτω, καὶ τὰ ὅμοια (cf. P ff. 123–127; V ff. 37–39v). [13] (ff. 109–114) Ὁ τοῦ Πριάμου παῖς Ἀλέξανδρος κτλ. (ed. Paris. p. 160), inc. πόσα μέρη λόγου εἰσί · δύο, des. ὁ ὑπερσυντέλικος, ἐγεγώνειν · ἐγεγώνεις · ἐγεγώνει (cf. P ff. 127–130; V ff. 39v–41v). [14] (ff. 114–116) Ἀλέξανδρος ὁ Πριαμίδης κτλ. (ed. Paris. 182), inc. Ἀλέξανδρος Ἰδαῖος ὁ ἀπὸ τῆς Ἴδης... η ψιλὸν καὶ μικρὸν · καὶ ἔστι ἡ εὐθεῖα ὁ ἡδὺς τοῦ ἡδέως, des. ἐπιανέζευξε · καὶ ἐν συγκοπῇ, ἐπανέζευξεν (cf. P ff. 130–131; V ff. 41v–42v). [15] (ff. 116–119v) Εἶχε μὲν ὁ Πριαμίδης Ἀλέξανδρος κτλ. (ed. Paris. p. 185), inc. Εἶχεν ἀντὶ τοῦ ἐκέκτητο, δίφθογγον, des. ἡ αἰτιατική, τὴν πατρίδα (cf. P ff. 131–134; V ff. 42v–44). [16] (ff. 119v–122v) Εἰπόντος καὶ εἰρηκότος τοῦ μάντεως κτλ. (ed. Paris. p. 194), inc. Εἰπόντος τὸ εἰ, δίφθογγον, des. Ἰκὸς ὁ Ταραντῖνος, ι και μικρόν (cf. P ff. 134–136; V ff. 44–45). [17] (ff. 122v–125v) Ὁ μὲν Χρύσης μεθ' ὑβρισμῶν κτλ. (ed. Paris. p. 191), inc. Ἡ μετὰ ὅτε ἐπὶ ἑνώσεως τίθεται, des. γενικῇ και δοτικῇ συντάσσεται (cf. P ff. 137v–140; V ff. 45–46v). [18] (ff. 125v–126v) Ἐστράτευσεν ἐπὶ τὸν τῆς Ἰλίου τόπον κτλ. (ed. Paris. p. 211), inc. Αἰτωλὸς τὸ τῶ, μέγα, des. και ἐπήρεια ἡ βλάβη, η καὶ δίφθογγον (cf. P ff. 143–144; V ff. 49v–50). [19] (ff. 126v–129) Χρύσης διωχθεὶς ὑπὸ τοῦ Ἀτρείδου κτλ. (ed. Paris. p. 201), inc. Διωχθεὶς τὸ θέμα· διώκω· ὁ μέλλων, διώξω, des. ἐπιπαν δὲ ἀντὶ τοῦ παντελῶς· καὶ ἐπὶ τούτοις, ἰῶτα (cf. P ff. 140–142; V ff. 47v–49). [20] (ff. 129–130v) Ἐννέα ἡμέρας ἡ λοιμώδης νόσος κτλ. (ed. Paris. p. 207), inc. Ἐννέα ἐπὶ ἀριθμοῦ, ψιλὰ τὰ δύο, def. mut. in vv. δαίμων δαίμονος και δαιμόνιον (cf. P ff. 142–143 lin. 3 a. i.; V hic multum differt).

Lemmata haud raro in margg. obcurrunt, latinas glossas saepe inter linn. iniecit manus saec. XV.

Quaterniones 17 (ultimi non nisi tres chartae superant) ab ipso librario graecis notis distinctos invenies ad ang. inf. internum postremae singulor. paginae. Textus exercitationibus praepositi, litterae maiores et maximae, ornatus, lemmata rubro pigmento

nunc uti plurimum evanido tinguntur. Folia haud pauca (cf. ex. gr. 81-82, 87-104) madore laesa, sed scriptio est ubique integra. Officinae chartar. insigne vidimus (ff. 12+13, 19+22, 28+29 etc.) securim absque manubrio.

F. I syllabi graeci initium dum taxat, m. saec. XV-XVI, deinde *Incertus forte Moscopulus Gram(m)aticalia*. Ibid. possessionis notam adcuratissime cancellatam (iteratur paullo superius, sed et illic atramento fere omnino deleta) vix aegreque sic explicavimus Νικολάου Λασκάρεως τοῦ Ναξίου / καὶ τῶν φίλων τὸ τεῦχος (is est, ut mihi videtur, vir doctus, quem Graeci Venetiis degentes a. 1593 ad artem grammaticam in suo conlegio docendam arcessiverunt; quo de cf. *I. Βελούδου*, Ἑλλήνων ὀρθοδόξων ἀποικία ἐν Βενετίαι, p. 108, vel *B. A. Μυστακίδης*, Λασκάρεις 1400-1869, in Ἐπετηρὶς ἑταιρ. βυζ. σπουδῶν, ἔτ. ε' [1928], p. 162). Inferne codicis num. antiquior *1504*, linea obductus; ima vero pag. scidula mm. 10×56 adhaerescit, cum verbis *donatus g(rae)cus optimus*, m. saec. XV; quae vv. inscriptiunculam aliam sedulo abrasam (graecam, ut vid.) tegunt. F. 1 marg. sup. nota possessionis atramento eadem ratione atque praecedens oblitterata Ἀντων(ίου?) Βοναφέως (de duobus viris huius gentis videsis Ioh. Mercati, *Per la storia dei mss. greci di Genova* etc. [*Studi e Testi* 68], p. 122 n. 4). F. 131v nescio quis notavit *Vincit amor patriae laudum(que) arrepta cupido* (cf. Verg. Aen. V 138 et VI 823).

Codicem olim ad Coulegium Graecorum Athanasianum pertinuisse testatur indiculus in Archivi Bybliothecae tomo 11, f. 261v ('*Eruthemata* [!] *gramaticae*').

Opercula membrana ἰδιοχρώμωι vestita; in dorso tesserae gentiliciae Leonis XIII P. M. et Io. Ba. Pitra, card. bybl. (1869-1889).

1528 (olim 1505). Saec. XV-XVI, chartac., mm. 208×152, ff. 235, linn. 26.

Praxapostolus, i. e. ex apostolorum Actibus et epistulis pericopae per totum anni circulum in ecclesia recitandae.

A. (ff. 1-45) ex Actibus pericopae a die Paschatis usque ad Pentecosten (cf. Ἀπόστολος κτλ., Romae 1881, pp. 9-59), προκειμένοις atque ἀλληλουϊαρίοις instructae (inde a Mesopentecoste pro una quaque die). Differunt ab editis lectiones pro feria quarta τῆς Διακαινησίμου (II, 22-36; ut apud Gregory, *Textkritik des Neuen Testamentes*, p. 344) et feria tertia II hebdomadae (IV, 1-12), feria autem quinta V hebdom. pericopa concluditur verbis ὁ θεὸς μετ' αὐτῶν· καὶ ὅτι ἤνοιξε τοῖς ἔθνεσι θύραν πίστεως.

B. (ff. 45-147v) ex epistulis s. Pauli pericopae a feria secunda post Pentecosten ad feriam tertiam XXXI hebdom. (Ἀπόστολος laud., pp. 60-189). Τὰ προκείμενα lectionum dominicalium, a librario constantissime praetermissa, plerumque subplevit in marginibus manus perquam rudis saec. XVI. Pericopae haud paucae plus minusve differunt a receptis in ed. cit., nimirum: feria secunda II hebdom. (Rom. II, 28 — III, 13), feria tertia (Rom. IV, 4-8), feria quarta (Rom. IV, 13-17), feria sexta (Rom. V, 17 [inc. Ἀδελφοί· οἱ τὴν περίσσειαν τῆς χάριτος] — 21), feria se-

cunda III hebdom. (Rom. VII, 1-6), feria quarta VI hebdom. (I Cor. II, 7 — III, 8), dominica VIII hebdom. (I Cor. I, 10-18, cf. Gregory 350), feria quinta XI hebdom. (II Cor. IV, 1-6), sabbato XII hebdom. (I Cor. I, 26-29), feria tertia XIX hebdom. (Phil. I, 8-11), feria quinta XXVIII hebdom. (Tit. I, 5 — II, 1, cf. Gregory 357), dominica XXVIII hebdom. (Col. I, 12-17).

Lectio pro feria tertia XIV hebdom. librarii oscitantia praetermissa, pericopa pro sabbato XVI hebd. concluditur verbis *συνείδησιν· τοῦ γὰρ κυρίου ἡ γῆ καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς.*

C. (ff. 147v-174v) ex epistulis catholicis lectiones a feria quarta XXXI hebdomadae ad dominicam Tyrophagi (*Ἀποστολος*, pp. 189-220). Ante lectiones dominicales nunquam indicantur *τὰ προκείμενα*; feria sexta XXXII hebdom. legitur I Petr. I, 1-2. 10 — II, 10, sabbato XXXIV hebdom. recitatur II Tim. III, 1-9, feria tertia XXXV hebd. I Ioh. III, 9-20.

D. (ff. 175-183v) pericopae pro sabbatodominicis Quadragesimae nec non pro feriis quinta et sexta et pro sabbato Magnae Hebdomadae (*Ἀποστολος*, pp. 221 ... 238).

E. (ff. 183v-230v) lectiones pro festis immobilibus totius anni (cf. Menologium apud Gregory, pp. 365-384), plerumque indicatae, rarius integre descriptae, a vulgatis saepe discrepantes; dies admodum pauci omnino vacant (litteris cursivis infra distincti). Haec librum cursim evolventes notavimus: Sept. *10-12*, 18 + *τ. ἁγ. ἱερομρ. Συμεὼν ἐπ. Ἱεροσολύμων, 21*; Nov. *30*; Dec. 8 *τ. ὁσ. πρ. ἡμ. Σωφρονίου ἐπ. Κωνσταντίας*, 16 *τ. ὁσ. πρ. ἡμ. Μοδέστου ἀρχιεπ. Ἱεροσολύμων, 18*; Febr. 7. 18 *τ. ἀγγ. πρρ. ἡμ. καὶ ἀρχιεπ. Κπόλεως Θωθᾶ* (!) *καὶ Ἰωάννου τοῦ Νηστευτοῦ*, 19 *τοῦ ὁσ. πρ. ἡμ. Σωφρονίου ἐπ. Ἱεροσολύμων*, 30 (!) *τ. ἁγ. ἱερομρ. Μαρκέλλου ἐπ. Ἀπαμηίας*; Mart. 22 *τ. ἁγ. ἱερομρ. Βηρύλλου ἐπ. Κατάνης*; Apr. *21*; Iun. *8*; Iul. 23 *τ. ἁγγ. μρρ. Ἀπολιναρίου καὶ Βιταλίου ἐππ. Ῥαβέννης καὶ Ἀπολλωνίου ἐπ. Ῥώμης.*

F. (ff. 230v-235) pericopae pro variis occasionibus (cf. *Ἀποστολος*, pp. 328-332), quas inter (f. 233v) *εἰς πυρκαϊάν* (Hebr. XII, 14-24) et (f. 234v) *τῇ κυριακῇ μετὰ τὴν δ' σύνοδον· εἰς τὴν μνήμην τῶν ἐν τῇ ε' συνόδῳ ἁγίων πατέρων, ἤτοι τῶν ἀλλακτῶν* (Tit. III, 8-15).

Fasciculi 20, quos notae numerales graecae distinguunt ang. sup. ext. primae singulor. paginae adpictae, seniones sunt omnes, si 14 excipias, 11 folior. (adverte insuper primi fasciculi chartas 1-2, postremi 11-12 effluxisse). Litterae initiales, tituli, rubricae quae indigitantur rubro colore descriptae, ornamenta uti plurimum rubro, semel (f. 1) rubro nigroque. F. 208v scriptione vacat. Insigne quoddam officinae chartar. passim offen-

des (ex. gr. ff. 4 + 5. 16 + 17. 40 + 41), quod inter incerta conlocat Briquet (cf. nn. 16061–16063).

F. 1 imo nota *1505*, manu longe recentiori in *1528* conrecta. F. 235 librarii subscriptio + *εἴληφε τέλος ὁ παρῶν ἀπόστολος, διὰ χειρὸς ἀναξίου Μακαρίου τάχα δὲ καὶ ἱερωμονάχου τὸ ἐπίκλην Εὐχόλιος· καὶ οἱ ἀναγινώσκοντες, εὔχεσθαί μοι διὰ τὸν κ(ύριο)ν· ὅπως εὕρω λῦσιν τῶν πολλῶν μου σφαλμάτων.* (cf. Vogel–Gardthausen, *Die griech. Schreiber* etc., p. 271; notam iam ediderat Scholz, *Bibl. Kritische Reise*, p. 98). Ibid. Francisci Accidae inscriptio dedicatoria graeca ad Xystum V P. M., in folio averso interpr. latina. Liber olim pertinuit ad syllogen conlegii Graecorum Athanasiani, teste indiculo in t. 11 Archivi Bybl. f. 261 (*'Acta Apostolorum et Epistolę S.ti Pauli'*).

Codicem tantum memorat P. Batiffol, *Revue des questions historiques* XLV (1889), p. 187; pauca invenies apud Gregory *Textkritik des Neuen Testamentes*, I, p. 467 (sub num. 38).

Opercula simplici membrana vestiuntur, in dorso scuta exstant Leonis XIII P. M. et Io. Ba. Pitra, card. bybl. (1869–1889).

1529 (olim 1506). Saec. XVI ex., chartac., mm. 210 × 155, ff. I. 23, linn. 18.

officium S S. Corporis D. N. Iesu Christi more Italo-graecorum, fere omnino ut in cod. Ottobon. gr. 60, ff. 224–240, ab eodem librario atque noster (v. infra) descripto (cf. Feron et Battaglini, Codd. mss. gr. Ottobon. etc., p. 40; non nihil discrepat ab editis in Antonii Arcudii Novo Anthologio, Romae 1598, pars prima, pp. *τοα΄–τπ΄* et in Horologio Cryptoferratensi, Romae 1677, pp. 615-629). Praecurrit (f. 1) animadversio *Τῇ ε΄ῃ, τῆς μετὰ τὴν κυριακὴν τῶν ἁγίων πάντων ἑβδομάδος, τὴν ἀνάμνησιν τῆς τῶν θείων ἀχράντων ζωοποιῶν τοῦ Χριστοῦ μυστηρίων παραδώσεως ἑορτάζομεν, πανηγυρίζοντες, τοῦ σώματος λέγω καὶ αἵματος τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.* Vespere primum *στιχηρὸν* (ib.) inc. *Ὅνπερ Δαυεὶδ ὁ προπάτωρ, πνευματικῶς προορῶν*, intra missarum sollemnia *κοινωνικὸν* (f. 19v) concluditur verbis *ἐν ἐμοὶ μενεῖ κἀγὼ ἐν αὐτῷ* (Ioh. VI, 56). Subicitur (ff. 20–21v) *Συναξάριον ἐκ τοῦ πεντηκοστοῦ δευτέρου ἐγχειριδίου τοῦ μακαρίου Θωμᾶ τοῦ Ἀκουΐνου* (reapse ex quinquagesimo septimo opusculo in ed. Romana, vol. XVII, 2 [1570], ff. 40–43), *ἐκ τῆς ῥωμαΐδος φωνῆς κατὰ παράφρασιν ἐξελληνισθέν*, inc. *Κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ἁγίας πεντηκοστῆς αἱ τῶν ἁγίων ἀποστόλων καρδίαι*, des. *ἐν μονάδι προσκυνουμένῳ θεῷ* (v. ed. laud. Anthologii, pp. *τοε΄–τος΄*, et cf. lectiones V et VI in secundo nocturno officii Corporis Christi a s. Thoma conpositi, cf. ed. Rom. laud. vel ed. Parmen., t. XV [1864], p. 235, ex quibus non nulla in graeco *συναξαρίῳ* mutuata sunt).

Librum, pariter atque (ex parte) codicem Ottobonianum laudatum, Iohannes ⟨a S. Maura⟩ exaravit (f. 19v inferne *Ἰωάννης, πενίᾳ συζῶν ἐξέγραψεν*) non ante aa. 1573–74, quo tem-

pore in monasterio ss. Heliae et Philareti apud Seminaram libris ecclesiasticis transscribendis incumbebat (cf. inscript. in cod. Ottobon. adl., f. 220, quam integram exhibemus *l'ho copiato In fretta da certi libri / Vecchij del Monasterio de S.*[to] *Phylareto* (!) / *In Calabria terretorio* (conr. sup lin. ex *prouintia*) *di Seminara, / et adesso l'ho ricopiato come appone* (?) / *l'Introscritto, atteso li greci no(n) han(n)o detto / off(ici)o ma è cosa* (*nouam.*[te], cancell.) *Composta In Calabria / p(er) seruirse le chiese greche che son(n)o In essa*; v. quoque H. Omont, *Jean de Sainte-Maure* in *Revue des études grecques* I [1888], pp. 177 et 185–186, vel P. Batiffol, *L'abbaye de Rossano*, pp. 124 sq.). Constat quaternionibus duobus (alterius ultimum fol. excisum est), quibus adcedunt binio et bifolium; custodiae loco chartae duae in fine, una initio conpactae sunt. Signa officinar. chartar.: ancora circulo inclusa, stellula radior. sex superinposita (ex. gr. ff. 12 + 13) et aquila in circulo, cui circulo corona trium folior. inpendit (cf. ff. 17 + 18; fere ut num. 207 apud Briquet). Rubricae (uti vocant), tituli, litterae maioris et maximi moduli cinnabari delineata, pariter atque librarii subscriptio f. 19ᵛ. F. 1 in marg. sup. *Coll: Grę: Cat: Inscrip: Bibl:*. Ff. I. 22–23 scriptione vacant.

Integumentum ex membrana flexibili ligaminum vestigia tantum retinet; summo dorso codicis num. antiquior inscribitur *1506*, quem ex parte tegit scidula chart. notam ⟨15⟩29 rubro atramento pictam exhibens.

1530 (olim 1556). Saec. XVI in., chartac., mm. 207 × 142, ff. I. 56, linn. 12.

Euripidis Hecuba, praevia (f. 1) poetae vita ex Suida *Εὐριπίδης ὁ ποιητὴς Μνησάρχου ἢ Μνησαρχίδου* (cf. 3 Westermann), cui subiciuntur ᵃ (f. 1ᵛ) epigrammatis *Μνῆμα μὲν Ἑλλὰς ἅπασ' Εὐριπίδου* conpendium (cf. Anthol. Palat. VII, 45), ᵇ (f. 2) tragoediae hypothesis (Nauck I 138 sq.), ᶜ (f. 2ᵛ) personarum index.

Quaterniones, numero 7, nulla nullibi nota vel ad praesens distincti. Litterae grandiores, tituli, ornamenta, personarum nomina marginibus adpicta subrubro colore tinguntur. Officinae chartar. signum obcurrit (ex. gr. ff. 2 + 7. 19 + 22) arcubalista in circulo (cf. Briquet n. 747). F. I summo notatur *ex libris Franc.*[ci] *Peniae Romanae / Rotae Decani* (de viro cf. Batiffol, *La Vaticane depuis Paul III* in *Revue des questions historiques* XLV [1889], p. 189, et Io. Mercati, *Per la storia dei mss. greci di Genova* etc. [*Studi e Testi* 63], p. 98) atque in ang. externo *452* (al. manu): paullo inferius nota codicis antiquior *1556* cancell. nec non, m. ⟨L. Allatii⟩, *Euripidis Hecuba*. Ibid. medio folio adglutinatur scidula mm. 121 × 6 cum inscript. *dialogo meteorologico di Tomaso Tomai medico di Rauenna* (quo de cf. P. P. Ginanni, *Memorie storico-critiche degli scrittori ravennati*, II, Faventiae 1769, pp. 439–442), manu, ut mihi vid., ipsius Peniae. Ff. Iᵛ. 54ᵛ–56 pura.

Integumentum membrana *ἰδιοχρώμωι* vestitur.

1531 (olim 1538). Saec. XV (ff. 9–11. 39–61. 77. 84. 123–124. 156–157. 165–166. 239–245. 278–285 saec. XVI), chartac., mm. 190 × 136, ff. IV. 288, linn. 25 et (in foliis subpletis) 21–24.

Menaeum decembris absque synaxariis (cf. ed. Rom. t. II [1889], pp. 345–740); officio tamen s. Nicolai Myrensis (6 dec.), m. seriore subfecto, iniciuntur (ff. 54–56ᵛ) vita *Οὗτος ὑπῆρχεν ἐν τοῖς χρόνοις Διοκλητιανοῦ* (recens. longior) ut in Menaeo Venetiis edito a. 1890 nec non miraculum de Demetrio (ed. G. Anrich, *Hagios Nikolaos*, I, pp. 205–206 lin. 14 + conclus. in adpar. critico adlata et 207 lin. 16–209). Adverte insuper ob lacunas post ff. 76, 247 et 254 non nulla intercidisse, i. e. vv. *τρωθέντα ἀτόποις ἡδοναῖς — παρέσχετο ταύτῃ* (ed. Rom., pp. 438 l. 15 a. i. — 440 l. 17), illa *σμύρνῃ καὶ λιβάνῳ — πᾶσα ἡ κτίσις* (ib. 679 l. 15 a. i. — 685 l. 3) nec non *βολαῖς, τὸν ἄνθρωπον — ᾔσχυνας τὸν δυσσε⟨βῆ⟩* (ib. 697 l. 3 a. i. — 699 l. 4); charta una deesse videtur et post f. 61.

Canones a Menaeo Romano exsulantes, utpote ineditos vel saltem insolitos, recensere visum est: [1] (ff. 28 ... 35ᵛ) in ss. Deiparam (5 dec.), inc. *Λόγον θεοῦ σωματωθέντα τέτοκας*, [2] (ff. 47 ... 59ᵛ) in eandem (6), inc. *Θεόν παρθένε συνήλειφας*, [3] (ff. 47ᵛ ... 60ᵛ) in s. Nicolaum (eadem die), inc. *Τὴν χάρην ὅλην τοῦ πνεύματος* sub acrostichide *Τὸν θερμὸν ὑμνῶ προστάτην καὶ πατέρα*, in theotociis vero *Φιλόθεος* (an C.politanus patriarcha [† 1376], cuius canones haud pauci laudantur? cf. Ch. Eméreau, Hymnographi byzantini in *Echos d'Orient* XXIV [1925], p. 168), [4] (ff. 144 ... 150) *προεόρτιος* in Nativitatem Domini (18), inc. *Στόματος, ἐξ ἀνδρῶν θεηγόρων* (ut in Crypten. Δ. *α*. XIV, Rocchi 314), [5] (ff. 153ᵛ ... 159) alius id. id. (19), inc. *Ἐν κόσμω τῶν ἀγαθῶν*, [6] (ff. 269ᵛ ... 273ᵛ) in ss. Innocentes (29), inc. *Ἄστρον ἀνέτειλεν ἐν Βηθλεέμ* (ut in Crypten. Δ. *α*. IV, Rocchi 296). Canones *Παρθενικῆς ἐκ νεφέλης* et *Ἄρχων ἐξ Ἰούδα* adsignantur diebus 22 et 23 dec. (in ed. Rom. diebus 23 et 24).

Libri usu adtriti madoreque confecti folia plerumque dissoluta nova sunt lege conglutinata, ut fasciculorum (notis constantissime vel hodie carentium) rationem dispicere saepe haud queas. Chartae non paucae deperditae a quattuor manibus subfectae, quarum *a* (s. XV) ff. 220–223 exaravit, *b* ff. 1–8, 39–61 et 277, *c* ff. 9–11. 77. 84. 123–124. 156. 165–166. 239–245. 278–285, *d* f. 157 (*b–d* ad saec. XVI pertinent). Passim (ex. gr. ff. 13–14ᵛ. 23ᵛ) scripturam evanidam nescio quis retractavit, non nullibi anguli vel margines umore putrescentes resegminibus chartaceis indecore refecti sunt verbaque deficientia renovata (cf. ff. 109–110). Litterae maiores, troparior. initio positae, rubro colore plerumque evanido, ornamentum f. 39 rubro atque atramento delineatur. Folior. acies flavo colore lita. Officinar. chartariar. insignia: in cod. saec. XV (ff. 62 + 69, 64 + 67) circuli duo

idem centrum habentes (omnino ut in Vat. gr. 171, ff. 92 + 93), (ff. 22 + 23) stella radiorum septem cui lunula inpendit atque linea recta divisa in crucem desinente (cf. Briquet n. 5352), (ff. 104 + 105, 136 + 137, 161 + 163) cerasa tria (cf. Briquet n. 7424); in foliis add. (ff. 221–222) bucranium quod flos septem folior. supereminet (cf. Br. n. 14763, qui tamen multo differt), (ff. 49 + 52, 50 + 51) manus (vel chirotheca) litteras BR exhibens, cui superinponitur flos quinque folior. (cf.Br. n. 10738), (ff. 1 + 8, 2 + 7) alia manus cum litteris VI, (ff. 10 + 11) manus litteras GB praebens, quibus lunula subponitur, (f. IV) manus cum litteris FB (cf. Br. 10744). Chartae I–III. 286-288 custodiae loco conpactae. F. I–III. IV^v. 12. 223^v. 286–288 vacua.

F. IV praeter conscribillationes nullius pretii leges + ,αφξθ΄ (1569). μηνὶ νοεμβριου· κη΄ ἤλθομεν εἰς Μεσίν(ην)· ὅ τε ἐγῶ παπ(ᾶς) / Ἰω(άν)νης Δρακόπουλος· ὁ Ζακύνθιος· ὁμοῦ με τὸν ἡμετερον / μαθητὴν, Στὰμάτιον Σέκουλα· καὶ ἐδεξεόθη μας / εις τὸν ἑαὐτοῦ οἶκον ὁ κὺρ Σταμάτης Παπ(α)δόπουλος / ὃν ὁ θ(εὸ)ς ποιήσει αὐτὸν, καὶ πάντας τοὺς ἐν τῷ οἴκω αὐτοῦ / πολυχρονίους· καὶ δώη αὐτῷ κ(ύριο)ς ὁ θ(εό)ς· εν τῶ νὺ⟨ν⟩ αἰῶνι ευὴ/μερίαν πάντὸς ἀγαθοῦ· ἐν δὲ τῷ μέλλοντι τὴν οὐ(ρα)νῶν / βασιλείαν· ἐν Χ(ριστ)ω Ι(ησο)υ τῶ κ(υρί)ω ἡμῶν· ὧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αιώνας / ἀμὴν: + F. 285^v nota possessionis + / τῶ παρὸν· βυβλήον· ἔνε· τοῦ ευλαβεστάτου / ιερέος· δὸν Ἑμανουήλ· Ἀτζίδα (conr. ex Ἀτζίδας)· καὶ τῶν κα/λῶν· φύλων· αὐτοῦ· ἔγραψα· ἐγὼ· ὁ υιος: / αὐτοῦ· δόν Πετρος· Ἀτζίδας· εἰς ,αφοη΄ (1578) / ἐν μηνη· νοὲνβρίου· εἰς ςτῆς 17. ἐν Μισι(νη) (ed. P. Batiffol, *La Vaticane depuis Paul III*, in *Revue des questions historiques* XLV [1889], p. 186, n. 5). Quae vv. Sp. Lampros (Νεος Ελληνομνημων VI [1909], p. 109) perverse sic intelligit, quasi Petrus ipsum codicem, cum aetate tum scriptione (immo scriptionibus) toto coelo diversum, se descripsisse adfirmet.

Integumentum simplici membrana vestitur coloris violacei.

1532. Saec. XI, chartac., mm. 195 × 120, ff. 226, lin. 23 (ff. 1–151^v) et 20-21 (ff. 152–226^v).

1 (ff. 1–12^v. 19–135^v. 137–140^v) in evangelium secundum Mattheum catena Crameriana quae indigitatur, excerptis ex aliis auctoribus praeter **s. Iohannis Chrysostomi** fere omnino carens (cf. tamen f. 53^v lin. 8 ὁ Πηλουσιότις φησί· ὅτι παντὸς ἔργου [J. A. Cramer, Catenae in evangelia s. Matthaei et s. Marci etc., Oxonii 1840, p. 90, 5] nec non f. 129^v lin. 7 ἄλλως του Πιλουσιωτου· τῆς κατεχούσης τώ ἀνθρώπινον γένος [ib. 225, 21 et cf. 495, 13]), et eadem ratione, ut vid., atque in cod. Bodl. ol. Meermann. Auct. T. 1, 4 (nunc Miscell. 182, cf. Coxe 736 sq.), inc. mut. πολλῶ μάλλον εἰς τὴν αὐτ[ῶν] επαρρησιάσαντο, ὅτε καὶ τὸν χρησμ[όν] (Cramer 458, 1, et cf. praef., pp. xxv sq.). Inseruntur (ff. 136 et 13–17) fragmenta duo catenae a Cramero nuncupatae in evang. sec. Marcum (sed in conpendium redactae), i. e. vv. φθόνου τὴν Ἰουδαίων μαιφονίαν ... τῶν προτεῖων ἐρᾶν (Cramer 339, 29 ... 364, 25) et illa παραχρῆμα δὲ λέγοιτ' ἂν ... [ἐφο]βοῦντο γάρ (ib. 395, 1 ... 447, 16).

Adcedunt, ut in Bodl. laud.: [a] (ff. 140v–142) **Eusebii Caesariensis** e quaestione II ad Marinum excerptum (Cramer 251–253, 22; cf. P. G. 22, 940–944 D 4), [b] (ff. 142–143v) **Isidori Pelusiotae** epp. II, 212 (sub inscript. *περι τῆς τοῦ σωτηρος ἡμῶν αναστάσεως*) et I, 114 (P. G. 78, 652–53 et 257–60) [c] (ff. 143v–145) **Eusebii Caesariensis** e quaestione IV ad Marinum excerptum (Cramer 253, 22–256, 2; cf. P. G. 22, 952–956 A 12 et 953 n. 38).

[8] (ff. 145–226v) s. **Iohannis Chrysostomi** e commentario in evang. sec. Iohannem excerpta, interrogationum responsionumque in modum digesta, inc. (ut in Vat. gr. 547, v. Codd. Vat. gr. descripti, II, p. 417) *Τίνος ἕνεκα τῶν ἄλλων εὐαγγελιστῶν* (cf. Cramer, Catenae in evangelia s. Lucae et s. Iohannis, Oxonii 1841, p. 178, 22), def. mut. in c. IX, 40 (ibid. 295, 34 circiter; ultima charta perquam male habita probe legi nequit). Hic illic (ex. gr. ff. 145v. 146. 158) obcurrit lemma *ἄλλως* (cf. supra).

F. 17 ex parte vacuum relictum nec non ff. 17v–18v nescio quis saec. XIV, ut vid., excerptis de re ascetica inplevit, lemma *τοῦ αὐτοῦ* (cuius?) fere constanter prae se ferentibus. Primum inc. *Μακαρία ἐστὶ ψυχὴ· η νυκτος και ἡμ⟨έρας⟩*, des. *ἀβουλίτους πράξης εἰ ἐνθυμίας ⟨κατα⟩πιπτειν*, ultimum inc. *ἐὰν θέλης εν σοματι ὡς ασοματος*, des. *προ θανατου αγγελος*; quod f. 18v inc. *Ὁ αθλήπτος ἀγρυπνῶν* in P. G. 65, 944 sub num. 9a Marco Eremitae tribuitur.

Modo flavo modo fusco pigmento nitide descriptus, conpendiis tamen scatens, vel hoc est memoratu dignus, quia, charta confectus, scribendi ratione ductuque ad saec. XI procul dubio referri debet. Fasciculor. ratio, quae quidem initio fuerit, distinguere haud licet, cum singula folia, temporis iniuria dissoluta, nova sint lege denuo conpacta, recto ordine iam pridem interdum turbato multisque chartis, ut videtur, deperditis. Folia conplura tineis adrosa umoreque male habita (laciniis chartac. indecore refecta) scriptionem evanidam et mutilam praebent (ex. gr. ff. 62–63. 212 sqq.). Libri sectio croceo liquore tincta.

F. 1 in marg. inf. nota codicis recentior *1532* et (alia m.) *1532. Vat.*

Librum haud memorant R. Devreesse, *Chaînes exégétiques grecques* in *Dict. de la Bible*, suppl. t. I, coll. 1164–1181 et 1194–1205, neque Karo-Lietzmann, pp. 120–122, 131, 144 sq.

1533. Saec. XI, membran., mm. 170 × 140, ff. VI. 201 (I-VI. 200-201 chart.), linn. 26.

Tetraevangelium cum titulis et sectionibus Eusebianis: (ff. 9–62v) Mattheus, (ff. 64–99v) Marcus, (ff. 102–157) Lucas, (ff. 157v–198v) Iohannes. Praefiguntur (ff. 2–5v) canones evangeliorum (P. G. 22, 1277–1292; animum adverte in can. X Marcum atque Mattheum desiderari,

f. 5v — ignotum cur — vacuo relicto), (ff. 6–7. 63–63v. 100–101. 157v) capitula (von Soden, *Die Schriften des N. T.* I, 1, pp. 403–411) et evangelistarum scribentium imagines (f. 7v Mattheus et Marcus, f. 101v Iohannes atque Lucas). Sectiones Matth. *τνε'*, Marc. *σλγ'*, Luc. *τμβ'*, Ioh. *σλ⟨β'⟩*.

Obcurrunt in marginibus subplementa (ff. 20. 36. 173v. 195v etc.), animadversiones liturgicae (ff. 9. 25. 28. 52v. 93. 148v etc.), latinae glossulae (ff. 27v. 78. 81. 142 etc.) neque una manu neque eodem tempore iniecta.

F. 1 minio inscribitur tabula lectiones *σαββατοκυριακὰς* a I dom. Matthei usque ad Palmarum festum recensens, sed *κεφάλαια* admodum pauca iuxta singulos dies indicantur, ceteris nescio qua de causa a viro saec. XIII omissis (huius calamo non nullae quoque e supra laudd. notis liturgicis libro inseruntur); praecedebat forsitan pinax alius, pericopas Magnae Hebdomadae et Pentecostarii respiciens, sed foliis paucis initio codicis deperditis (v. infra) effluxit. F. 1v manus XIV, ut videtur, saeculi notas editionis, quae nuncupantur, adposuit (von Soden 297, 41. 51. 48. 44. 53), quot singulorum evangeliorum *ῥήματα* et *στίχοι* sint edocuit (Matth. *,βφκβ'* et *,βφξ'*; Marc. *,αχις'* [*στίχοι* desiderantur], Luc. *,γωγ'* et *,βψν'*, Ioh. *,α[illegible]λη'* et *,βκδ'*).

Codex flavo pigmento nitide perscriptus, evangelistarum imaginibus, *πύλαις*, litteris maximi moduli variis coloribus ornatis (caeruleo, rubro, viridi, auro) conspicuus. Tituli, litterae maioris formae, sectionum Eusebianarum numeri cinnabari delineata. Evangelior. canones taeniolis columellisque inclusi, quibus arcus superinponuntur eadem depicti ratione atque litterae maximae ac *πύλαι*. Fasciculi sunt hodie sex et viginti, quaterniones uti plurimum (1 ternio, 2 et 26 bifolia, 9 novem folior., 13 quinio), sed chartas aliquot initio decidisse latina subputatio testatur aug. inf. ext. primae singulor. paginae saec. XV adposita, folio enim 1 nota *b* obcurrit. Postquam autem liber iam mutilus Metelli Sequani in manus pervenit (v. infra), ipse, ni fallor, iuxta singulas notas numerales latinas graecas inscripsit (*α–κς'*). Tertia, denique, numeratio in media ora inf. primae unius cuiusque fasciculi paginae obcurrit, a graeco viro nescio quo saeculi XIII adiecta, qui tamen folia praevia (1–8) neglexit. Initio chartae quinque custodiae in locum adsutae. Ff. Iv–VIr. 5v. 8. 199v–200 pura.

F. I codicis nota *1533*. F. VIv *1533 / Quattuor euangelia*, m. ⟨L. Allatii⟩. F. 1 in marg. inf. ∾: *ΙΩ*ου :∾ *τοῦ Μετέλλου*, Iohannis sc. Metelli Sequani, quo de videsis C.I.L. VI, 1, p. XLIX, n. XXXVI; P. Silvagni, Inscript. Christ. Urb. Romae sept. saeculo antiquiores, conspectus auctor. p. XLII, n. 44; P. de Nolhac, *La bibliothèque de Fulvio Orsini*, passim. F. 7 nescio quis imaginem Christi Evangelior. librum ferentis delineavit. F. 199 notae variae a tribus, ut vid., manibus saeculi XV iniciuntur (conscribillationes aliquot sine pretio missas facimus): *a*) *adi 3 di febraio Martedi a οραι /9/ δη νοττε* nec non *adj 11 dottobr*(*e*) (sic) *1438 prestai a mess*(*er*) *Bartolomeo / di Grande* ⟨di?⟩ *Porto giardino le pistole di Seneca* et inferius *ad XVII d⟨i⟩ nouemb*(*re*) *mel rende*; *b*) *Nanni di Giouanni di Palermo i*(*n*) *Genoua* (?); *c*) *die iouis 19a ap*(*ri*)*lis 1470 confeci 7o s*(*an*)*c*(*tu*)*m chrisma*. Manus *a*

eadem videtur esse atque illa quae in toto libro numeros arabicos nescio quibus textus sectionibus adscripsit (Mt. 51, Mc. 47, L. 82, Ioh. 76), in evangeliis Matthei atque Iohannis singula folia serie arabica distinxit et in evang. sec. Marcum summis chartar. oris 65–99 *Marcus* notavit (semel *Μάρκους*, f. 89, latino sermone, graecis autem litteris, ut in adnotatione supra relata).

De codice pauca proferunt Gregory, Prolegomena in N. T., p. 532, et *Textkritik des N. T.*, p. 184 (sub num. 375), nec non von Soden, op. cit., I, 1, p. 139 (sub siglo ε 112).

Tabulae fusco tergore signato saec. XVI obductae, dorsum vero recentiori aetate corio subrubro refectum; reliquiae ligaminum, fibularum non nisi vestigia superant.

1534. Saec. XIV, membran., mm. 160 × 128, ff. I. 257 (+ 35ª et 252ª; I. 257 chart.), linn. 20–27.

1 (ff. 3–158) **Libanii** epistulae 264 (sc. conlectio Lacapeniana): 1 (Förster). 617. 499. 325. 327. 331. 333. 352. 197. 314 [*ι'*]. 1058. 872. 693. 696. 699–700. 1041. 711, *τῷ αὐτῷ* (i. e. *Ἡσυχίῳ*) cod. 746. 754 [*κ'*]. 780. 797. 509. 511. 515. 923. 1039. 969. 838. 844 [*λ'*]. 847. 851. 857. 901. 892. 103. 109. 114. 119. 121 [*μ'*]. 122–123. 125. 127. 136–137. 143. 131. 150. 163 [*ν'*]. 167. 173. 175. 182. 184. 192. 195. 210. 221. 224 [*ξ'*]. 226. 237–239. 242. 245. 247–248. 253. 255 [*ο'*]. 256. 282. 298–299. 301. 332. 345. 348. 72. 1330 [*π'*], *Ἀκακιω* cod. 1155. 1257. 1340. 1288. 323. 947. 956–957. 410. 1231 [*ϙ'*]. 1233. 1232. 1228. 1202. 1171. 1158. 1134. 1153. 1173. 1168 [*ρ'*]. 1170. 1147. 1195. 1203. 964. 972. 1016. 1048. 1080. 1081 [*ρι'*]. 1010. 1006. 1004. 995. 965. 962. 945. 911. 909. 907 [*ρκ'*]. 819. 809–810. 804. 802. 796. 763. 756. 741. 736 [*ρλ'*]. 735. 732. 731. 694. 663. 659. 651. 650. 639. 571 [*ρμ'*]. 561. 558. 552. 528. 503. 408. 405. 399. 290. 388 [*ρν'*]. 386. 371. 379. 374. 368. 364. 362. 283. 274. 128 [*ρξ'*]. 97–98. 95. 80. 89. 65. 61. 58. 46. 49 [*ρο'*]. 37. 33. 26. 38. 383. 1110. 999. 1026. 1063–1064 [*ρπ'*]. 80–81. 578. 19. 636. 391. 369. 389. 432. 436 [*ρϙ'*]. 441–442. 476. 473. 481. 493. 495. 1119–1120. 1127 [*σ'*]. 1130. 1145. 1154. 1184. 1157. 1189. 1185. 1196–1197. 1200 [*σι'*]. 1209. 1218. 1224. 1238. 1259–1261. 1266. 1274. 1283 [*σκ'*]. 1342. 1350–1351. 1361. 1383. 1395. 1397. 1408. 1411. 1414 [*σλ'*]. 1419. 1424–1425. 1428–1431. 1433. 1435–1436 [*σμ'*]. 1438–1439. 1441. 1443. 1458. 1466. 1473. 1483. 1487–1488 [*σν'*]. 1508. 1517–1518. 1524. 1526–1527. 1533. 1536. 1540. 773 [*σξ'*]. 435. 501 [*σξα'* err.]. 647. 12 commercii inter Basilium Libaniumque.

2 (ff. 158–169ᵛ) s. **Basilii Magni** sermo de legendis libris gentilium (P. G. 31, 564–589).

3 **Plutarchi** ¹ (ff. 169ᵛ–182ᵛ) de profectibus in virtute, ² (ff. 182ᵛ–213) de adulatore et amico, ³ (ff. 213ᵛ–222ᵛ) de curiositate.

4 **Aristidis** [1] (ff. 222v-230) panegyrica or. Cyzicena, [2] (ff. 230-233) epistula de Smyrna, [3] (ff. 233-237v) palinodia de Smyrna.

5 (ff. 237v-244v) **Libanii** panegyricus Iuliano dictus, cum scholl. paucis.

6 s. **Gregorii Nazianzeni** carmina aliquot, *ἐκ τῶν ἐπῶν τοῦ θεολόγου* cod. [1] (ff. 245-248v) de externi hominis vilitate (P. G. 37, 766-778 A 6), [2] (ff. 248v-249) epigrammata novem in Caesarium, i. e. II, ɪɪ, 13-21 (P. G. 38, 17 A 9-21 A 7; nn. 14-15 et 18-21 absque ulla distinctione sese excipiunt), [3] (ff. 249-251) in nobilem male moratum carmina duo, sc. I, ɪɪ, 27 et 26 (P. G. 37, 854 A 5-856 A 11 et 851 A 5-854 A 4; alterius verss. 19-40 per se stant sub inscript. *ἕτερον εἰς τὸν αὐτόν*). Praecedunt (ff. 244v-245) ex Anthologia Palatina epigrammata tria, hoc est IX, 115 (omitt. verss. 5-6), 169 et (sine nom. auctoris) XI, 251.

7 **Libanii** [1] (ff. 251-255v) legatio Menelai, absque protheoria, [2] (ff. 255v-256v) de insatiabilitate, def. in vv. *τρῶσαί τε καὶ κατενεγκεῖν* (Förster I, 358 lin. 7).

Ff. 1-2, ab alia manu fere coaeva exarata, praebent **Bruti** epp. 29 (inc. mut. *εἰς τί χρήσεσθε ταῖς παρασκευαῖς, οὐκ οἶδα,* Hercher p. 182 lin. 3 a. i.). 30. 51-58. 17-20. 31-32. 69-70. 35-36.

Perraro (cf. ff. 9. 21v. 23. 183) latinae glossae vel (ff. 194v. 195. 199. 256) lemmata saec. XV, ut vid., non unius manu oris inscripta sunt.

Pigmento subflavo exaratus, praeter bifolium initio conpactum quaternionibus constat duobus et triginta, quorum notae dum taxat paucae servantur (ς'. η'. ιδ'-ιζ'. κ'), angulo inf. ext. primae singulor. paginae adpictae; cett., marginibus decurtatis, aut perierunt aut dimidiatae sunt. Litterae maioris formae, tituli, notae numerales quibus singulae epistulae distinguuntur, modo rubro modo violaceo colore delineantur. Ff. 255-256 madore laesa, ultima pagina legi nequit. F. I indiculus m. ⟨L. Allatii⟩. F. 1 in marg. inf. libri nota *1534* (iteratur ab alia m.). Ff. 1v, 257 pura.

De codice breviter egit R. Förster, Libanii opp., I, 336 sq., IX, pp. 135 et 226, sed nescio quo fretus eum ad syllogen quam Fr. Accidas Xysto V P. M. donavit pertinuisse adseveravit; cuius Accidae nullum prorsus in libro vestigium obcurrit (cf. ex. gr. enarrat. cod. 1504).

Opercula viridi membrana contecta scuta Urbani VIII P. M. et Fr. Barberini card. bybl. (1626-1633) prae se ferunt, dorso autem, saec. superiori membrana *ἰδιοχρώμῳ* refecto, tesserae gentiliciae Pii IX P. M. et A. Mai card. bybl. (1853-1854) inpressae cernuntur

1535. Saec. XVI-XVII, chartac., mm. 145 × 114, ff. I. 47 (+ 1a), linn. 22.

Gregorii Mammae, patr. Constantinopolitani responsio ad epistulam Marci Epheseni (P. G. 160, 112-204).

Obcurrunt in margg. conrectiones ac subplementa, raro ab ipso librario, saepius ab alia manu (an Io. Ma. Caryophylli?) exarata.

Quaterniones num. 6 nulla nota distinguuntur, sed ima quaque pagella primum insequentis verbum aut primas litteras inscripsit librarius. Chartae singulae plagulis flavescentis coloris propter atramenti acorem saevientem contectae. Litterae maioris formae, operis inscriptio (f. 1) rubro pigmento, ad praesens evanido; littera initialis deest. F. I[v] superne *1535. / Apologia Gregorij Protosyngelli ad / Marci Ephesini epistola(m)*, m. ⟨L. Allatii⟩. F. 1 summo num. *172*, inferne titulus opellae brevissimus (graece) cancellis obductus; ib. pag. av. ea ipsa manus, quae marginibus subplementa et coniecturas supra citt. iniecerat, pleniorem graecam operis inscriptionem (ut in ed. laud.) addidit. F. 47 scriptione vacat.

Opercula simplici membrana vestiuntur.

1536 (olim 1552). Saec. XVI in., chartac., mm. 125 × 90, ff. I. 291 (+ 5ª. 126ª. 171ª), linn. plerumque 14.

Horologium iuxta ritum Italo-Graecorum [1] (ff. 1-28[v]) officium nocturni (cfr. *Ωρολογιον... κατα την εκπαλαι ταξιν... του της Κρυπτοφερρης μοναστηριου*, Romae 1677, pp. 233-235). Notandum est folium unum excidisse post chartam 7, ubi ps. 118 abrump. in versu 47 *ἐν ταῖς ἐντολαῖς σου*; f. 8 inc. *δικαιώματά σου*, i. e. ibid. vers. 54. [2] (ff. 30-40[v]) ordo exsequiarum (cf. ib., pp. 106-112). Animum adverte defectu chartae unius post f. 38 partem litaniae a diacono enuntiari solitae effluxisse pariter atque initium orationis *Ο Θεὸς τῶν πνευμάτων* usque ad vv. *καταργήσας, καὶ ζωὴν τῷ* (ib., p. 111 lin. 11 a. i.). Accedunt (ff. 41-43[v]) troparia non nulla in ss. Deiparam (primum inc. *Μετὰ τόκον σε ἁγνή*, des. *ἀληθῆ μεγαλύνομεν*, postremum inc. *Η ἐλπὶς τῶν ἀπελπισμένων*, des. *σωθῆναι τὰς ψυχὰς ἡμῶν*; nota post f. 42 unam vel plures chartas intercidisse) nec non (ff. 50-51[v]) litania a diacono missarum, vesperarum etc. initio pronuntianda. [3] (ff. 52-102[v]) officium matutini (cf. ib., pp. 1-98), inserta ab al. manu litania post absolutum *ἑξάψαλμον* a sacerdote recitanda. [4] hora (ff. 102[v]-113[v]) prima (cf. ib., pp. 99-105); (ff. 113[v]-125[v]) tertia (cf. ib., pp. 112-118), abrump. in vv. *καὶ ἐν ἀφέσει ἁμαρ⟨τιῶν⟩* (in oratione *τῆς ἀπολύσεως* quae inc. *Εὐπρόσδεκτον καὶ ἀκαταίσχυντον*, cf. ff. 142 et 215); (ff. 131-142[v]) sexta (cf. ib., pp. 119-124); (ff. 142[v]-162[v]) nona (cf. ib., pp. 125-137). [5] (ff. 169[v]-192[v]) officium vesperarum (cf. ib., pp. 137-150), cui subduntur (ff. 193-201[v]) *αἱ ἀπολύσεις* pro diebus festis a Nativitate ss. Deiparae ad Transfigurationem D. N. Iesu Christi (cf. ib., pp. 94-98, et adverte post chartam 194 folium unum desiderari in quo legebantur vv. *Ἰσαὰκ — καὶ Ἰωσὴφ τοῦ*, ib., pp. 95, linn. 1-5 a. i.). [6] (ff. 202-215[v]) officium ⟨parvi⟩ completorii (cf. ib., pp. 183-192). [7] (ff. 216-241[v]) officium *τῆς παρακλήσεως* ss. Deiparae (cf. ib., pp. 203-215), inc.

mut. *κλήρου καὶ τοῦ λαοῦ* (ex litania a diacono recitanda). [8] (ff. 242-263^v) officium magni conpletorii, ed. (ib., pp. 192-203) in fine longius, abrump. in vv. *τὰς νυκτηρηνὰς* (!) *καὶ* (in concl. orationis *Καὶ δὸς ἡμῖν, δέσποτα, πρὸς ὕπνον ἀπιοῦσιν*, cf. Horologii ed. Rom. a. 1876, pp. 123 sq., sed textus codicis discrepat ab ed.); lacuna post f. 246 (v. infra) deperdita sunt vv. *Ὅτι κραταίωμα — ἐλέησόν με, κύριε* in ps. 30, verss. 4–10. [9] (ff. 264-275^v) *Ακολουθία τους*· (sic!)· *ζ' ψαλμους τῆς μετανοίας* seu officium quoddam paenitentiale, *τὸν λατινισμὸν* nimirum redolens. [10] (ff. 284-291^v) acoluthia in s. Philaretum Calabrum (8 apr.), inc. *Φυγαδεύων ἐμάκρυνας, ψαλμικῶς ὥσπερ γέγραπται*, abrump. in canonis oda sexta verbis *ἀποπαύειν ἀρρωστήματα* (canon ipse inc. *Φαεινοτάταις ἀστραπαῖς*, eius est acrostichis *Φιλάρετον ᾄδω φίλον Χριστοῦ*, in theotociis vero *Νικοδήμου* [f. 286 conr. in — *ῳ* al. manus, sed perperam]).

Codicem, saec. XV labente vel XVI ineunte descriptum, sed nimio usu brevi tempore pessime habitum et lacunis laborantem, varii variis temporibus subpleverunt vel conpleverunt, quos inter ⟨Iohannes a s. Maura⟩ praecipue laudandus (ff. 3-22. 30-43. 284-291, et cf. cod. 1537, f. 8^v). Aliae manus duae, Iohannis forsitan paullo antiquiores, chartas 52 et 209-212 subfecerunt, recentior autem folia non pauca cum primigenii codicis tum partis a Iohanne renovatae deperdita restituit (ff. 1-2. 23-28. 131. 139-142. 148. 155-156. 169-170. 201-208), alia non nulla proprio marte inseruit (ff. 65-66 et 183-186). Ff. 44-51 manus praecedentis coaequalis iniecit. E notis numeralibus *β'... τκδ'* chartis nunc 53-275 antiquitus adpictis folia tria adparet desiderari, nempe *ρλϛ'* (post f. 215), *ρξη'* (post f. 246), *τκγ'* (post f. 274), folia autem *ρπϛ'-τια'*, quae inter 263 et 264 desunt, pleraque servantur (*τζ'-τια'* dum taxat deficientibus) in cod. 1537 (= ff. 107-228). F. I^v, m. ⟨L. Allatii⟩, *1552* (alia m. conr. in — *36*) / *Horologiu(m), et multa alia / ad res ecclesiasticas Gre/coru(m) p(er)tinentia.* Ff. 29. 44-49. 126-130. 163-169^r. 186^v-190. 276-283 scriptione omnino carent. Chartar. 219-220 invertitur ordo, 230 post 222 reponenda est. Tituli, rubricae (quae dicuntur) rubro colore delineata, ornamenta, litterae maioris moduli vel rubro vel (in parte antiquiore) rubro nigroque. Foliorum sectio caeruleo pigmento tincta. Quae fasciculorum ratio fuerit dispicere haud licet, folia enim singula nova sunt lege conglutinata; paginae fere omnes vel flavescente charta vel serico velo (chartae 263-275) propter acorem atramenti laedentem contectae. Liber lectu interdum difficillimum.

Integumentum simplici membrana coopertum exhibet in dorso tesseras gentilicias Leonis XIII P. M. et Io. Ba. Pitra, card. bybl. (1869-1889).

1537. Saec. XVI in. (ff. 107-228) et a. 1573 (ff. 1-106, v. f. 8^v), chartac., mm. 123 × 90, ff. 228, linn. 11-14.

Varia liturgica ad Horologium italo-graecum praecipue spectantia, hoc ordine: [1] (ff. 1-8) *μεγαλυναρια* ⟨25⟩ *τῆς ὑπεραγίας θεοτοκου* (et conplurium sanctorum: Iohannis Baptistae, Blasii, Panteleemonis, Ioh. The-

ristae etc.)· *ψαλλόμενα εἰς τὴν λειτουργίαν μετὰ τὸ ἐξαιρέτως κτλ.* (cf. *Ωρολογιον... κατα την εκπαλαι ταξιν... του της Κρυπτοφερρης μοναστηριου*, Romae 1677, pp. 634–638, sed non omnia ibi reperiuntur); [2] (ff. 9–24v) officium matutini Paschatis, abrump. in vv. *ἀπολοῦνται οἱ ἁμαρτωλοί* (cf. ib., pp. 575–583, lin. 13 a. i.); [3] (ff. 25-28) officium horarum hebdomadae Paschalis (cf. ib., pp. 584, lin. 13 a. i. — 585, lin. 10 a. i.); [4] (ff. 37-64v) *τὰ ἀπολυτίκια καὶ κοντάκια, τοῦ τριωδίου, καὶ ἐξοπασχίου· ἀρχόμενα ἀπὸ τῆς κυριακῆς τοῦ τελώνου καὶ τοῦ φαρισσαίου· μέχρι τῶν ἁγίων πάντων* (*Ωρολογιον το μεγα*, ed. Rom. 1876, pp. 219–233; ff. 54–55v + 58 iteratur *ἡ τάξις* horarum hebdomadae Renovationis); [5] (ff. 65–74v) *ἀπολυτίκια ἀναστάσιμα. τῶν ὀκτὼ ἤχων· σὺν τοῖς θεοτοκίοις καὶ ταῖς ὑπακοαῖς αὐτῶν*, abrump. in vv. *δέξαι τὴν τεκοῦσάν σε* ex tropario *Ὁ δι' ἡμᾶς γεννηθείς* (ib., pp. 234–236, vel in Horol. Crypten. laud., pp. 17–25, lin. 7 a. i.); [6] (ff. 28v et 75-98) officium SS. Corporis D. N. Iesu Christi, eadem fere ratione atque in cod. 1529 (hoc animum adverte, propter casum folior. non nullorum *στιχηρὰ* vespere canenda desiderari usque ad vv. *τοῦ θεοῦ ἡμῶν ἄρ⟨τον⟩*, cf. cod. 1529, ff. 1-2 lin. 6 a. i.); [7] (f. 107) orationis *Καὶ δὸς ἡμῖν, δέσποτα, πρὸς ὕπνον ἀπιοῦσιν* conclusio inde a vv. *ἑωθηνὰς λειτουργίας σου· παννύχιον ἡμῖν* (cf. *Ωρολογιον*, ed. Rom. laud., p. 124, 9; quae desunt reperies in ff. 262v-263v codicis 1536, v. infra); [8] (ff. 107v-224v) menologium totius anni, in quo al. manus qui diebus sollemnioribus ad matutinum psalmi essent recitandi monuit (cf. *Ωρολογιον*, ed. Rom. laud., pp. [127]-218 et Horol. Crypten. 245 sqq.; f. 132 post f. 136 reponendum est); [9] (ff. 224v-228) *τὰ ἐξαποστειλάρι⟨α⟩ τῆς εὐδομαδα* (ut in Horol. Crypten. supra laud., pp. 71, 12-73, 14); [10] (f. 228-228v) oratio super paenitentes, inc. *Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν ὁ τῷ Πέτρῳ*, abrump. in vv. *ἀφιέναι αμαρτίας* (*Ευχολογιον το μεγα*, ed. Rom. 1873, p. 207, lin. 15).

Distinguitur in partes duas, quarum altera, chartas 107–228 conplectens (antiquitus numm. *ρπς'–τς'* instructas), unum librum cum parte antiquiore codicis 1536 (cuius enarrationem vide) efficiebat, priorem autem, foliis 1–106 constantem, Iohannes a s. Maura subfecit, teste subscriptione f. 8v *'Ετελεωθη ἡ παροῦσα / δέλτος· διὰ χειρὸς / ἐμοῦ 'Ιωάννου 'Αγιω/μαύρα· ἐκ πόλεως Λευ/κοσίας τῆς ποτὲ εὐδαί/μωνος νήσου Κύπρου· / διὰ συνδρομῆς πόθου τε / καὶ ἐξόδου, τοῦ εὐλαβε/στάτου ἐν ἱερομονάχοις, / κυρίου Θωμᾶ Καρλεβάρε· / ἐκ χώρας Συνοπόλεως* (litt. *ως* ex conrect.)· / *τῆς Καλαβρίας· προσμονα/ρίου καὶ πρωεστοῦ τῆς ἁγίας / μονῆς τοῦ ὁσίου π(ατ)ρ(ὸ)ς ἡμῶν / Φιλαρέτου τῆς Καλαβρίας, ἐπαρχίας / Σεμηναρίου πόλεως· αφογ'* (1573) /... *ἀπριλλ(ίου)*... (cetera, margine incaute resecto, deciderunt; cf. Vogel–Gardthausen, p. 193). Fasciculi quot qualesque initio exstiterint, minime dignoscere licet, singulis chartis, usu multo iam dissolutis, nova lege conpactis. Rubricae quae nuncupantur, litterae maioris ac maximi moduli, inscriptiones inscriptionibusque inpo-

siti ornatus in parte a Iohanne subfecta plerumque rubra, in codice primigenio vel nigra vel nigra atque rubra. Ff. 29-36. 98v-106 pura. Chartar. acies caeruleo colore tincta.

Librum hunc (una cum super.) memorat P. Batiffol, *L'abbaye de Rossano*, p. 44 n. 1; qui tamen oppido fallitur, cum Iohannem a S. Maura « peu avant 1585 » Seminarae fuisse adseverat.

Opercula simplici membrana vestita; in dorso scuta Leonis XIII P. M. et Io. Ba. Pitra, card. bybl. (1869-1889).

1538 (olim 1554). Saec. XV ex. (ff. 1-6 saec. XVI), chartac., mm. 138 × 104, ff. VI. 287, linn. plerumque 15.

Exhorcismi, formulae magicae, preces variae ex Euchologio depromptae etc. [1] (ff. 1-3) ⟨exhorcismus in vermem pecudum⟩, inc. *Εἰs τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸs κτλ. σφαγίζομεν τὸν σκόλυκα* (ed. F. Pradel, *Griechische u. süditalienische Gebete, Beschwörungen* etc., in *Religionsgeschichtliche Versuche und Vorarbeiten hsgg. v. A. Dieterich u. R. Wünsch*, III, 3, Giessen 1907, pp. 264, 27-266, 6). In marg. int. folii 1 notatur Calabro sermone *περ λου μαλι διλου βερμου.* [2] (ff. 3-6) oratio s. **Tryphonis** *, inc. *Ἐν ονόματι του πατροs κτλ. κατήλθον ἐκ τοῦ οὐρανου* (Pradel 263, 15-264, 26; cf. A. I. Almazov, *Къ исторіи молитвъ на разные случаи* in *Лѣтопись Истор.-Филол. Общ. при Имп. Новоросс. Унив.* VI [*Византъ. отдѣлъ.* III], Odessi 1896, pp. 426-429). Summo f. 3 leges + *περ λι καμπι.* [3] (ff. 7-10) oratio s. **Gregorii Thaumaturgi** * sive angelorum revelatio (titulo subicitur alia m. *περ andari sicuro et libero*), inc. *Κύριε ὁ θεόs ἡμῶν, ἀπὸκάλυψόν μοι· ἄγγελικὴν βοήθειαν*, des. *περιφυλάξαται, τὸν οἶκον τοῦ δούλου τοῦ θεοῦ: καὶ αδελφοῦ Ἰὰκῶβου* (in marg. *ὁ ω*, *ὁ δεῖνα* scil.; cf. Pradel 271, 13 not.)... *ἀλλὰ δῶρησαι αὐτοῖs· κύριε τὸ παρα σοῦ πλοῦσιον ἔλεοs· ὅτι πρέπει σοὶ πάσα δόξα κτλ.* (aliae recenss., valde tamen discrepantes, apud Legrand, *Bibliothèque grecque vulgaire*, II, pp. XX-XXII; Almàzov, *Апокрифическія молитвы, заклинанія и заговоры* in *Лѣтопись* laud., IX [*Византъ.-слав. отдѣлъ.* VI], Odessi 1901, pp. [303]-305, et cfr. ib. pp. 254-257; A. Delatte, Anecdota Atheniensia, I, Liège-Paris 1927, pp. 10 sq.; cfr. quoque R. Reitzenstein, *Poimandres*, pp. 18 n. 8, 30 n. 1, 296 sq.). [4] (ff. 10-12) exhorcismus in morbos oculorum et albumen (in marg. *per lu duluri di l ochi*), inc. *Ο κύριοs ἡμῶν Ιησοὺs Χριστόs· ἀπέστειλεν τοῦs ἑ·ζ·πτὰ παίδαs* (ed. e nostro cod. Almazov, *Врачевальныя молитвы* in *Лѣтопись* laud., VIII [*Византъ.-слав. отдѣлъ.* V], pp. 481 sq.). [5] (ff. 12-14v) oratio super domum a malignis spiritibus inpetitam (in marg. *scongiurationj*), inc. *Κύριε ὁ θεόs· τῆs σωτηριαs ἡμῶν ὁ υἱόs τοῦ θεού* (ed. Goar, *Ευχολογιον* sive rituale Graecorum etc., Lutetiae Parisiorum 1647, pp. 716 sq.). [6] (f. 14v) ⟨remedium

pro obsessis⟩ Calabrorum sermone perscriptum, inc. *Κουΐστου έστη λοῦ φουμέντου· κὴ σὴ δέβη· ἀφουμηκάρι· λοῦ σπυριτάτου*, des. *ἀββύβηρι· πὲρ φὴν· καὶ ἐσάνου* (quattuor ultimae lineae cancellis deletae). In marg. inf. additur *ανββήβυρι· ὴν πούλβιρι· ἐ κοῦ βήνου*, summo folio *κονίστη σοῦ λη: ιβ̅· παρόλη δηλὰ βυριτὰτη*, quae tamen verba insequentem exhorcismum respicere videntur. [7] (ff. 15–18^{v}) exhorcismus in spiritus inpuros, ut praec., inc. *Καὶ· ούνου σούλου δήου καὶ ρέννια*, des. *σκὴάττα φαραούνη· κοῦ ττοὺττη σῶη· κοῦμπανιούνη.* [8] (ff. 18^{v}–20^{v}) ⟨oratio pro infirmis ad ss. Deiparam⟩, inc. *Παρθένε δέσποινα θεοτόκε Μαρία· ἡ τὸν θεον λόγον* (ed. A. Dmitrievskij, *Описаніе литургическихъ рукописей* etc., II, *Εὐχολόγια*, Kiev 1901, pp. 211 sq.; laudavit Almazov, op. cit., 373–375); cf. quoque num. 63. [9] (f. 21) ⟨s. **Basilii** * exhorcismus in obsessos et in omnem infirmitatem⟩, inc. mut. *ἄβατον δὲ γῆν· εἰς ἄνυδρὸν* (Goar 731, 19 a. i. — 11 a. i). [10] (ff. 21^{v}–22) ⟨s. **Iohannis Chrysostomi** *⟩ exhorcismus id. id., *ευχη ἄλλη* cod. (in marg. sup. *per li spiritati*), inc. *Ὁ θεός ὁ αἰώνιος· ὁ λυτρωσάμενος* (ib. 733). Iteratur ff. 22^{v}–23. [11] (ff. 23^{v}–24) alius exhorcismus in obsessos (*per li spiriti*), inc. *Ὁ τὸν τυραννήσαντα διάβολον* (Goar 737 et cf. Pradel 260, 29–261, 5), eadem, ut vid., ratione atque in cod. Matriten. infra laudando. [12] (ff. 24^{v}–25) alia oratio in eosdem, inc. *Ἐπάκουσον ἡμῶν ὁ θεός ἡμῶν· ὅτι ψῦχὴ ἐν στέναγμοῖς* (ed. Iriarte Regiae Bibl. Matriten. codd. graeci mss. I, p. 422, e cod. Matrit. CV, f. 69^{v}). [13] (ff. 25–30^{v}) s. **Iohannis Chrysostomi** * exhorcismus id. id., inc. *Τὴν θείαν· καὶ ἁγίαν καὶ μεγάλην* (cfr. Goar 734–736; Almazov in *Лѣтопись* cit., IX [*Визант.-слав. отдѣл.* VI], 43–45; Iriarte, loc. cit.; A. Strittmatter, *Ein griechisches Exorzismusbüchlein* etc., Orientalia christiana XX, 3 [1930], p. 176). [14] (ff. 30^{v}–31) alius exhorcismus id. id. (*per li spiriti*), inc. *Ἔφιδε κύριε ὁ θεός ἡμῶν· ἐπὶ τὸ πλάσμα* (ed. Iriarte, loc. cit.). [15] (ff. 31–32) alia oratio eiusdem generis, inc. *Μνήσθητι τῶν οἰκτιρμῶν σου· δέσποτα*, des. *καὶ ἐν αυτῷ· δοξασθεῖ· τὸ ὄνομα· τοῦ· Χριστού σοῦ κτλ.* [16] (ff. 32–33) exhorcismus super eos qui a spiritibus malignis vexantur, inc. *Κύριε οἰκτίρμων· καὶ ἐλεήμῶν· μακρόθυμε ... ισχὺς καὶ δύναμις· τῶν φοβουμένων σε*, des. *ἐναρίθμιον ποίησον τῷ λαῷ σοῦ· ὅπως σὺν ἡμῖν· δόξαν κτλ.* (ed. A. Strittmatter, *Ein griechisches Exorzismusbüchlein* etc., II, Orientalia christiana XXVI, 2 [1932], p. 128). [17] (ff. 33–37^{v}) s. **Gregorii Thaumaturgi** * oratio super vexatos ab inmundis spiritibus (f. 33^{v} *per li ligati di maia* [intell. *malía*]), inc. *Ἐπικαλούμεθά σε τὸν θεόν· τον παντοκράτορα· καὶ βασιλέα*, des. *Ἐμμανοῦὴλ μεθ ημῶν ὁ θεός*, i. e. fere omnino ut in Matriten. supra laud. (Iriarte, loc. cit.); cf. infra nr. 30. [18] (ff. 37^{v}–49^{v}) eiusdem * alia deprecatio super eosdem, inc. *Ἐξορκίζω ὑμᾶς· τὰ πνεύματὰ τὰ ακάθαρτα*, des. *διὰ τῆς ἀναγεννήσεως τοῦ ὕδατος· καὶ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου κτλ.*

(fere omnino consentit, si conclus. excipias, cum alia similis initii quae sub num. 20 recensetur). [19] (ff. 49v–55) precatio s. **Zachariae** * contra spiritus inpuros, inc. *Οἱ τριακόσιοι ἄγγελοι οἱ κυνοῦντες τὸν δρόμον τῆς ἀστραπῆς*, des. *ὑγιαν καὶ σωτηρίαν· δῶται τοῦ δούλου τοῦ θεοὺ· ω νὺν κτλ.* [20] (ff. 55–64v) alia precatio super eosdem *(per li spiritati)*, inc. *Ἐφ ὑμᾶς τὰ πνεύματα τὰ ἀκάθαρτα*, des. *τοῦς πιστεύοντας, βὰπτίσαι αὐτοῦς· εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς κτλ.* (ed. Strittmatter, op. cit., pp. 129-137; aliae recenss. apud Almazov in *Лѣтопись* laud. IX [VI], 46–49 et Delatte, op. cit., 238–242; cf. quoque Iriarte, loc. laud.). [21] (ff. 64v–65) oratio super infirmum, *ποίἡμα· Ιωαννου τοῦ Χρυσοστόμου* cod. *(per li malati* et, alia, ut vid., manu, *per la malata)*, inc. *Πάτερ ἅγιε· ἰάτρὲ ψυχών τε· καὶ σωμάτων* (cf. Goar 727 sq.; Almazov in *Лѣтопись* cit., VIII [V], 466; Dmitrievskij 201 sq.; *Ωρολογιον... κατα την... ταξιν... του της Κρυπτοφερρης μοναστηριου*, Romae 1677, p. 643; fere omnino ut infra, sub num. 65). [22] (f. 65–65v) ⟨ex officio s. Olei⟩ oratio *Ἀγαθὲ καὶ φιλάνθρωπέ· εὔσπλάγχνε, καὶ πολυἔλεε*, fere ut ap. Dmitrievskij 197, i. e. multo brevior quam ap. Goar 421; cfr. et cod. Vat. gr. 1213, f. 93v. [23] (ff. 65v–66) oratio pro infirmis, inc. *Βάσιλεὺ θεραπεύτὰ· κὰμνόντων*, des. *οὕτως καὶ τοὺτῶ ὑγίαν δώρησαι κτλ.* (fere ut apud Dmitrievskij 198; cf. Almazov, ibid. 373 et 374). [24] (ff. 66–66v) alia oratio super infirmos, *εὐχῆ ἑτέρα: τοῦ αὐτοῦ* (i. e. **Chrysostomi** *) cod., inc. *Κύριε ὁ θεός ἡμῶν· ὁ τα χρόνιὰ πάθη* (Goar 690, cf. Almazov, ibid. 487). [25] (f. 67–67v) alia id. id., inc. *Κυριε παντοκράτωρ ἅγιε βασἶλεὺ· ὁ παιδεύων καὶ μη θὰνατῶν*, fere ut apud Dmitrievskij, *Богослуженіе въ русской церкви въ XVI вѣкѣ*, I, Kazan' 1884, p. 127 (cfr. eiusdem *Εὐχολόγια* laud., pp. 107, 210, 256 et 710 nec non Goar 420). [26] (f. 68–68v) alia id. id., inc. *Ἔτι δεὄμεθά σου κύριε ὁ δυνατὸς καὶ ἐλεήμων· ὁ πάντων ἐξουσιάστής* (Dmitrievskij, 244 linn. 1–7). [27] (ff. 68v–69) alia id. id., inc. *Κύριε ὁ θεος ἡμῶν· ὁ ῥυσάμενος· τοῦς τρεῖς παίδας* (Dmitrievskij, 210 n. 6, et cf. Almazov, ibid., p. 373 lin. 3 a. i.; fere ut in cod. Barb. gr. 443, ff. 84v–85). [28] (ff. 69–70) alia id. id., inc. *Δέσποτα πάντοκράτωρ· σωτήρ· ἀπάντων· ιάτρέ ψυχῶν* (Dmitrievskij 197 sq. et Almazov, ibid., 468 sq.; cf. etiam Vat. gr. 1571, f. 40). [29] (ff. 70–71) alia id. id. **Chrysostomo** * adscripta, *τοῦ αὐτοῦ* cod., inc. *Ὁ θεός τῶν πνευμάτων καὶ πάσης· σαρκὸς· ὁ κύριος τῶν κυριεὐόντων* (Dmitrievskij 210). Orae summae f. 70v inscribitur *ζητει ἡ εὐχη τῆς:* $\overline{\theta}$ (*Θεοτόκου* scil.): *όπισθεν· εις τὸν ἀφορκησμων· τοῦ Βασιλίου· ἐπι ἀρόστου* (cf. nr. 8). [30] (ff. 71–76v) oratio s. **Gregorii Thaumaturgi** *, *τοῦ θαυμὰτουργοῦ καὶ πνεὐματοδιῶκτοῦ* cod. (in marg. *per li spiriti*, in ora vero summa notatur ab al. manu + *Recede* [c conr. ex *t*] *demon quia Eloym te precipiunt*), inc. *Ἐπικαλοῦμεθά σε τὸν θεὸν καὶ πατέρα τοῦ κυριου*

ἡμῶν, des. ὅτι μεθ ἡμων θεός: Αὐτῷ ἡ δόξα κτλ., fere ut supra, sub num. 17 (ed. Strittmatter, Orientalia christiana laud., XXVI, 2, 141–143, et cf. Schermann, *Die griechischen Kyprianosgebete*, Oriens christianus III [1903], p. 308; subiciuntur (ff. 77–84) psalmi 90, 67, 19 et 120. [31] (ff. 85–87v) exhorcismus **Salomonis** * contra diabolos (*scongiurationi*), Ἐξορκισμὸς Σολομώνος ὅν ἔδωκεν αὐτῷ ὁ θεός· ὑποτάξαι τὰ ἀκάθαρτα πνεύματα κτλ. cod., inc. Ὁρκίζω υμᾶς πάν⟨τα⟩ τὰ ἀκάθαρτα πνεύματα· ἢ βασκανία· ἢ φαρμακίαν, des. καὶ τοῦ ἁγίοῦ· Ἀρτεμίου· καὶ πάντων των ἁγίων: ἀμήν, edit. (A. Vassiliev, Anecdota graeco-byzantina, Mosquae 1893, pp. 332 sq.; cf. quoque Iriarte I 423) in fine brevior. [32] (ff. 87v–92v. 215. 93–94) narratio de ss. Sisinnio et Sisynidoro et de lamia Gyllone, βίος· καὶ πολιτία τῶν ἁγιων τοῦ Χριστοὺ Σὴσσινίοῦ· καὶ Συσιννοδώρου· των: εξαδέλφων (!)· της ἐν Μελετίνης cod., inc. Ἐπὶ τῆς· ὑπατίας· Λαυρεντίου τοῦ βασιλέος· ἦν τὶς γυνὴ (ed. L. Allatius, De templis Graecorum recentioribus etc., Coloniae Agrippinae 1645, pp. 133–135 [cf. Pradel 342 sq. nec non Schermann, art. laud., 308]; Allatium tamen fugit codicem nostrum vel eius ἀπόγραφον a Carolo Avantio [quo de cf. Mazzuchelli, *Gli scrittori d'Italia* I. 2, p. 1224] sibi indicatum post illa ἡ πέτρα, καὶ διερράγη [ed. laud., p. 134 lin. 3 a. i.] verbis carere ἵνα μὴ εἴπης τὰ: ιβ': σου ὀνόματα — φυλακτήριον τοῦτο, in exempli folio 215 e sua sede antiquitus deturbato contenta). [33] (ff. 94v–98v. 216. 99–113) oratio s. **Cypriani** *, Ἐξορκισμὸς· καὶ εὐχὴ τοῦ ἁγίου: ἱερομάρτυρὸς: Κυπριάνοῦ (ι corr. sup. lin. ex υ): περι λύσεως παντὸς ἐνᾶντίον (*per li amagati*), inc. Τη πρώτη ἡμέρα τη λεγομένη κυριακὴ. ἣν ἐποίησεν ὁ θεός, des. τὸν ἔχοντα τὴν προσευχὴν ταύτὴν· ὅτι συ εἶ ὁ θεος ημῶν κτλ., praefixis verbis Εἶς το ὄνομα τοῦ τοῦ (sic) πατρός κτλ., psalmo 67 usque ad vv. καὶ κριτοῦ τῶν χηρῶν et aliis paucis (aliae recenss., valde tamen discrepantes, edd. Almazov in *Лѣтописъ* cit. VIII [V], pp. 497–511, Schermann 311–323; cf. quoque nr. 36). Summo fol. 113 ζήτει ἑτέρα εὐχὴ ἔμπροσθεν εἰς φίλα γ' (i. e. f. 116), manu seriori. [34] (ff. 113–114v) exhorcismus contra metum cordis (in marg. *per quelli che hanno lu cori spauentato*), inc. Ὁρκίζω σε καρδία· κὰτᾶ τοῦ λοῦτρὸν· καὶ τοῦ βᾶπτίσματος τοῦ Χριστού, des. εἰς τημὴν· τῆς ἐνδόξου· θεοτόκου· καὶ ἀεὶπαρθένου· Μαρίας: καὶ πάντων των ἁγίον Ἀμὴν (cf. A. Delatte, Anecdota Atheniensia laud. 112 sq.). [35] (ff. 114v–115) exhorcismus Calabrorum dialecto in morbum oculorum, εἰς τὴν σὴκαμηνέα (i. e. συγκαμινίαν): οπου γήνετε· ἧς το σόμα· των ἀνθρωπων καὶ εἰς τα μέλη αὐτοῦ cod., inc. Μοῦρον· μοῦρον· μοῦρον· πὲρ πάρττη· δὴ δδήου τὴ σκογνὶοῦρου (Pradel 271, 18–272, 3). F. 115 in marg. sup. + ευχη τοῦ αγίου Κυπριάνου. [36] (ff. 116–142) oratio s. **Cypriani** * a memoria sub num. 33 laudata omnino diversa (*per ligati di qualsiuoglia mali*), inc. Ἐν ημέρα καθήσσας· ἡ δύναμις

τοῦ ἀντικειμένου (i. e. fere ut in Ambros. gr. 4, f. 208ᵛ [Martini et Bassi I 7], cuius recensionem ed. Fr. Bilabel, *Griechische, koptische u. arabische Texte zur Religion* etc. [*Veröffentlichungen aus den badischen Papyrus-Sammlungen*, Heft 5], Heidelberg 1934, pp. 233–247, sed infra plura differunt), des. αἰνοῦμεν· εὐλογοῦμεν· πρὸσκυνοῦμεν· καὶ δεὸμεθα· πάντοτε νῦν κτλ. [37] (f. 143–143ᵛ) oratio ad caulam benedicendam (*per li mandri*), inc. Δέσποτα κύριε ὁ θεός ἡμῶν· ὁ παντοκράτωρ, des. ἐπιχορήγησον· διά τοῦ μονὸγενοὺς σου υιοῦ κτλ., ab ed. (Goar 743) diversa. [38] (ff. 143ᵛ–144ᵛ) alia id. id. (*per li mandri*), inc. Δέσποτα κύριε ὁ θεός ὁ παντοκράτωρ· ὁ ἀλληθινὸς ἀμνὸς, des. ἀδιάλείπτως· πρὸσφέρὸντὰ σοι· χάριτι κτλ. (fere omnino ut ap. Almazov in *Лѣтописъ* etc., IX [VI], 290 n. 161, et cfr. Goar 743). [39] (f. 145) ⟨oratio dicenda conposito inimicitiarum dissidio⟩, inc. mut. ἀγἄπην· σβέσον πᾶσαν. ἔχθραν (folio uno deperdito ante 145), ab ed. (Goar 897) discrepans (oratio haec et subsequens ab aliis manibus iniectae sunt). [40] (f. 145–145ᵛ) exhorcismus in morbum capitis, inc. Ημίκρανὸν· ἐξήρχετο· ἀπὸ θαλασσης, def. mut. in vv. εἰ δε καὶ παρα⟨κούσατε⟩ (Pradel 267, 22-268, 5). [41] (ff. 146–153ᵛ) officium super paenitentes, ab ed. (Goar 679 sq.) diversum atque orationes quinque exhibens, nempe *a*) ⟨Manassis *⟩, inc. Κύριε παντοκράτωρ ὁ θεός τών πατέρων ἡμῶν· τοῦ Ἀβραάμ (Ωρολογιον το μεγα, ed. Rom., p. 117), *β*) Ο θεός ὁ σωτήρ ἡμῶν ὁ δια τοῦ πρόφήτοῦ σου Νάθαν..., ποίημα τοῦ ἀγίου ἀποστόλου Ιάκωβου cod. (Goar 673), *γ*) Κύριε ὁ θεος ἡμῶν· ὁ τῷ Πέτρῳ (Goar 674), *δ*) Κύριε ὁ θεός τῆς σωτηρίας (Dmitrievskij 643; oratio eiusdem initii ap. Goar 677 multo est amplior), *ε*) Κύριε Ἰησου Χριστέ υἱὲ τοῦ θεοῦ τοῦ ζωντος (Goar 673 sq.). [42] (f. 154–154ᵛ) oratio pro anima iudicanda (*per quelli che morino*), inc. Δέσποτα κύριε ὁ θεός ὁ παντοκράτωρ· ὁ παντα ἄνθρωπον θέλων σωθῆναι (Goar 741). [43] (ff. 154ᵛ-156) oratio s. Eustratii, ετερα εὐχη in marg., inc. Μεγαλύνων μεγαλύνῶ σε κύριε (Ωρολογιον το μεγα laud. 25 sq.). [44] (f. 156–156ᵛ) oratio pro stauropegio, ποίημα: Ιωαννου Χρυσοστομου cod. (*per fari una cruci*), inc. Κύριε ὁ θεὸς ὁ παντοκράτωρ· ὁ προτὺπώσας (Goar 610). [45] (ff. 156ᵛ–157ᵛ) oratio pro fundamentis ecclesiae (*per incominciari una chiesa*), inc. Κυριε ὁ θεός ἡμῶν· ὁ ἀρεσθεὶς (Goar 606 sq.). [46] (f. 158) oratio in dedicatione ecclesiae (*per vinediri una chiesa*; alia manus add. *e benediri una casa*), inc. Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν· ὁ τα παντα ποιῶν καὶ πραγματεὺόμενος, des. ποιήσασθαι τραπέζης· ὅτι σὸν τὸ κράτος κτλ. [47] (f. 158ᵛ) oratio in uvae delibatione (*per benedire la uigna*), inc. Εὐλόγησον κύριε τὸν καρπὸν τοῦτον (fere ut ap. Dmitrievskij, pp. 47 et 1021, cfr. Goar 695). [48] (ff. 159–160) ⟨oratio in supplicatione in die festo⟩, inc. Ὁ θεὸς καὶ πατήρ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ιησοὺ Χριστοὺ· ὁ ὢν εὐλογητὸς (Goar 811 sq.). [49] (f. 160–160ᵛ) oratio in ful-

minis et fulguris periculo *εις λιτὴν διὰ φόβον* cod. (*per la pagura*), inc. *Πάλιν σου κυριε τοῦ φιλανθρώπου*, edit. (Goar 805) multo brevior. [50] (ff. 160v-161v) oratio in terrae motus periculo (*per li terremoti*), in fine ab edit. (Goar 790) diversa, inc. *Ο φοβερὸς καὶ θαύμαστὸς καὶ μέγας*, des. *θεὸς τῶν μετανοοῦντων καὶ σοὶ τὴν δόξαν κτλ.* [51] (ff. 162-164v) ⟨oratio mortuo indulgentiam largiens⟩, ab edit. (Goar 684 sq.) longe discrepans, inc. mut. *τας εἰς μετάνοιαν ἀγαγεῖν βουλόμενος* casu folii unius post 161, des. *καὶ ἐκ θανάτοῦ· ζωοποιούμενος· καὶ σοι τὴν δόξαν κτλ.* [52] (ff. 164v-165v) oratio ad inpetrandam peccatorum remissionem (*oratione per domandar perdono a Dio*), inc. *Κύριε ἐν μετανοίᾳ με παραλαβε*, des. *παντος μοι προσηκόντος πράγματος.* [53] (ff. 165v-167v) s. Clementis* papae ⟨quod ieiunantibus duodecim feriis sextis Deus omnia peccata remittit⟩, inc. *Καγῶ Κλήμοις πάπα Ρῶμοις ἀνέμαθον ἐκ τοῦ ἐμου διδασκάλου Πέτροῦ* (ed. Io. Mercati, *Note di letteratura biblica e cristiana antica* [*Studi e Testi* 5], pp. 238 sq.). [54] (f. 168-168v) oratio ad palmas ⟨ipso Palmarum die⟩ distribuendas (*per li palmj*), inc. *Κύριε ὁ θεός ὁ παντοκράτωρ· ὁ διὰ τῆς κιβωτοῦ* (Goar 744). [55] (ff. 168v-169) oratio pro agnum offerentibus (*beneditione dell agnello pascale*), inc. *Κύριε ὁ θεος ἡμῶν, ὁ προσδεξάμενος· Ἀβραὰμ* (Goar 714). [56] (f. 169-169v) oratio ad caseum et ova benedicenda (*beneditioni del caso et oua*), inc. *Δέσποτα κυριε ὁ θεὸς ἡμῶν· ὁ κτίστης καὶ δημιούργός*, ab ed. (Goar 714) satis diversa. [57] (ff. 169v-170) oratio in uvae delibatione (*beneditione delli frutti*), ut supra (cf. n. 47). [58] (ff. 170-173v) officium detonsionis pueri, *Ακολοῦθήα εἰς καμπάνισμα* (add. in marg. *πεδίου*) cod.; concluditur oratione *Ἁγία τριὰς ὁ θεός ἡμῶν κτλ.* (Goar 376). [59] (ff. 173v-175) oratio ad retia benedicenda, *εἰς ἄγραν· ἠχθήον* cod. (*per li pixi*), inc. *Δέσποτα κύριε ὁ θεός ἡμῶν· ὁ διὰ τὸ πλῆθος* (Dmitrievskij 497 sq.); cf. num. 71. [60] (f. 175v) *Jesus. Ad uermis· iugulandum*, inc. *dum adproximant. super me. innocentim*, des. *non potuerunt. obstare* (cfr. Ps. XXVI, 1 + XXXV, 3). Adcedit animadversio *quista oracioni cum tri patri nostri et tri aue marie· si metti a lu collo di lu pichirillu supra li carni· o ad altra persona grandi.* [61] (f. 176-176v) Bonifacii VIII papae (?) carmen italicum in B. M. V., inc. *Staua la Virgine sutta de la cruce*, des. *contro del inimico donami vittoria* (ed. post alios G. Caetani, *Domus Caietana*, I, 1, Sancasciano Val di Pesa 1927, 61 sq.), praemissa animadv. *Santo (!) Bonifacio. papa· ottauo· fece la infra· scripta· oratione· et concesse a qui la dicera· contrito· et confesso· de tutti· li soy peccati ad pena· et colpa· et libiraracioni (!) de morti subitanea· et sta in la ecclesia· de. sto. Paulo in Roma.* Carmen hoc et superiorem exhorcismum ipsum librarium exarasse adfirmare non ausim, sed verisimile mihi videtur. Ante f. 177 resegmen

exstat chartae unius excisae, in quo leges + + γγόττουμ + γγόταμ + γγόνεραμ; quae vv. vim magicam ad secretum silentio premendum habere credebantur (cf. Pradel 284, 3-4 et 298). [62] (ff. 177-185v) epistula Abgari (BHG. 1704), ab edit. non parum discrepans, subfixis (ff. 185v-186v) oratione *Κυριε εὐλόγισον· ἁγίασον· φρούρησον· καὶ διάφίλαξον· τὸν οἴκων τοῦτον· ὅπου κῆτε εἰ ἁγία ἐπιστωλῆ ταύτι· καὶ ρίσε αὐτὸν· ἀπο παντῶς κακοῦ κτλ.* et excerptis non nullis e psalterio, des. *ἐγῶ δε ἀνέστὴν καὶ ἀνορθῶθην* (Ps. XIX, 9). [63] (ff. 186v-188v) oratio ad ss. Deiparam pro infirmis, a recens. supra laud. (cfr. nr. 8) parum discrepans; praefiguntur vv. *Ἐπι τῶ ὠνόματι τοῦ παντῶκράτωρος θεοῦ· καὶ οὖ φοβῆθῆσομε τι πῆσι μη ἄνθρωπος.* [64] (ff. 188v-193) oratio (cod. *ἐπιστολή*) pro infirmis, qua invocantur duodecim archangeli, patriarchae, apostoli, sancti viri sanctaeque feminae, inc. *Ἐπικαλοῦμεθά σε· κυριε ὁ θεός τόν δινάμεον· ἐξαπόστιλων· τοῦς· ιβ′: ἀρχιστρατίγους*, des. *βοείθοιὰ: γὲνοῖσετε· τοῦ δουλοῦ· τοῦ θεοὺ: ο: οἷς το ὤνομα τοῦ πατρος κτλ.* [65] (f. 193-193v) <oratio super infirmos>, inc. *Πάτερ ἅγιε· οἰάτρὲ ψυχόν τὲ καὶ σωμάτων*, fere omnino ut supra (sub num. 21). [66] (ff. 193v-197v) <exhorcismus ad quamlibet infirmitatem atque calamitatem pellendam>, inc. *Ἄχραντε· ἄφθαρτε· ἀμίαν: αντε* (sic)*· ἀκατασκὲβαστὲ· ἀψυλάφητε... ἐπικαλοῦμεθά σε· κύριε δέσποτα: εἰγίαν καὶ σωτηρίαν: καὶ καθὰρισμῶν πτεσμάτον· παράσχου*, des. *εἴασις ὁ θεός: Ἀχαὴλ: ἐπακοῦσον ἡμῶν: νῦν· καὶ ἀὶ κτλ.* (cf. ex. gr. quem ed. Legrand, *Bibliothèque grecque vulgaire*, II, pp. XVIII-XIX, sed codicis nostri recens., praesertim sub finem, valde discrepat). [67] (f. 198-198v) symbolum Nicaenum latine, graecis autem litteris exaratum, *λοῦ κρέδδου πῆτζοῦλοῦ* cod. Marginibus folii 198r-v apostolorum nomina eadem ratione inscribuntur. [68] (ff. 199-203v) phylacterium contra inimicos, inc. *Κύριε ὁ θεός ἡμῶν· ὁ τοὺς βασιλεῖς τῶν Ἑλλήνων· φημώσας*, des. *ποιησον τοὺς ὀφθέντας μοι μέλι καὶ γάλα· καὶ ἐμὲ του δούλου σου· φρατι Ἰάκοβον* (cf. num. 3)*· σίδηρον: ὅπως συντρίψω αὐτούς.* Subditur (ff. 203v-204v) evang. sec. Iohannem I, 1-13, abrump. in vv. *ἐκ θελήματος σαρκὸς· οὐδὲ ἐκ*, folio uno post 204 deperdito. [69] (ff. 207v-208) oratio ad piscationem, inc. *Κύριε Ἰησοῦ Χριστέ· ὁ κελεύσας· τοῦς ἁγίους σοῦ μαθητάς*, des. *τοῖς ἀνθρώποις· τοῖς ἐπικαλουμένοις· τὸ ὄνομα τοῦ πατρος κτλ.* Praecedunt (f. 205) <ps. 8>, inc. mut. *ἠλάττωσας αὐτὸν βραχύ τι*, alia charta ante 205 excisa et (ff. 205v-207) ps. 131 (*ἕτερὸν τοῦ αυτοῦ* cod.), ad quem notatur *λέγιλοῦ κήστου ψάλμου· ζ′· σούπρα ούνα καννάτα δι ακουα ἐπῶ φὰ λ ἀσπερτζι σούπρα τα δύκτει.* [70] (ff. 208v-209) alia oratio id. id., inc. *Κύριε ὁ θεός ἡμῶν· ὁ εἰπῶν τῶ· πρωπάτωρι ἡμῶν Ἀδὰμ· αὐξάνεσθαι καὶ πληθύνεσθαι* (Dmitrievskij 287). Insequitur (ff. 209-211v) evang. sec. Iohannem XXI, 1-14 (*εὐαγγέλιον: ἧς ἄγραν ἰχθυὸν* cod.), cuius in fine animadversio

Καὶ πρότα ράντισε· τὰ δείκτυά: ἔπιτα· πίεισε τὴν ἀπολυσιν. [71] (ff. 211v–212) alia oratio id. id., cancellis obducta, inc. *⟨Δ⟩έσποτα κύριε· ὁ θεός ἡμῶν· ὁ δια τδ* (conr. ex *τοῦ*) *πλῆθος*, def. in vv. *τῷ Σίμωνι Πέτρῳ· ἐπι* (Dmitrievskij 497–498, 3), cf. num. 59. [72] (f. 212v) oratio super navem cum in mare descendit (*εἶς κὰτόρκου πλοίου* cod.), inc. *Κύριε ὁ θεός ἡμῶν· ὁ διδοὺς ἐν θαλάσσῃ ὁδόν* (Dmitrievskij 413 et cf. ib. 473). [73] (ff. 213–214) oratio pro navigatione, inc. *Δέσποτα κύριε ὁ θεός ημῶν· ὁ καταξιώσας· συμπλεύσαι* (Goar 869). [74] (f. 214–214v) oratio ad navim conpingendam, inc. *Κύριε ὁ θεός ημῶν· ὁ ἐντειλάμενὸς: τω Νώε*, des. *Στεφάνου· καὶ πάντων τῶν ἁγίων σου· ὅτι πρέπει κτλ.* (cf. Dmitrievskij 767 sq. et Goar 703). [75] (ff. 217–229) oratio s. Cypriani *τοῦ Καλαμιτζιου* super infirmos atque a spiritibus vexatos (*per li malati et spiritati*), inc. *Δέσποτα κύριε· ὁ ἰάτρὸς τῶν νοσοῦντων, καὶ θεός πάσσης παρακλήσεως*, des. *εἰρήνὴν· μακροὴμέρευσιν· ὅπος· δοξασθὴ· καὶ παρ αὐτοῦ· τὸ πανάγιον· ὄνομα κτλ.* (edd. A. Vassiliev, Anecdota graeco-byzantina I, 323–327, et Almazov in *Лѣтописъ* laud., IX [VI], pp. 68–71; cf. Pradel 256 et pass., Reitzenstein, *Poimandres* 300, n. 1 et 302, Schermann 308, ac potissimum Ioh. Mercati, *Un santo della Calabria e non d'Oriente* in *Bessarione*, XXXIII [1917], pp. 190 sq. [= *Opp. minori* IV 29 sq.]). [76] (ff. 229v–235v) exhorcismi archangelorum contra spiritus inpuros atque in infirmos, inc. *Κύριε ὁ θεός ἡμῶν· τη σὴ δόξῃ· ὁ ἐξαποστεῖλας*, des. *ἐγῶ γὰρ ζῶντι θεῷ· δουλεύω· οτι αὐτῷ πρέπει· δόξα κτλ.* (ed. ex parte Pradel 272, 7–273, 18). [77] (ff. 235v–240v) alia oratio archangelorum super vexatos a spiritibus inmundis et infirmos, inc. *Ὁ θεός ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν ⟨γῆν⟩*, des. *καθάρισον· τὰ ἔργα των χειρῶν σου: οτι πρέπει σοὶ κτλ.* (ed. ex parte Pradel 273, 19–274, 32). [78] (ff. 240v–244) exhorcismus Michahelis archangeli contra spiritus qui domus infestant et super infirmos (in marg. inf. f. 240v *φυλακτύριὸν: ἧς όικὸν*), inc. *Κατερχόμενος· ὃ ἀρχηστράτιγος Μὴχαὴλ· ἀπὸ Συνά ὄρους* (Pradel 275 sq.). [79] (f. 244–245) alius exhorcismus id. id., inc. *Ὁρκίζω σε: εἰς τὸν θεὸν· τὸν ζόντα· ὃν τὰ δεμόνια φριττουσιν* (Pradel 276). [80] (ff. 245–248) oratio super quaelibet animalia, *Εὐχὴ εις πρόβατα· καὶ βόας· καὶ χυριδίον· καὶ· εἰς πάν ζόων·* (in marg. inf. additur + *ἰς ψόφὸν· πάν ζόων*)· *γραψὸν εἶς ἧς οστρὰκιον· καὶ θες ἰς τὸν πόρὸν· τῆς μανδρας· καὶ ὰς περάσουν* (*per li mandri*), inc. *Κυριε δῆξον μοι· τὸν ἄγγελὸν· τὸν βοῶν· καὶ τῶν προβάτων* (Pradel 270 sq.). Subicitur litt. rubris animadversio *καὶ λέγε τοὺς δύο ψαλμους· τούτους Ἐπακουσε σου κυριος ἐν ημε⟨ρα⟩* (Ps. XIX) (*καὶ*, add. in marg.) *Ὁ κατικὸν* (Ps. XC): *ζιτι ὄπισθεν εις φυλα: ρπ̄* (nunc ff. 77 sqq.: cf. enarrationis partem tertiam). [81] (ff. 248v–281) passio s. Marinae (BHG. 1167), fere ut in cod. Palat. gr. 4, cuius specimen ed. Usener, Acta s. Marinae et

s. Christophori, p. 47; adverte tamen daemonis cum Marina conloquium multo prolixius in cod. nostro traditum esse (ff. 267v–272) quam in Palat. laud. (f. 196) propiusque abesse a memoria in lat. interpretatione adservata, quam Mombritius publici iuris fecit (cf. Sanctuarium seu Vitae sanctorum², II, Parisiis 1910, pp. 193 sq., et cf. quoque cod. Ottob. gr. 290, ff. 16v–21v). [82] (f. 281v) ⟨de septem horis liturgicis⟩, inc. *Αὗται εἰσίν· αἱ ἑπτᾶ ὥρε· τῆς ἡμέρας· ἃς μέλι ὁ ἱερευς· εἴπειν*, des. *μετὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ.* [83] (f. 282–282v) chronologia perbrevis V. T., inc. *Ἀπὸ Ἀδὰμ· ἑως τοῦ κατακλησμοῦ· γενεαὶς ·ι̃· ἔτη ,βσξβ*, des. *Ἀπὸ Ἀδὰμ· ἕως τοῦ Χριστού· γεννήσεως· γενὲαις ξβ' ἔτη· ,εφ'* (omnino differt a chronologia eiusdem initii in Vat. gr. 488, f. 98v, cf. Codices Vatt. gr. descripti II, 303).

Ff. III-VI, avolsa ex officio quodam, ut videtur, B. M. V. litterarum formis exscripto, tabulam exhibent festorum mobilium (aa. 1573–1615), cyclum decemnovennalem (aa. 1573–1591) et alia eiusmodi libellorum initio solita inprimi. F. III circa margines ext. atque inf. currit inscriptio ***auemo uisto questi oraracioni (!) che sono risigati e che escon (?) di seruiri***, eadem manu quae titulos Calabrio sermone latinisque litteris iuxta initium multarum orationum (inde a f. 7, v. supra) adiecit.

Chartae 284–287, paullo maioris moduli, ab Angelo Mercati v. cl., Vaticano Archivo praefecto, in ipso tabulario nuper inventae nostroque codici tanquam opportuniori loco adcommodatae (nam saec. XV Calabriae in finibus exaratae sunt), exhibent (ff. 284–285) panchrestum medicamentum vulgari eloquio conscriptum, *περ γαρίρι ὄνι μαλατία* cod., inc. *Ρέτζηπε τριμηντίνα λίτραν α̅, γούμα ἔλεμι — ογγίας ς'*, des. *δάγαλο μπέβερε: α οὖν κε γαριρά*, (f. 285–285v) remedium pro haemorrhoïdis *περ λι μορρόιτι* cod., *Λάβε σχήνου: ὅ λέγεται λατινικὸς· λεντίσκο*, des. *ἀνοθεν ἐπι το παθος.*

Exempto ternione a duabus manibus paullo recentioris aevi perscripto initioque codicis adsuto (*a* 1–3. *b* 3-6), fasciculi obcurrunt 36, ab uno eodemque scriba, ni fallor (cf. infra), exarati, quaterniones omnes, si primum et novissimum dum taxat excipias, terniones, nec non vicensimum tertium, quinionem; chartis autem non nullis excisis, in fasc. 18 fol. septimum desideratur (inter 144 et 145), in 21 et 26 (ff. 162–167 et 199–205) bifolium externum, in 23 charta secunda (inter 176 et 177), in 25 septima atque octava (post 198), in 27 prima (ante 205). Fasciculi duplicem prae se ferunt enumerationem, latinam scil. et graecam, sed notae numerales haud paucae, graecae praesertim, glutinatoris cultro iacturam passae sunt. E latina subputatione, ang. inf. ext. folior. 1–4 unius cuiusque fasciculi, eiusdem, ut mihi vid , manu adpicta qui ff. 175v–176v exaravit, i. e. (v. infra) ipsius fortasse librarii (praeter litteras *a–z* signa ɔ, ꝯ etc. ut in libris typis inpressis adhibentur), perspicuum est fasc. *b* inter chartas 20–21 (primus ternio nota latina semper caruit sed forte crucula distinctus fuit) hodie desiderari, ante quem

amissum primam singulor. fasciculor. paginam ad ang. sup. ext. graecis numeris librarius, nisi fallor, instruxerat, fasciculum illum inter ff. 20 et 21 postea deperditum nota numerali α' distinguens; charta enim hodie 61 numerum ζ' praebet (praecedentes ad unum effluxerunt), unde conligitur ff. 7–20 post codicem absolutum fasciculosque graeca subputatione instructos addita esse, cui vel hoc favet sententiae, folia laudata, ut et infra notabitur, ductu ab insequentibus aliquanto discrepare. Idem librarius, ut supra monuimus (ad nr. 61), non nulla latina atque italica inseruisse videtur. Alias insuper chartas, et quidem non paucas, effluxisse suadet animadversio folio 248 inscripta (v. supra), ex qua eruitur folium psalmi 90 (Ὁ κατοικῶν ἐν βοηθείᾳ) initium exhibens nota numerali ρπ' olim distinctum esse, quod nunc num. 77 insignitur (antiquiorem per folia enumerationem, utpote mendorum non expertem, negleximus, novam typis inprimendam curavimus, sed nos primum fugerat chartas nunc 215–216, principio bifolium externum fasciculi 12 efficientes, e sua sede avolsas esse, cf. supra ad numm. 30–31). An quod ipse scriba librum nostrum cum alio conpingere avebat amborumque chartas una graeca serie distinxit, cuius hodie, oris decurtatis, vel vestigium in cassum rimareris?

Folia non nulla (cf. 14^{v}. 18^{v}–20^{v}. 211^{v}–212 ac praesertim 15–18^{v}) ab alia manu esse descripta primo obtutu videri possunt, sed re adtentius perpensa mihi persuasum habeo variis temporibus calamis atramentis unum eundemque virum, modo diligentius (ex. gr. ff. 248^{v}–281) modo perfunctorie oscitanterque, totum codicem descripsisse vel chartas ex parte vacuas serioribus additamentis inplevisse, f. 145^{r-v} dum taxat excepto, quod aliorum duorum manus absque dubio prodit. Conpendia tachygraphica, quae dicuntur, vel in partibus currentiori calamo exaratis frequenter obcurrunt (cf. ex. gr. f. 14^{v} linn. ima et 6 a. i.), sed potissimum in s. Marinae vita (cf. f. 263 lin. 5). Tituli et litterae maiores rubro colore tinguntur, in ff. 217–240 caeruleo quoque. Officinar. chartariar. insignia quae librum cursim evolventes notavimus: *a*) ff. 39. 67. 163 corona trium folior. circulo inclusa (cf. Briquet n. 4861, qui tamen differt), *b*) ff. 90 + 91 bucina resticula praedita, *c*) ff. 203 + 204 chiroteca cum flore quinque folior. desuper. F. I^{v}–II 6^{v}. 84^{v}. 115^{v}. 142^{v}. 283^{r-v}. 285^{v}–287 scriptione carent.

F. I leges *Librum hunc è Mileto Romam trans/latum à fratre Felice Centino Ord: / Minor(um) t(i)t(uli) sancti Laurentij in Pane / et Perna Cardinali de Asculo nun/cupato Ep(iscop)o Maceratensi Biblio/thecae Vaticanae dono ipse dedit.* ∾ / *1611* (ed. Batiffol, *La Vaticane depuis Paul III* in *Revue des questions historiques* XLV [1889], p. 190 n. 3; de Felice cf. G. Moroni, *Dizion. di erud. stor.-eccles.* XI, 82 sq., et Pastor, *Storia dei Papi* [ital. interpr.] XII, 243; XIII 29, 82 n. 5, 230, 622). F. VI^{v} summo *1554*, codicis nimirum antiquior nota, et paullo inferius *Orationes Varię exorcestrię*, m. ⟨L. Allatii⟩.

Librum satis longe adcurateque descripsit Almazov in *Лѣтописи* pluries memorato, IX (VI), pp. 4–6, in nota.

Integumentum viridi membrana contectum Urbani VIII P. M. et Francisci Barberini card. bybl. (1626–1633) scuta prae se fert; dorso autem, ἰδιοχρώμῳ membrana refecto, tesserae gentiliciae Pii IX P. M. et Angeli Mai card. bybl. (1853–1854) inpressae cernuntur.

1539 (olim 1490). Saec. XI (ff. 80-81 et 90-91 saec. XV), membran. (f. 185 chart.), mm. 110×78, ff. 185, linn. 28.

Tetraevangelium cum titulis et sectionibus Eusebianis. ¹ (ff. 3-51ᵛ) Mattheus, vv. τξ′ (XVI, 2-3 desideratur), ² (ff. 53-85ᵛ) Marcus, vv. σμα′ (verba ἐν τῇ βα⟨σι⟩λεῖα — ἐξῆλθατέ μοι, i. e. XIV, 25-48, a m. saec. XV subpleta), ³ (ff. 88-143ᵛ) Lucas, vv. τμβ′ (verba τῆς κοιλίας σου — ἐκ χειρὸς, i. e. I, 42-71, ab ipsa manu subfecta), ⁴ (ff. 144-184) Iohannes, vv. σλβ′ (obelis instructa est pericopa de muliere adultera, VIII, 3-11). Singulis evangeliis praefigitur (ff. 1-2ᵛ. 52ʳ⁻ᵛ. 86-87ᵛ. 143ᵛ) capitum tabula (von Soden, *Die Schriften des N. T.*, I, pp. 405-411), subnectitur vero nota editionis (von Soden 299 [59-60] + 297 [42. 43. 45]) cum stichometria (Matth. ͵βφιδ′, Marc. ͵αφϛ′, Luc. ͵βχοζ′, Ioh. ͵βσι′). F. 2ᵛ adpinguntur versiculi ἡ τετρὰς ὧδε· τῶν μαθητῶν τοῦ λόγου κτλ. (von Soden 377).

Marginibus saepius iniciuntur m. saec. XV notae liturgicae docentes, quae quoque die pericopa sit in ecclesia recitanda.

Minuto sed nitido charactere descriptus, quot qualesque initio fasciculos conplexus fuerit, dispicere haud licet, singulis foliis temporum iniuria dissolutis novaque lege conglutinatis, notis autem numeralibus incauti bybliopegi forfice ad unam absumptis. Πύλαι (sat rudi calamo delineatae), litterae maioris ac maximi moduli, capitum et sectionum Eusebianarum numeri, tituli etc. rubro colore tinguntur. Folia conplura umore conrupta, praesertim ad ang. internos, non sine damno scriptionis (cf. ex. gr. ff. 146 sqq.). Libri sectio rubra. F. 1ᵛ vacat. Ff. 184ᵛ-185 Francisci Accidae inscriptio nuncupatoria graeca ad Xystum V Pont. Max., f. 185ᵛ eiusdem interpretatio latina. Pertinuit ad Graecorum Conlegium Athanasium, teste indiculo in Archivi Bybliothecae tomo 11, f. 262: « *Euangelia quatuor Evangelistarum* ».

Codicem paucis descripserunt Gregory (*Evv.* 376) et von Soden (ε 100), non recte in Italia australi exaratis adnumerat A. Vaccari, S. I. *La Grecia nell'Italia meridionale* etc., Orientalia christiana III, 3 (1925), p. 305.

Opercula corio signato subrubri coloris vestiuntur.

1540 (olim 1494). Saec. XIV, membran., mm. 95×69, ff. I. 78 (+ 16ᵃ; I chart.), linn. 14-18.

Menologium totius anni cum apolyticiis et contaciis (cf. *Ωρολογιον το μεγα*, ed. Rom. 1876, pp. 127-218), in quo, librum cursim evolventes, hoc praesertim notatu digna invenimus: 17 octobris τ. ἀγγ. ἀναργύρων Κοσμᾶ κ. Δαμιανοῦ τῶν ἐν τῇ Ἀραβίᾳ; 28 februarii Προτεριου πατρ. Ἀλεξανδρείας; 2 martii τ. ἀγ. μρ. Κοΐντου, 4 τ. αγ. μρ. Ἡσυχιου, 16 τ. ἀγ. μρ. Πάπα, 21 τ. ἀγ. Βηρύλλου ἐπ. Κατάνης, 29 τ. ἀγγ. μρρ. Ἰωνᾶ κ. Βαραχησίου; 5 aprilis τ. ἀγ. Θεοδώρας τ. ἐν Θεσσαλονίκῃ; 10 iunii τ. ἀγ. μρ. Βενιαμίν; 13 iulii

τ. ἁγ. πρ. ἡμ. Σεραπίωνος; 16 τ. ἁγ. μρ. Πέτρου Κρήτης, 26 τ. ἁγ. μεγαλομρ. Ὡραιοζήλης.

Subduntur (ff. 66v-74v) contacia Triodii et Pentecostarii (Ωρολογιον laud. 219... 233), (f. 74-74v) ἀποληтικια (!) δεσποτικὰ· τῶν η' ἤχων ⟨σὺν ταῖς ὑπακοαῖς αὐτων⟩, initia tantum (ib. 234... 236). Aliae manus fere aequales subiunxerunt praeterea (f. 74v) contacium (re autem vera ἀπολυτίκιον) in Circumcisione Domini, ab hodie vulgato (Ωρολογιον 167) diversum, inc. ὁ θρόνῳ πυριμόρφῳ ἐν ὑψίστοις, des. δόξα τῇ οἰκονομίᾳ σου μόνε φιλάνθρωπε (cf. Νεον ανθολογιον Antonii Arcudii, pars secunda, Romae 1598, pp. σνγ'–σνδ' vel Ανθολογιον τοῦ ὅλου ἐνιαυτοῦ κτλ., Venetiis apud Ant. Pinellum, 1621, p. ρλγv), (f. 75-75v) paschalia annorum ,ςωπα' et ,ςωοη'–ςωπ' (1373 et 1370-72), (f. 76) troparium Ὅτε οἱ ἔνδοξοι μαθηταὶ κτλ. ex officio Magnae feriae V (Ωρολογιον 225); quod ultimum alius vir nescio quis eodem fol. av. iterare coepit, sed ultra prima vv. non est progressus.

Quaternionibus decem constat (ultimi septimum fol. excisum est), in media ora inf. primae singulor. paginae ab ipso forsitan librario signatis, sed notae numerales, marginibus altius resectis, fere omnes perierunt, superant enim ζ' et η' tantum. Tituli, litterae maiores et maximae, alia notabilia cinnabari delineata. Ff. 77-78r pura.

F. I summo notae *544* (?), cancellata, inferius num. recentior *1540* et *Psalterium* (deletum), deinde, m. ⟨L. Allatii⟩, *Menologiu(m) Gręcor(um)*. F. 78v calami probationes.

Integumentum membrana ἰδιοχρώμῳ contectum.

1541 (olim 1491). Saec. XII (ff. 2-160. 198-239) et XIV (rell.), membran., mm. 118×93, ff. I. 247 (I. chart.), linn. plerumque 21.

Psalterium continuatum, i. e. στιχηροῖς, hymnis, precibus conpluribus auctum, non dissimili more atque in libro quem Slavi Ѱалтырь слѣдованная indigitant. *

1 (ff. 2-148) Psalmi 1-151 in καθίσματα viginti ut fere tributi, quos pone subnectuntur (ff. 148-160v) cantica 1-10 utriusque Foederis, eadem, qua in Horologio, ratione (cf. Ωρολογιον το μεγα, ed. Rom. 1876, pp. 39-52).

* Vel apud recentiores pro vero non nunquam obtinet huiusce modi psalteria, Graecis (aiunt) prorsus ignota, librorum penuriae medendae a Slavis adornari coepta paullatim in praesentem crevisse magnitudinem (cf. L. Mirković, *Православна литургика* etc., I, Sremski Karlovci 1918, p. 142): qui viri docti secus profecto autumarent, si libros manu exaratos conpertos habuissent, quales Mosquen. 279 (Vladimir 395 sqq.), Athoi 1967 et 3965 (Lampros I 165 et 424) vel Vat. gr. 778, in quo sedulo enarrando illius errorem opinionis iam dudum explosit N. Krasnosel'tsev *Свѣдѣнія о нѣкоторыхъ литургическихъ рукописяхъ Ватиканской библіотеки* etc., Kazan' 1885, pp. 28-39. Laudatis ergo codicibus noster, aetate praestantior, adcedat, qui, forsitan itinerantis vel pauperie laborantis in usum consarcinatus, omnino necessaria ad officiola cotidiana utcumque conponenda perstringit.

Notae liturgicae (uti vocant) non una manu passim inseruntur (ff. 61. 68. 86ᵛ. 93ᵛ etc.), saepius autem XIII, ni fallor, saeculo nescio quis plagularum fastigio sententias varias adpinxit (cf. ex. gr. f. 18ᵛ 'πολλοὶ ἐχ⟨θ⟩ροὶ· ἀλλ' οὐκ ἀδικοῦσι σε', f. 22ᵛ 'ευχου τω θεῶ καὶ μὴ μεριμνας'): ad cuius exemplar vir paullo recentior crassiori harundine similes adstruxit alias plusculas (cf. ff. 50ᵛ sqq.).

2 additamenta liturgica: [1] (f. 160ᵛ) initia τῶν στιχηρῶν ἀναστασίμων nec non τῶν ἀποστίχων κατανυκτικῶν vel σταυρωσίμων vel ἀποστολικῶν etc. seu vespere seu aurora per totum hebdomadae circulum psallendorum, praefixa inscript. ἀρχὴ σὺν θεῶ τῶν ἀρχῶν τῆς ὀκτωήχου (cf. Παρακλητικη, ed. Rom. 1885, pp. 2, 4, 20, 24, 34 etc.); libri tamen antiquiori parte deperdita (v. infra), quae ad primum dum taxat ἦχον pertinent hodie supersunt. [2] (ff. 161-170) officia vesperarum sabbati secundum octo tonos (Οκτωηχος, ed. Rom. 1886, pp. [3]-5, 21-23 etc.). [3] (ff. 170-175) vesperae pro singulis hebdomadae diebus (sabbato tantum exemplo), ea concinnatae ratione, ut cum προσομοίοις ss. Angelorum, Praecursoris, Deiparae etc., in Parakleticces tono quarto plagali (uti plurimum) praescriptis, alia troparia (δοξαστικά, θεοτόκια etc.), e menaeis, quantum vidimus, deprompta, ad officia conplenda iungantur (cf. ex. gr. f. 170ʳ⁻ᵛ προσόμοια 'Κύριε σὲ τῶν ἀσωμάτων', 'Κύριε σὺ παναρμονίους', 'Κύριε σὲ τα Σεραφίμ' [Παρακλητικη 634], quibus adcedunt δοξαστικὰ 'Συγχάρητε ἡμῖν' atque 'Ὡς ταξιάρχης καὶ πρόμαχος' [Μηναια, ed. Rom., α', pp. 64 et 65]). [4] pro singulorum hebdomadae dierum officiis vespertinis atque aurorae στιχηρὰ (a menaeis, ut videtur, mutuata, quae singula expiscari supervacaneum arbitramur) et canones: [a] (ff. 175ᵛ–177ᵛ) feria secunda, in ss. Angelos canon Πάντες ἀνυμνήσωμεν, λαοί (Μηναια, β', 81 ... 87), [b] (ff. 178–180) feria tertia, in s. Iohannem Baptistam canones 'Ὡς ὄρθ⟨ρ⟩ος εὐπρεπῆς, cuius primae odae primum dum taxat troparium exhibetur (Μηναια, ε', 351) atque Τὸν ὑπὲρ πάντας ἀνθρώπους (Μηναια, ς', 531 ... 538, sed animum adverte librarii oscitantia octavam nonamque oden (ut alia σφάλματα omittam) ex hymno Τοὺς ἀπὸ νηδύος, qui eadem die primo loco adsignatur, inrepsisse), [c] (ff. 180–184) feria quarta, canones paracletici in Iesum dulcissimum et in ss. Deiparam (Παρακλητικη 732–737 et 737–741), [d] (ff. 185–188) feria quinta, in ss. Petrum et Paulum canon Πάντες ἑορτάσωμεν εὐσεβῶς (cf. J. B. Pitra, *Hymnographie de l'Eglise grecque*, pp. C sqq., ubi tamen verba saepe discrepant) nec non in s. Nicolaum canon Διηνεκῶς· τῶ θείω θρόνω (cf. Hierosol. s. Sabae 362 [Papadopulos-Kerameus II, 475] et Crypten. Δ. α. XXVII [Rocchi 328]), tropariis non nullis mulctati (hymnum in Myrensem optime leges in Vat.

gr. 1070, ff. 203-204, cum acrostichide Δέησιν οἰκτράν, Νικόλαε, προσδέχου. Ἰωσήφ; cf. quoque L. Petit, ap. E. Marin, *Saint Nicolas, Évêque de Myre*, Paris 1917, p. XIII), [e] (ff. 188-189v) feria sexta, in venerandam Crucem canon Τὸν τύπον πάλαι (Μηναια, α', 160 ... 164), [f] (ff. 190v-193v) sabbato, in s. Demetrium canon Ἱερωτάτην ἑορτὴν γηθόμενοι nec non ετερος κανων τοῦ σαββάτου, in omnes sanctos nimirum, inc. Τίμιοι μαργαρῖται (Παρακλητικη 696 ... 702). [5] (ff. 193v-194) πρόσευχῇ Ζαχαρίου τοῦ πατρὸς τοῦ Προδρόμου (quae omnino deest) · καὶ πρόσευχῇ Ἐζεκίου βασιλέως, i. e. Isai. XXXVIII, 10-20 (ed. absque inscriptione A. Dmitrievskij, *Описаніе литургическихъ рукописей* etc., II, Εὐχολόγια, Kiev 1901, p. 556; quem forsitan fugit orationem ad sacras litteras pertinere). [6] (f. 194-194v) oratio **Manassis** *, inc. Κύριε παντοκράτορ ὁ θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν· τοῦ Ἀβραὰμ κτλ. (Ὡρολογιον supra laud. 117 sq.). [7] (ff. 194v-197v) officium ⟨maioris⟩ conpletorii, usque ad illa ἐκ σοῦ σαρκωθέντος θεοῦ satis cum ed. (cf. Ὡρολογιον 105-114, lin. 14 a. i.) consentiens, quae pone troparia Φώτισον ..., Ἀντιλήπτωρ ..., Ὅτι οὐκ ἔχωμεν... (ib. 113) adferuntur nec non canon Σὺ ὁ θεὸς ὁ σωτήρ μου καὶ πλαστουργὸς (sub acrostichide Σῶσον με σῶτερ· ὡς θέλεις· κἂν μὴ θέλω, sed admodum pauca quadrant, tropariis conpluribus vel omissis vel aliunde petitis), quocum ἀκολουθία concluditur. [8] (ff. 198-227) canones ἀναστάσιμοι et ss. Deiparae secundum octo tonos dominicis diebus mane psallendi (Οκτωηχος 11-19, 29-35 etc.; singulorum hirmorum prima dumtaxat vv. indicaverat librarius, sed qui codicis partem abreptam restituit [v. infra], quae desiderabantur summis imisque foliis exscripsit). [9] (227-239v) ἐξαποστειλάρια ἀναστάσιμα 11 cum suis ἑωθινοῖς ἰδιομέλοις nec non totidem evangelicae pericopae aurorae in officiis enuntiandae (cf. Παρακλητικη 706 ... 712 et Evangeliarii edit. Romanam a. 1880 inpressam, pp. 152-156).

3 (ff. 240v-241v) de sacro baptismate, ⟨quod apud Graecos usurpata forma (Βαπτίζεται ὁ δοῦλος τοῦ θεοῦ κτλ.) Latinorum sit anteponenda⟩, inc. ⟨Φ⟩ησὶν ὁ θεολόγος Γρηγόριος εἰς τὸν λόγον τῶν Φώτων, des. ὡς εἰς τέταρτον οὐρανὸν φθάσας τάχα (omnino ut in Palat. gr. 361, ff. 150v-152v [Stevenson 213]). Adcedit (f. 241v) **Gregorii ⟨IX⟩** P. M. ad ⟨Marinum Filangieri⟩, archiep. Barensem, ⟨epistula de Graecis ab eo sibi missis, qua illorum mores in baptismate administrando tolerandos esse pronunciat⟩ (data Spoleti 13 iun. 1232), inc. Τοὺς ἀπεσταλμένους παρὰ σοῦ Γραικούς, des. μὴ παρά τινος [ἐνοχλεῖσθαι] (ut in Palat. laud., latine apud L. Auvray, *Les Registres de Grégoire IX* etc., I, Paris 1896, nº 798 [*Bibl. des Écoles françaises d'Athènes et de Rome*, 2e série, IX], quod nobiscum A. Mercati v. cl. humanissime

communicavit; cf. quoque J. Bellamy, *Baptême dans l'Église latine* etc., in *Dict. de théol. cath.* II, 269). Videtur igitur superior tractatulus hac ipsa occasione conscriptus esse tuncque temporis primum controversia de baptismatis forma inter Graecos Latinosque agitari coepta. * Ff. 240ᵛ-241ᵛ alia m., saec. XIII, exarantur.

4 (ff. 197ᵛ. 242-247ᵛ. 1ʳ⁻ᵛ) menologium totius anni (cf. ex. gr. *Ωρολογιον το μεγα,* ed. Rom. 1876, pp. [127]-218: nullum troparium in cod. adfertur, sed sanctorum nomina dum taxat), quo in, singulis foliis post 197 et 1 abscissis, dies 9 sept.-27 nov. et 13 iul.-31 aug. desiderantur. Inciuntur: [a] (ff. 243-242ᵛ) tabula ostendens qua hebdomadae die mensis incipiat, [b] (ff. 245-244ᵛ) id. id. quo die intra cyclum 19 annorum *ἡ ἀπόκρεως* et s. Pascha recurrant, [c] (ff. 245ᵛ-246) id. id. qua mensis die interlunium obcurrat, [d] (f. 246ᵛ) id. praebens concursum dierum mensis cum zodiaco, [e] (f. 247) id. *τὸν δωδεκαπλασιασμὸν* sive numeros ab 1 ad 30 duodecies multiplicatos ostendens. Marginibus nimium resectis non nulla in non nullis tabulis desiderantur.

Distinguitur in partes duas, quarum alteram, subflavo pigmento saec. XII sat nitide perscriptam atque ff. 2-160. 198-241 conplectentem, fasciculi efficiunt 27, nullam antiquiorem notam prae se ferentes, quaterniones uti plurimum (3. 17. 18. 24 septem dum taxat chartas ab initio conprehenderunt, primus et vicensimus non nisi duo folia, nunc arte conglutinata, 27 quinque tantum retinet): altera vero, annis circiter centum et quinquaginta (ni fallor) recentior, minutissimis litteris, rudiori tamen calamo fusciorique atramento exarata, fasciculis constat septem, ternionibus (5 excepto, quaternione), ac bifolio (ff. 161-192. 193-197 et fol. deperditum. 242-247. 1 et fol. deperd.), in media ima ora primae singulor. fasciculor. paginae graecis numm. instructis, quorum unus *β'* superest (cf. f. 167). Quo enim tempore libro post f. 160 lacuna laboranti subplementum insertum, huius folia menologium exhibentia (ut mihi quidem veri simillimum videtur) quo restituimus ordine ante chartam 198 obcurrebant, sed tractu temporis interiecto decerpta sunt custodiaeque in locum partim initio partim codicis in fine conlocata: hoc autem non post saec. XV ex. factum evincunt arabicae notae tunc temporis uni cuique fasciculo adpictae (in marg. inf. med. primi folii recti), chartae enim laudd., utpote e sua prima sede iam remotae, eius modi notis expertia inveniuntur (adverte insuper primo quaternione duplicem notam numeralem, anonymi oscitantia, inici, *1* nimirum [in f. 2] et *2* [in f. 3]). Chartar. subputationem plumbo scriptam, non una menda depravatam neglex imus, novam typis inprimendam procuravimus.

Litteras maiores et maximas, titulos, notabilia utraque pars minio descripta praebet, antiquior tamen (in qua rubricatores duo peritia calamique elegantia valde dispares

* Symeonem Thessalonicensem († 1429) primum hac de re Latinos *καινοτομίας* insimulantem atque fastus increpantem inducit M. Jugie, Theologia dogmatica christianorum orientalium etc., III, Parisiis 1930, pp. 82 sq.

se se exceperunt) non nunquam et auro superlita (cf. ff. 97 et 105); in eadem ornamenta duo auro et coloribus exornata, taeniola scil. (f. 76ᵛ) et *πύλη*, adtritu perquam male habita (f. 2), qua insistentes aves duae, bybliopegi cultro capite deinde mulctatae, e cantharo in medio locato bibebant. Codex, licet udori olim obnoxius, scriptionem fere ubique servat integram. Charta 240 lacera. Folior. sectio caeruleo pigmento tincta.

F. 1 superne *Psalteriu(m)*, paullo inferius *nº. 1* (qua nota liber instruebatur in Athanasiano phrontisterio), in media vero pagina *Colleg. Grȩc. Cat. Inscrip. Bibl.* (cf. Archiv. Bybl. t. 11, f. 261ᵛ «*Salterio con li troparii di S.ᵗᵒ Gio. Damasceno*»). F. 1ᵛ summo codicis num. antiquior *1491* (*9* conr. in *4*, deinde tota nota oblitterata): quo numero librum instructum post Athanasianam codicum supellectilem in Vaticanum invectam testatur et index in cod. Vat. lat. 7139 adservatus (f. 1). F. 1 imo siglum et sigillum eiusdem Conlegii Athanasiani. F. 72ᵛ in marg. ext. inscriptiunculam latinam, saec., ut vid., XV, glutinatoris forfices decurtaverunt. F. 239ᵛ imo notam possessionis prorsum evanidam, chemicis remediis resuscitatam sic explicare contigit: *τοῦτον· τω ψαλτήρη καὶ τῶ / αναστασημ(ον)* (scil. ff. 198–239) *ἑναι τοῦ μ ... τοῦ Κὲν/δουκλ(ᾶ)* (cf. infra; ms. *κὲνδου*, litteram autem *κλ* alia sequitur, ut vid., deleta) *στὴν χωραν των Τουκκον ης το / χώρηον του Πρηστέου*. Ibid., sed al. manu, nota temporis *͵ςχοη'* (1169–1170) suprascripta legitur, quam P. Batiffol, *La Vaticane depuis Paul III* in *Revue des questions historiques* XLV (1889), p. 190 n. 5, ad annum quo codex est perfectus de more oscitans rettulit (ceteroquin quis unquam graecum codicem vidit huiusce modi ieiuna temporis nota instructum, quali hodie libri typis inpressi in fronte signantur?). Ff. 240 et 241ᵛ imagunculae duae adhaerescebant, quae, tabulis aeneis inpressae (altera, mm. 77×55, B. Mariam Virginem renuntiatam, altera, mm. 55×50, cum infante Iesu exprimit), ad saec. XV ex., iudice quidem L. Donati conlega nostro, referendae sunt Italique scalptoris caelum prodeunt (utramque initio codicis adglutinandam curavimus). F. 240 aliam inscriptionem exhibebat, sed adcuratissime abrasam ne venenorum quidem adminiculo eliquare valuimus. F. 241 recentior scriptura notas duas emortuales tegit, quas glutinatoris forfices non nihil decurtaverunt + *εκοιμι[θη] ὁ εν μακαρι[ᾳ] τι [λήξει (?)] / ὁ Μουραπ(ι)τ(ος) ὁ τοῦ Κενδουκλᾶ· μινι... / ζ^{ϛ} ἡμέ(ρᾳ) δ' ωρ(ᾳ) γ'· ετι ͵ςχϟδ'* (1185-1186) *ινδ(ικτιῶνος) δ'* atque inferius + *ἐκοιμιθ(η) Ιω(άννης) ὁ αδε(λφὸς) Ανδρ(έου) Κε(ν)δου(κλᾶ) μη(νὶ) σε[πτεμβρίῳ] ἡμε[ρᾳ .....]*.

De libro pauca perstrinxit A. Rahlfs, *Verzeichnis d. griech. Hss. des A. T.*, p. 263, psalmorum variantes lectiones conlegit ⟨Io. Helias Baldi⟩ in Vat. gr. 2276, t. 7, ff. 1746-1755, ubi tamen codex saec. XIII perperam tribuitur.

Integumentum simplici membrana vestitum exhibet in dorso tesseras gentilicias Pii IX P. M. et Io. Ba. Pitra card. bybl. (1869–1889).

1542 (olim 1492). Saec. X, membran., mm. 120×95, ff. II. 132 (I–II. 131-132 chart.), linn. plerumque 23.

Psalterium in *καθίσματα* 20 de more partitum, inc. mut. *καὶ τοῦ στεναγμοῦ τῶν πενήτων* (Ps. XI, 6), abrump. in vv. *τῇ δικαιοσύνῃ σου ἀγαλλιάσονται* (Ps. CXLIV, 7); deperditis autem singulis foliis post 8, 29, 31 et 124 desiderantur verba *καὶ ἔσονται εἰς εὐδοκίαν — καὶ ἔδωκας αὐτῷ* (Ps. XVIII,

15–XX, 5), illa *σου διαπαντὸς — ἐφ' ὃν ἤλπισα* (Ps. XXXIX, 12–XL, 10) nec non *καὶ ἐν τῷ ὀνόματι σου — τὰ κρύφια τῆς καρδίας* (Ps. XLIII, 6–22) et *ἡμῶν, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα — κύριε πάντες* (Ps. CXXXV, 24–CXXXVII, 4).

Uni cuique psalmo praeiacet (in marg.) hypothesis, subditur vero stichorum numerus, duplici subputatione expressus (cfr. A. Rahlfs, *Verzeichnis d. griech. Hss. d. A. T.*, pp. 18 n. 1 et 225 n. 1); quod nunquam non observatur et in fine tum singulorum *καθισμάτων* tum trium *στάσεων* quibus unum quodque *κάθισμα* constat, psalmorum antiphonarumque ratione utrobique adstructa (cf. ex. gr. f. 19ᵛ, post absolutum quartum *κάθισμα: στιχοι ιβ': καὶ κγ':* [in psalmo 31] *:· ἀντίφωνα γ': ψαλμοι β': στιχοι λη': καὶ οη'* [in tertia *στάσει*] *:· ὁμοῦ ὡς εἶναι τὸ δ' κάθισμα. ψαλμοι η': στιχοι ριβ': καὶ σνβ'*). Margine summo vel imo notantur insuper (*τὰ*) *ὑπ(οψάλματα)* sive responsa (cf. L. Petit, *Antiphone dans la liturgie grecque* in *Dict. d'archéol. chrétienne et de liturgie* I, 2, coll. 2466 sqq.); quae, recentiores apud Graecos prorsus obsoleta, quanti sint habenda monuit bo. me. hierom. Nilus Borgia, *Ὡρολόγιον* etc., Orient. christiana XVI, 2 [1929], pp. 19, 22 sq. ac praesertim 65 sqq.

Haud ineleganti calamo descriptum, pigmento tamen (subflavi coloris) parum tenaci, ut scriptionem alicubi evanidam nescio quis, infabre tamen, retractaverit (cf. ff. 3ᵛ–4. 6. 18ᵛ-19 etc.), ex australis Italiae finibus prodiisse cum scribendi genus tum ornatus ostendit. Fasciculi ⟨β'⟩–⟨ιε'⟩ quiniones sunt omnes, δ' tantum excepto, quaternione, sed hodie novissimi chartae non nisi sex relinquuntur, arte recens conglutinatae, in ⟨β'⟩ ff. 1 et 10, in ε' 4 et 7 interciderunt (notas librarius ipse marg. sup. ext. primae unius cuiusque fasciculi paginae adpinxit, sed glutinatoris inprovido cultro plerumque anputatae sunt). Litterae maximae, imagunculas crebro exhibentes (ff. 8 et 47ᵛ pisces, 87 anaticulam, passim viror. capita, rotulas, parvas manus etc.), tribus coloribus depictae, caeruleo nimirum, rubro atque flavo, maiores vero sive rubro sive caeruleo sive flavo tactae pigmento. Psalmorum tituli, hypotheses, *τὰ ὑποψάλματα* (haec omnia parvis litt. uncialibus), notae numerales et alia notabilia cinnabari delineata. Liber madore saepe laesus (cf. ff. 115 sqq.).

F. I, in scidula adglutinata mm. 36×72, *lib. 25 / AA / Psalterium vetus imper/fectum in fragmentis*. F. II + / *βιβλίον · κε̄ · AA* (quo numero codex instruebatur in sylloge a Fr. Accida Xysto V P. M. oblata): — / — *: φιλλα · ρ̄λ̄ :* — etc., manu ipsius Accidae, inferius eadem latine. Ibid. inter lineas scriptum exstat *Colleg. Gręc. Cat. Ins. Bibl.* (cf. quoque Archivi Bybl. tomum 11, f. 261 « *Salterio greco uecchio* »). F. 131 Accidae inscriptio dedicatoria (graece) ad Summum Pontificem. F. 82ᵛ in ora ext. derecte scribitur, m. saec. XV–XVI, + *εγώ Θε·ώδο·ρ· ἠs·* (insequuntur litterae non nullae, quarum sensum elicere haud valui, aliis forsitan supra lin. una cum margine absumptis *πε· τρωπου· λυγτετ*) *P·ή γ ι ο*. Ff. Iᵛ. IIᵛ. 131ᵛ–132 scriptionis expertia.

Librum paucis descripserunt vel memoraverunt dum taxat: Bianchini, Evangeliarium quadruplex II, p. DXCI a (scripturae specimen ibid. I, tab. III post pag. DXXXII); Rahlfs, *Verzeichnis* etc., p. 263; P. Batiffol, *La Vaticane depuis Paul III* in *Revue des*

questions historiques XLV (1889), pp. 183 n. 1 et 186. Varietates conlegit ⟨Io. He. Baldi⟩ in Vat. gr. 2276, t. 7, ff. 1755v–1764v; qui tamen vir doctus iniuria librum saec. XII adsignat.

Integumentum ἰδιοχρώμωι membrana vestitum, dorso scuta inprimuntur Pii IX P. M. et Io. Ba. Pitra (1869–89).

1543 (olim 1493). Saec. XV, chart., mm. 143 × 102, ff. I. 52, linn. 16 (ff. 50–52 linn. 20–22).

Metrophanis metr. Smyrnensis hymni seu canones trinitarii media nocte psallendi (cf. *Οκτωηχος*, ed. Rom. 1886, pp. 5–9, 23–27 etc.). Subfiguntur (ff. 45–49v) ⟨*τὰ ἀπολυτίκια ἀναστάσιμα τῶν η' ἤχων σὺν τοῖς θεοτοκίοις καὶ ταῖς ὑπακοαῖς αὐτῶν*⟩ (*Ωρολογιον το μεγα* etc., ed. Rom. 1876, pp. 234–236) nec non (ff. 50–52v) canon paracleticus ⟨minor⟩ in ss. Deiparam, Theostericti monachi (cf. *Παρακλητικη*, ed. Rom. 1885, pp. 737–741, vel Horologium laud., pp. 292...298); qui canon alia manu, coaequali tamen, iniectus est.

Modo subfusco modo subflavo pigmento exaratum quaterniones efficiunt quinque et senio. Fasciculi, ipsa librarii manu, ad ang. inf. int. primae novissimaeque singulor. paginae graece subputantur, oris tamen inmodice resectis notae non nullae perierunt, unam (ς') recentior nescio quis subfecit. Rubricae, litterae maioris moduli, hirmorum initia, ornamenta (rudi calamo delineata) rubro colore hodie plerumque pallescente. Liber umore teredineque, praesertim circa margines, aliquantulum laesus, salva tamen ubique scriptione, folia non nulla in fine videntur effluxisse (v. infra). Orae, internae potissimum, chartaceis laciniis parum scite refectae. Officinae chart. insigne obcurrunt forficulae quaedam (cf. ff. 30 + 31. 38 + 39 etc.; adcedit ad nr. 3670 ap. Briquet).

F. Iv *1494* (-*4* bis conr. in -*3*, deinde tota nota deleta); quo numero libellus signabatur post codices Graecorum conlegii in Vaticanum translatos, nam aedibus Athanasianis olim adservatum esse testatur indiculus in Archivi Bybl. tomo 11, f. 261 « *Metrofano Metropolita di Smirna* ». F. 1, calamo Fr. Accidae + / *βιβλιον* — *ια*ov — (hic al. manus [?] inter lineas iniecit notam Λ) / *Μιτροφανοῦς μιτροπολυτου* / — *Σμιρνης* — / *'Εν τῶδε βιβλίω εἰσιν κανὸνας*: ῑ: / *σωαι καὶ ανελοιπαι φυλλα* / · *νζ̄*; inferius eadem latine (adlatis numeris liber distinguebatur in conlectione qua Xystum V P. M. donavit Fr. Accidas, cuius inscriptionem nuncupatoriam invenies in eod. fol. averso). Vacuae sunt chartae Ir et 44.

De codice pauca apud P. Batiffol, *La Vaticane depuis Paul III* in *Revue des questions historiques* XLV (1889), pp. 183 n. 1 et 186.

Opercula simplici membrana teguntur.

1544 (olim 1494). Saec. XV, chart., mm. 144 × 103, ff. I. 98, linn. 15–20.

Menologium totius anni cum apolyticiis et contaciis ab editis (cf. *Ωρολογιον το μεγα*, ed. Rom. 1876, pp. [127]–218) saepe numero diversis (die 16 iul. inseritur ad conpletorium scholion de conmemoratione ss. Patrum

qui sex primis conciliis universalibus interfuerunt, ut in Horologii edd. antiquioribus, puta in Venetiis a. 1806 Nicolai *τοῦ Γλυκέως* typis excusa, p. 327).

Tribus manibus exaratus, quarum prima ff. 1–12 inplevit, secunda (currentiori calamo) ff. 12ᵛ–74, reliqua tertia (an eadem qua chartae 50–52 in superiori codice describuntur?), litteras grandiores, rubricas (ut aiunt), ornamenta etc. rubro colore delineata praebet. Fasciculi 13, quaterniones uti plurimum (10 binio, 13, saltem nunc, ternio). Notae ang. inf. ext. primae et ultimae unius cuiusque fasciculi paginae librariorum calamo iniectae (α', rubro, marg. inf. med. folii 1), sed passim (inde a fasc. ⟨η'⟩ omnino) effluxerunt. Codiculus mucore conspurcatus blattisque non nihil propter margines adrosus, nullo tamen scriptionis detrimento. Chartar. insignia duo notavimus, forficulas nimirum (cf. ex. gr. ff. 30 + 31 et 34 + 35), omnino ut in cod. 1543, et (f. 86) bucinam pusilli moduli.

F. Iᵛ nota *1494* (inducta), qua liber insigniebatur post codices Athanasianos in Vaticanum translatos; iteratur in ora inf. folii 1, sed et hic plumbo oblitterata. Ibid. inter lineas *Collegii Graeci catal: inscri: biblio.* F. 98ᵛ Fr. Accidae inscriptio graeca dedicatoria ad Xystum V P. M., ex qua eruitur tunc temporis libellum 100 chartas conprehendisse, sed temporis progressu folia duo (vacua, ut vid.) in fine amisisse. Operculo ant. int. adglutinatur scidula mm. 18 × 100 cum inscript. *Tropari in honore de santi*, i. e. ut in indice codicum graecorum quos Lucas Felicelli, Athanasiani phrontisterii procurator, Bybliothecae Vaticanae praepositis tradere iussus est (cf., si lubet, Archivi Bybl. tomum 11, f. 261). F. Iʳ scriptura caret.

Librum obiter memorat P. Batiffol, *La Vaticane depuis Paul III* in *Revue des questions historiques* XLV (1889), pp. 183 n. 1 et 186, pauca de eo profert Pitra, Analecta sacra I, p. XV.

Tegumentum viridi membrana vestitum exhibet in tabulis tesseras gentilicias Pauli V P. M. et Scipionis Borghese card. bybl. (1609–1618), in dorso autem, ἰδιοχρώμῳ membrana refecto, scuta Pii IX P. M. et A. Mai card. bybl. (1853–1854).

1545 (olim 1495). Saec. XVI, chart., mm. 150 × 104, ff. I. 70, linn. 17.

Nomocanon seu enchiridion in usum sacerdotum, ad confessionem potissimum quae adtinent perstringens ᵃ (ff. 2–3ᵛ) ⟨*Προοίμιον καὶ ἑρμηνεία περὶ τοῦ πῶς δεῖ ὑπάρχειν πνευματικὸν καὶ ἑρμηνεύειν ἀκωλύτως τοὺς εἰς αὐτὸν ἐρχομένους*⟩, inc. *Ὁ δεχόμενος τοὺς λογισμοὺς τῶν ἀνθρώπων*, des. *τῆς ἐν Καθαργένῃ* (!) *συνόδου* (ed. A. Pavlov, *Номоканонъ при Большомъ Требникѣ* ², in *Ученыя Записки Имп. Москов. Унив.*, Отдѣлъ юрид., выпускъ 14, Mosquae 1897, pp. [83]–86 lin. 11; partis prioris recensionem parum discrepantem iam ediderat M. Gorčakov, *Къ исторіи эпитимійныхъ номоканоновъ (пенитенціаловъ) Православной Церкви* in *Отчетъ о XVI присужденіи наградъ графа Уварова*, Petropoli 1874, pp. 36 sq.); ᵇ (ff. 3ᵛ–8ᵛ) confessionis ritus enarratio, *ἀρχὴ εἰς ἐξομολόγησιν* cod., inc. *Πρόσφέρει ὁ πνευματικὸς πατὴρ τὸν μέ-*

λοντα ἐξομολο⟨γη⟩θῆναι, des. δόξα πατρὶ καὶ νῦν καὶ ἀπόλυσης (edd. Gorčakov 37–43; Pavlov 86–94; A. I. Almazov, *Приложенія, I и II, къ Тайной исповѣди въ Православной Восточной Церкви* in *Записки Имп. Новоросс. Унив.* LXV (1895), pp. 29–32); [c] (ff. 8v–18v) ⟨quae quibus ἐπιτίμια sint inponenda etc.⟩, inc. *Τότε κανονίζει αὐτὸν κατὰ τὸ πταίσιμον αὐτοῦ*, des. *ἀγωγῇ τοιᾷδε προσήκουσα* (Gorčakov [ex parte] 43–50; Pavlov 95–110; Almazov [ex parte dum taxat] 32–36); [d] (ff. 18v–67) *Συνοδικοὶ καὶ ἀποστολικοὶ κανόνες· καὶ τοῦ μεγάλου Βασιλείου*, def. in vv. *τὴν νηστείαν· ὥστε* canonis ⟨216⟩ (Pavlov [115] ... 415 lin. 7 a. i., cum ampliss. commentario); canonum 5–6 ordo invertitur, 13–14 et 18 numero carent, 15–17. 19–20 notas prae se ferunt ιδ′–ις′. ιζ′–ιη′ (hinc numeri marginibus adpicti omnino cessant), canones desiderantur 24 (nec mirum). 93. 211–212, a 49 denique vv. *Ἡμεῖς δὲ λέγομεν — τοῦ μεγάλου Βασιλείου* et a 153 illa *Καὶ γὰρ τίς μερὶς — τὸν θεῖον Ἀπόστολον* exsulant.

De hoc nomocanone, qui, nunquam apud Graecos typis inpressus sed codicibus in sexcentis obcurrens, saec. XVII in. a Serbis ad Russos slavice versus migravit et ad huc inprimitur in Magno Rituali, conferre potes: E. Zachariä v. Lingenthal, *Die Handbücher d. geistl. Rechts aus d. Zeiten d. untergeh. byzant. Reiches* etc., in *Mémoires de l'Académie Imp. des sciences de St. Petersb.*, VIIe série, t. XXVIII, No 7 (1881), p. 24; N. Milasch, *Das Kirchenrecht d. morgenländ. Kirche*, Mostar 1905, p. 190, vel *Православно црквено право* [3], Beograd 1926, p. 200; idem, *О канонским зборницима православне цркве*, Novi Sad 1886, pp. 84–88; A. I. Almazov, *Тайная исповѣдь* etc., in *Записки* supra laudd., LXIII (1894), pp. 116 sqq.; idem, *Законоправильникъ при Русскомъ Требникѣ* etc., in *Христіанское Чтеніе* LXXXII, 2 (1902), pp. 126–144, 259–304 etc. (pp. 430–437 citantur plurimi codices); I. Berdnikov, *По поводу второго изданія проф. Павловымъ Номоканона при Требникѣ* etc., in *Ученыя Записки Имп. Казан. Унив.* LXVI, 4 (1899), критика и библіографія, pp. [1]–72; idem, *Краткій курсъ церковнаго права Православной Церкви*, Kazan' 1903, pp. 140–142; V. Beneševič in *Журналъ Минист. Народ. Просвѣщенія* 353 (1904), критика и библіографія, pp. 397 sqq.

F. 70 discipulus forsitan Conlegii Graecorum (ad quod liber olim pertinuit, v. infra) cantiunculam italicam ad D. N. Iesum Christum iniecit, inc. *Caro [m]io dolce Giesù*, des. *Qui non inviderò lo stato altrui. Fiat*, ἀμῆν (sic).

Fasciculos 9 conplectitur, quaterniones omnes praeter ultimum, qui chartas dum taxat 4 numerat, cum plagulis duabus diversae originis conglutinatas (69–70); alia charta adsciticia obcurrit initio (fol. I). Notae, medio marg. inf. primae singulor. fasciculor. paginae inscriptae, fere omnes effluxerunt (superant ζ′ et θ′, utraque dimidiata). Litte-

rae maiores et maximae, tituli, notae numerales rubro pigmento exarata. Spatia vacua ad inscriptiones excipiendas saepius offendes (ff. 2. 34v. 43. 44v. 46v etc.). Chartarum insigne (ex. gr. in ff. 25 + 26. 35 + 36) ancora est circulo inclusa, stella radior. sex superinposita (cf. Briquet nr. 554), in f. 69 alia stellula, radiorum pariter sex (cf. Briquet nr. 6033, sed minoris est moduli atque nostrum). Folior. acies rubro colore (nunc fere evanido) lita. Chartae 67v. 68v-69. 70v purae.

F. I *collegii Graecoru(m) catal: inscri: biblio:* (hoc ultimum v. atramento deletum), eadem charta av. codicis nota (del.) *1495* (*9* conr. ex *4*), qua distinctus est post libros graecos Athanasianos Vaticanis κειμηλίοις adstructos, et *1545*. F. 1 possessionis nota Ἀγγέλου τοῦ Τρόμβα ἐκ Μήλου' / καὶ τῶν φίλων ἁπάντων (de Georgio, viri propinquo Graecorumque Conlegii discipulo, cf. E. Legrand, *Bibliographie hellénique du XVII^e siècle*, III, 145-148); qui Angelus et precatiunculam ad D. N. Iesum Christum ibid. inscripsit. Eodem folio conscribillationes absque pretio (summo tamen marg. Νικολαου Μαρι[ας] Γεωργ[ίου]) nec non titulus Α.......τάτη βίβλος τοῖς τοὺς λογισμοὺς τῶν / ἀνθρώπων δεχομένοις, ἢ τοῖς πνευματικοῖς, / οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοῖς καλῶς ἐξομολογεῖν / βουλομένοις τὰ αὐτῶν ἁμαρ/τήματα, quem adcuratissime deletum vix aegreque legimus. F. 1v nescio quis nomocanonis initium exscripsit, calamo videl. temptando. F. 68 summo + τα φιλα τουτα ηναι ολα αἴξηττα αἴξη (i. e. ἐξῆ⟨ν⟩τα ἕξι, 66).

Codicem obiter memorat Almazov, *Тайная исповѣдь* in *Записки* laudd. LXIII (1893), pp. VI (ubi perperam saec. XVII adsignatur) et 117 n. 72, paucis describit P. Batiffol, *La Vaticane depuis Paul III* in *Revue des questions historiques* XLV (1889), pp. 190 sq., qui Melon (cf. notam quam supra rettulimus), e Cycladibus unam, pro siculo habet pago cui « Mili » nomen (id. id. ap. A. Vaccari S. I., *La Grecia nell'Italia meridionale* etc., Orient. christiana III, 3 [1925], p. 313) nimisque fidenter italicam cantiunculam fol. 70 Trombae calamo tribuit.

Dorso integumenti, membrana ἰδιοχρώμῳ vestiti, tesserae gentiliciae Pii IX P. M. et Io. Ba. Pitra card. bybl. (1869-89) inpressae cernuntur.

1546 (olim 1496). Saec. XVI, chart., mm. 152 × 110 (ff. 3-27, 138 × 98, ff. 28-34, 142 × 107), ff. I. 127 (+ 89a), linn. 12-19.

1 (ff. 3-24) acoluthia brevior in usum pusillanimum vel parum doctorum (ψαλλόμενη τὸ πρωΐ καὶ πρὸ του ὑπνῶσαι μετὰ προσοχῆς καὶ φόβου θεοῦ add. ms.), cuius sub finem oratio Ὡς ἐπι τοῦ φοβεροῦ καὶ ἀπροσωπολήπτου παρεστικῶς βήματος, initio tantum inpressae in libro qui Θηκαρᾶς indigitatur (cf. ed. Venetam anni 1643, ap. Victorem Salvioni, pp. κα'-κη') consentanea.

2 (ff. 24v-27v) ⟨**Manuelis**⟩ **Chrysolorae** grammatices conpendium, abrump. in vv. ἡ αἰτιατικὴ τόν: (cf. ed. Venetam a. 1549, pp. 3-6, lin. 4 a. i.).

3 (ff. 28-29v) ⟨**Gennadii Scholarii**⟩ expositio Graecorum syllogismi de processione Spiritus Sancti Latinorumque responsionis, + ἐπιχείρημα τῶν Γραικῶν κατὰ Λατίνων, ὅτι οὐκ ἐκπορεύεται τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ υἱοῦ ms. (cf. *Gennade Scholarios* etc., edd. Petit-Sidéridès-Jugie, III, Paris 1930, pp. 76 sq.

et cf. ib. X–XI), praecurrente animadversione *ἐν Νεαπόλει, ἐν τῇ βιβλιοθήκῃ τῇ καλουμένῃ τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Καρβουνάρου, ἔστι βιβλίον τί πεπαλαιωμένον, ἑλληνιστὶ γεγραμμένον διὰ καλάμου· ἐν ᾧ πλείστων συγγραφέων περιέχεται συγγράμματα· οὗτινος ἡ ἐπιγραφὴ οὕτως ἔχει ῥωμαϊστί :- Georgij Gemisti. nº XXXº.* (est nunc cod. Neapol. 341 [III. E. 19], cf. Cirillo II, 452–55) *ἐν τῷ τέλει αὐτοῦ εὗρον τάδε.*

4 (ff. 30–34ᵛ) emphyteuseos instrumentum, quo Cyrus, archimandrita monasterii ss. Deiparae *τῆς Τερετῆς* apud Rhegium, fundos quosdam concedit Guillelmo Matzacuvae. Per manum Guillelmi Calabrò, a. 1323 (ed. M. Mandalari, *Rivista storica calabrese*, [II], 1894, pp. [32]–42; cf. quoque P. Batiffol in *Mélanges d'archéol. et d'hist. de l'École franç. de Rome*, X [1890], p. 98 n. 1, et in *Byzant. Zeitschr.* II [1893], p. 621). F. 34 in marg. inf. librarius, Iohannes scil. a S. Maura (v. infra), notavit *Il presente· l'ho copiato da uno originale scritto in charta pecorina, conservato appresso del I.* (?) *N. Sacco in Seminara.*

5 varia, praesertim liturgica: ᵃ (ff. 35–81ᵛ) menologium totius anni (cf. *Ωρολογιον το μεγα*, ed. Rom. 1876, pp. [127]–218); ᵇ (ff. 82ᵛ–84) oratio ad ss. Deiparam vulgari eloquio (*Ευχη τῆς ὑπεραγιας θεοτοκου· καὶ ἀείπαρθενοῦ Μαρίας ἣν ευρεθην απανω εἰς των· ἁγιῶν ταφων τῆς ὑπεραγιας θεοτὸκου κτλ.*, f. 81ᵛ), inc. *Κὺριε καὶ λογε τοῦ θεοὺ του ζῶντος υἱὲ τῆς θεοτὸκου· βοήθησον των δοῦλον τοῦ θεού Μπερναρδο* (cf. quae ad cod. 1538, nr. 3 notavimus) *τριάδα ὁμοῦσιε βοήθησὼν μοι· κυριὰ μου θεοτόκε· μητερα του Χριστοὺ· βωειθυσῶν μοι*, des. *χαρίζει ἡμῖν ἄχραντε τὼν δοῦλον σου* (insequuntur litterae non nullae cryptographicae quas nobis interpretari haud contigit); praefigitur (ff. 81ᵛ–82ᵛ) animadversio *Να ἠξερετε καὶ να πιστευὲ·ταὶ πας ἄνθρωπὸς· ὁποῦ τὴν θελὶ διάβαζεῖν· τῆν καθηνη ημὲραν· ι να την βασταζη ἀπανου τοῦ κτλ.*, qua mirae precationis virtutes enuntiantur; ᶜ (f. 84) *οι λογοι ὅυς ελαλησεν ὅ Χριστὸς επὶ τὼν σταυρόν*; ᵈ (ff. 84ᵛ–86) *τὰ ευλογιταριὰ* ⟨*νεκρώσιμα ψαλλόμενα ἐν τοῖς σάββασιν*⟩ (cf. Horologium laud., 237-38); ᵉ (ff. 86–89ᵃ) ⟨**s. Andreae Cretensis**⟩ triodion in conpletorium feriae IV Magnae hebdomadae (*Τριωδιον*, ed. Rom. 1879, pp. 648-51); ᶠ (f. 89ᵃ–89ᵃᵛ) troparium *Τον ἡλιὸν κρύψαντα* (cf. ex. gr. *Ακολουθια του μεγαλου σαββατου και τα εγκωμια κτλ. ... μετρικως διορθωθεντα υπο Παγκρατιου Βατοπαιδινου*, Constantinopoli 1920, p. 53); ᵍ (ff. 90–94ᵛ) canon paracleticus ⟨minor⟩ in ss. Deiparam (*Παρακλητικη*, ed. Rom. 1885, pp. 737–41, vel Horologium laud., pp. 292 ... 298); ʰ (ff. 95ᵛ–96ᵛ) **Iohannis Lampadarii** encomium metricum in ss. Deiparam, iussu Matthei patr. Constantinopolitani (1397–1410) conscriptum, *ὁρισμός δὲ καὶ ζήτησις κυροῦ Ματθαίου κτλ.* cod., inc. *Ἦν πάλαι προεκήρυξαν, τῶν προφητῶν χορείαι,*

des. *ασυγκρήτως τῶν Σεραφίμ* (ed. K. Koikylides, *Καταλοιπα χειρογραφων ιεροσολυμιτικης βιβλιοθηκης*, Hierusalem 1899, pp. 72 sq.); summo f. 96 legere est troparia duo ex alphabeto in Hypapanten (incc. *Ἡ θυγάτηρ Φανουήλ* et ⟨Δ⟩*έσποινα ὦ ἀγαθή*; primum ed. S. Gassisi, *Tre alfabeti liturgici* in *Byzant. Zeitschr.* XVIII (1909), p. 351); [i] (ff. 97–99ᵛ) ex officio aurorae Magni Sabbati troparium illud *Τὸν ἥλιον κρύψαντα* (cf. supra sub *b*) et versus politici 21, inc. *Παρισταμένη τῷ σταυρῷ· ἡ πάναγνος παρθένος*, quorum in fine notatur *μετὰ τὸ ἐπιστρέψαι τὸν ἐπιτάφιον ἐν τῇ εκκλησία λέγων* (sed quid sit dicendum desideratur, sequentibus foliis, ut vid., deperditis); [k] (ff. 101–111) **Clementis VII** papae breve pro Graecorum ritibus atque observantiis (26 mart. 1526) graece redditum (ed. L. Allatius, De aetate et interstitiis... etiam apud Graecos servandis, Romae 1638, pp. 14–21); [l] (ff. 112–125ᵛ) *μεγαλυνάρια ψαλόμενα τῇ ἁγία καὶ μεγάλῃ τεσσαρακοστῇ*, inc. *Τῇ κυριακη τριαδικά· Ἄξιον ἐστὶν ὡς ἀληθῶς· τοῦ δοξάζειν σε τὸν θεολόγον* (intell. *τὸν θεὸν λόγον*); quibus adcedunt ⟨68⟩ alia in sanctos, plerumque, ut vid., inedita (non nulla tantum modo reperies in Horologio Cryptoferratensi a. 1677, pp. 634-38), ex. gr. in s. Phanurium, Septem Pueros Ephesenos, Iacobum Persam, 318 Patres Nicaenos, in secundum Adventum D. N. Iesu Christi, in VII concilium universale, in feriam IV *τοῦ μεγάλου κανόνος* etc.

Centunculis variár. originum consarcinatus, fasciculos undecim conplectitur (1 quinio, 2. 7–9 quaterniones, 10 ternio, 3–4 folior. septem, 5–6 folior. viginti quattuor, postremus folior. sedecim, sed chartae uti plurimum recenti artificio conglutinantur). Manus septem distinguendae, quarum *a* ff. 3–27ᵛ exaravit, *b* (Iohannis a S. Maura, cf. ex. gr. cod. 1537, f. 28ᵛ) ff. 28–34ᵛ, *c* ff. 35–94ᵛ, *d* ff. 95ᵛ–96ᵛ, *e* ff. 97–100ᵛ, *f* ff. 101–111, *g* reliqua (Petro Batiffol codex est « un recueil de copies de la main de Fr. Accidas » [!], cf. *La Vaticane depuis Paul III* in *Revue des questions historiques* XLV [1889], p. 186 n. 3). Ornamenta titulis praefixa rubro nigroque pigmento (f. 3) vel rubro viridique (ff. 35. 62ᵛ. 65ᵛ etc.), litterae maiores et maximae sive rubrae sive rubro auroque delineatae (ff. 4ᵛ–6; inde a f. 95ᵛ omnes sunt nigrae). Officinar. chartariar. insignia, ferro mutilata, difficile perspiciuntur: *a* chirotheca litteram T et al. incertam exhibens, flore quinque folior. superinposito (ff. 17 + 20), *b* ancora in circulo, cui circulo stella radior. sex inpendit (ff. 31 + 32), *c* alia chirotheca cum flore quinque folior. desuper (ff. 59 + 62) etc. Ff. 1ʳ. 2ʳ. 111ᵛ et 126ʳ scriptione carent. Chartae conplures mucore laesae, salva tamen ubique scriptura, anguli vel margines interdum (ex. gr. ff. 112 sqq.) inscite refecti.

F. Iᵛ num. antiquior *1497* (err. pro *1496*), inductus. F. 1 scidulam chartaceam mm. 35 × 67 adglutinatam exhibet cum inscr. *lib. 29. / E E / Sermones diversoru(m) Pa/tru(m) in fragmentis* (vv. *Sermones–fragmentis* deleta sunt). F. 2, Fr. Accidae manu, + *βιβλίον ·κθ·* E E: — / *λόγοι. διαφόρων π(ατέ)ρων φὶλ(λα): ρλ: / κεφ(ά)λ(αια): ιγ:* —, eademque, inferius, latine. Ibid. *Colleg. Grǫc. Cat. Inscript. Bibl.* et num. *1496*, quo codex instructus est post librorum manu scriptorum supellectilem Athanasianam in Vati-

canum delatam. F. 95 anonymus troparium in Praecursorem nescio quod inseruit τὸν προδρομὸν Ἰω(ά)ν(νην)· τὸν βαπτηστὴν τοῦ σ(ωτῆ)ρ(ο)ς etc.; deinde, alior. manibus, + Θεόκλιτο⟨ς⟩. *In Mesina al 5* aliaeque conscribillationes sine pretio. F. 126ᵛ summo κοινωνικὸν + σῶμα Χριστοῦ μεταλάβεται etc. F. 127 dedicatio Xysto V P. M., m. Fr. Accidae, eodem folio av. + ,αφξβ', numeri graeci usque ad λ' nec non numeri aliquot arabici.

Librum breviter descripsit M. Mandalari, op. cit., pp. 38 sq., qui tamen, dum Petrum Batiffol non mediocriter halucinantem acris verbis insectatur, pari fuit ipse (immo peiori) casu, numm. enim 3-4 nostrae enarrationis Georgii Gemistii ⟨Plethonis⟩ calamo tribui posse autumavit (relege quam sub nr. 3 rettulimus inscriptionem risuque, si vales, tempera). Pauca de codice habent etiam Vogel et Gardthausen, p. 422.

Integumentum simplici membrana coopertum praebet in dorso tesseras gentilicias Pii IX P. M. et Io. Ba. Pitra card. bybl. (1869-89).

1547 (olim 1551). Saec. XII, membran., mm. 165 × 120, ff. II. 183, linn. 19. **Rescriptus totus.**

I (SCRIPT. REC.)

Anthologium sive officiorum delectus in potiores anni festivitates: [1] (ff. 1–10ᵛ) in natale D. N. Iesu Christi, inc. mut. *καὶ ἐν Βιθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας βρέφος ὠρ[άθ]η* (hocce nec non duo quae pone subiunguntur *στιχηρά*, scil. *Ἵνα τοὺς βροτοὺς* et *Νέον δι' ἡμᾶς*, a vesperis *τῆς παραμονῆς*, prout leguntur in Menaeis vel Anthologiis typis inpressis, omnino absunt, sed huiusce modi varietatibus nihil inmorabimur, canones vero, quotquot in Menaeorum ed. Romana desiderantur, de more laudabimus); [2] (ff. 10ᵛ–15ᵛ) in s. Stephanum protom. (27 dec.); [3] (ff. 16–24ᵛ) in Circumcisionem et in s. Basilium; [4] (ff. 24ᵛ–36) in Theophania; [5] (ff. 36-39ᵛ) in s. Paulum Thebanum (15 ian.); [6] (ff. 39ᵛ–46) in s. Antonium Magnum (17 ian.); [7] (ff. 46ᵛ–56ᵛ) in ss. Athanasium Magnum et Cyrillum Alexandrinum (18 ian.); [8] (ff. 56ᵛ–63) in s. Gregorium Theologum (25 ian.); [9] (ff. 63ᵛ–68ᵛ) in translationem reliquiar. s. Iohannis Chrysostomi (27 ian.); [10] (ff. 69–74) in ss. Cyrum et Iohannem (31 ian.); [11] (ff. 74–81ᵛ) in Hypapantem (2 febr.); [12] (ff. 81ᵛ–87) in s. Blasium (11 febr.), cui adsignatur canon *Τὴν χάριν τοῦ παναγίου πνεύματος* (cf. codd. Crypten. Δ. α. XVI et Δ. α. XXVII [Rocchi 317 et 328]); [13] (ff. 87–92ᵛ) in inventionem capitis s. Iohannis Baptistae (24 febr.); [14] (ff. 92ᵛ–99ᵛ) in ss. XL martyres (9 mart.); [15] (ff. 100-107ᵛ) in Adnuntiationem ss. Deiparae (25 mart.); [16] (ff. 107ᵛ–115) in s. Georgium (23 apr.), qui laudatur canone *Ἐν ταῖς λαμπρότησι* (toni secundi plagalis), cum acrost. *Ἕκτην δέησιν μαρτύρων δέχου κλέος. Ἰωσήφ*, ex qua eruitur singulum canonem pro uno quoque tono hymnographum ador-

nasse (nulla de eis mentio fit apud Carolum Eméreau, Hymnographi byzantini, in *Échos d'Orient* XXIII (1924), pp. 200. 276 sqq., neque ap. K. Krumbacher, *Der heil. Georg* etc., in *Abhandl. d. kön. Bayer. Akad. d. Wissens., Philos.-philol. u. hist. Kl.* XXV B, 3 Abhl., 1911, pp. 272–280); [17] (ff. 115–121) in s. Marcum evang. (25 apr.); [18] (ff. 121–128) in ss. Iohannem evang. et Arsenium (8 mai.); [19] (ff. 128–133ᵛ) in ss. Constantinum et Helenam (21 mai.); [20] (ff. 133ᵛ–139) in translationem reliquiar. s. Theodori stratelatae (8 iun.); [21] (ff. 139ᵛ–149) in natale s. Iohannis Baptistae (24 iun.), quod celebrat canon *Ἡ σιωπὴ τοῦ πρεσβύτου*, Andreae Cretensis, aliis *εἱρμοῖς* fere semper instructus atque eiusdem (quarti) toni quem laudat L. Petit, *André de Crète*, in *Dict. d'archéol. et de lit.* I², col. 2038 (animum adverte nostrum secundam quoque oden exhibere; qua de re cf. ex. gr. A. Papadopulos-Kerameus, *Σχεδίασμα περὶ τῶν λειτουργικῶν μηναίων* in *Византійскій Временникъ* I [1894], pp. 367 sqq., vel W. Weyh, *Die Akrostichis in d. byz. Kanonesdichtung*, in *Byzant. Zeitschr.* 17 [1908], pp. 65 sq.); eiusdem initii canon obcurrit et in cod. 1558, f. 145ᵛ, sed post odam *α'* fere omnino differt; [22] (ff. 149ᵛ–157) in ss. Petrum et Paulum (29 iun.), pro quibus exscribitur canon Iohannis monachi, inc. *Ἄσωμαί σοι κύριε ὁ θεός μου· ὅτι τοὺς σοὺς ἀποστόλους*, ed. Pitra, *Hymnographie de l'Église grecque*, pp. c–cv (cf. quoque codd. Hierosol. s. Sabae 70, f. 45 [Papadopulos-Kerameus II 127] et Vat. gr. 2308, f. 27); [23] (ff. 157ᵛ–164) in ss. Cosmam et Damianum (1 iul.), cum canone *Δυὰς φωτοειδεῖς* sub acrostichide *Δυάς με σώζοις τῶν σοφῶν ἀναργύρων. Ἰωσήφ* (cf. codd. Crypt. Δ. α. XI et Δ. δ. I [Rocchi 309 et 387] nec non Vat. gr. 1590, f. 3ᵛ); [24] (ff. 164–170) in depositionem pretiosi veli (*μαφορίου* cod.) ss. Deiparae (2 iul.), Georgii canone instructum qui inc. *Τὴν χάριν ἡ θεοτόκος* (cf., si lubet, codd. Vat. gr. 787, f. 124; 1193, f. 100; 2308, f. 44ᵛ; lacuna post f. 165 libri nostri hiante, effluxerunt theotocion primae odae nec non odae 3 et 4 usque ad vv. *ξένος γὰρ ὁ τρόπος*, cf. cod. 1193 laud., f. 101 lin. 5); [25] (ff. 170–175ᵛ) in s. Procopium (8 iul.), abrump. in vv. *πάσης ἀπειλῆς πάσης* (*Μηναια*, ed. Rom., vol. *ς'*, p. 68 lin. 2 a. i.); [26] (ff. 176–178ᵛ) in s. Pancratium (9 iul.), inc. mut. in medio nescio quo tropario odae quintae | *νάγιον· τέθεικεν ἀκοίμητον ἐν οἴκῳ* (canon ab ed. in Menaeo prorsum differt); [27] (ff. 179–183ᵛ) in prophetam Heliam (20 iul.), canone gaudens *Τῆς παρθενίας τὸ κλέος*, cum acrost. *Τοῖς ᾄσμασι στέφω σε, μάκαρ Ἠλία*, in theotociis vero Εὐθυμίου; abrump. in 2° tropario septimae odae *τοῦ παντάνακτος·* | .

Officior. initio saepe numero primum *τὸ κάθισμα* obcurrit (quod antiquioris aetatis est proprium, cf. Papadopulos-Kerameus, dissert. laud.,

p. 360), canonibus vero, si numm. 2. 5. 10. 12. 14. 19 nostrae enarrationis excipias, constanter subnectuntur *τὰ σύντομα, πρὸς τὸ· Οἶκος τοῦ Ἐφραθά* (nusquam hoc nomine appellata sed *στιχηρὰ εἰς τοὺς αἴνους* tantum), quorum, ab inpressis Menaeis exsulantium, non nulla invenies apud Pitra, Analecta sacra I, pp. 419 sqq.

II (SCRIPT. ANTIQUA)

Quae codex antiquior (saec., ut vid., XI) continuerit, e cuius membranis adcurate lotis atque plicatis noster est minoris moduli effectus, singillatim enarrare non habeo, scriptionis fere ubique ne vestigio quidem vel vestigio dum taxat superante, atramento vero innocuis venenis quibus passim usi sumus reluctante, si perpauca folia eximas, ubi verba non nulla nobis expiscari contigit vel ornamenta perquam evanida internoscere (cf. ff. 39. 52. 111. 123. 183), ac praesertim ff. 145v + 148, quae praebent Theophanis canonem *Σῶτερ εὐεργέτα* in Danihelem prophetam (17 dec.) ab initio quintae odae ad finem octavae (*Μηναῖα*, ed. Rom. vol. *β'*, pp. 514 lin. 5 a. i.... 518 lin. 4).

Mancus ab initio et in calce fasciculos hodie conprehendit 24, quos manus recentior, primigenia subputatione una cum oris nimium resectis deperdita, numeris graecis instruxit in ang. inf. ext. primae singulorum paginae, sed hi quoque, marginibus iterum decurtatis, haud semel effluxerunt (e nota numerali *β'*, quae f. 15 obcurrit, perspicuum est anonymum laud. fasciculum nunc primum [ff. 1–6, i. e. quaternionem, cuius ff. 1–2 deciderunt] neglexisse). Fasc. *κ'* septem dum taxat folia habet, uno post 165 amisso, in ⟨*κβ'*⟩ chartae quattuor relinquuntur, totidem aliis, ut vid., inter ff. 175–176 deperditis, postremus, ⟨*κγ'*⟩ nimirum, bifolio externo abscisso chartas sex tantum modo retinet, ceteri sunt quaterniones. Initio bifolium pro custodia obcurrit. Codex sat male mulcatus folia conplura lacera praebet (cf. ff. 12. 59. 69. 165. 170 sqq.), acia et acu interdum consuta (cf. f. 168), alia paedore horrida, ut scriptio vix elici queat (cf. ff. 173v. 177v etc.), non nulla recentiori atramento (cf. ff. 64v–65. 165) vel aliis maculis (cf. ff. 141v sqq.) foedata. *Τὸ κείμενον*, parum tenaci pigmento descriptum, fere omnino passim effluxit, quod nescio quis rudi calamo alicubi retractavit, litterae maiores et maximae cinnabari sunt delineatae. F. Ir scriptura exsors.

F. Iv nota codicis *1547*. Id. in f. II, subposita alia nota *1552*, deleta tamen (v. infra). Ibid. *l'Ill.mo Card. d'Ascoli* (Felix Centino videl., quo de cf. quae in enarrando cod. 1538 posuimus) *hà donato / q(u)esto libro alla libraria*, atque inferius *Anthologium*, m. ⟨L. Allatii⟩. Eiusdem folii aversi summo margine *1547* et *1552*, corr., ut videtur, in *1547*, sed postea linea deletus. Quem numerum, *1552* nimirum, orae quoque inf. int. folii 1 adpictum, erratum esse testatur index in Vat. lat. 7139, f. 11v «1551. *Ἀνθολόγιον ἤτοι ἑορτολόγιον ἄνευ ἀρχῆς*» (ceteroqui nota *1552* iam alibi notavimus codicem nunc 1536 olim distinctum esse). Operculo ant. int. frustulum chart. mm. 49 × 91 adglutinatur e codice hymnico saec. XVI.

Codicem memorant P. Batiffol, *La Vaticane depuis Paul III* in *Revue des questions historiques* XLV (1889), p. 190, et I. B. Pitra, *Hymnographie de l'Église grecque*, p. 88.

Opercula viridi membrana contecta scuta exhibent Pauli V P. M. et Scipionis Borghese card. bybl. (1609-1618), dorso autem, simplici membrana refecto, tesserae gentiliciae inprimuntur Pii IX P. M. et A. Mai card. bybl. (1853-54).

1548 (olim 1497). Saec. XI in., membran., mm. 175 × 130, ff. 162 (+ 3ª. 55ª), linn. 17.

Evangelia cum titulis et sectionibus Eusebianis: [1] (ff. 5-89) Lucae, sectt. *τμβ'* (cc. IV, 16-V, 35 desiderantur, chartis quinque, ut vid., post 18 deperditis, XVII, 1-XXII, 1 [a vv. *δι' οὗ, ἔρχεται* ad vv. *αζύμων ἡ λεγομένη*] subplevit m. saec. XV, v. infra); praecurrunt (ff. 1ᵛ-3ᵛ) capitum tabula (von Soden, *Die Schriften des N. T.* I, 409-411), (ff. 3ª-4) Cosmae prohoemium (ib. 319, 8-10 et 21-38, deciderunt enim verba | *μένους αὐτὸς τάχιστα — ἀνέδραμε λέγων* ob f. 3ª, in facie recta evangelistae imaginem exhibens, fere totum barbare resectum) et (f. 4ᵛ) notitia + *τὸ κατὰ Λουκᾶν ἅγιον εὐαγγέλιον καὶ τῶν ἁγίων ἀποστόλων αἱ πράξεις. ὑπηγορεύθησαν ὑπὸ Πέτρου καὶ Παύλου τῶν ἀποστολων — συνεγράφη δὲ μετὰ ιε' χρόνους τῆς Χριστοῦ ἀναλήψεως: — ἐν Θήβαις ταῖς ἐν τῆι Εὐβοίαι*; [2] (ff. 92-160ᵛ) Iohannis, sectt. *σλβ'* (I, 1-14 deest, folio uno ante 92 deperdito, ad pericopen de muliere adultera [VIII, 3-11] notatur *τοῦτο τὸ κεφαλαιον ἐν πολλοῖς ἀντιγράφοις οὐ κεῖται. ἀπὸ τοῦ ἄγουσι δὲ οἱ γραμματεῖς. μεχρι τοῦ μὴκέτι ἁμάρτανε*); praeit capitum pinax (qui tamen fere effluxit, charta post 89, cuius in facie aversa Iohannis effigies exprimebatur, turpiter excisa) nec non (ff. 90-91) Cosmae prohoemium, quod (ista de causa) inc. mut. *ἐκεῖθεν γάρ* (von Soden I, 320 linn. 7-ima), subfiguntur vero (f. 161) ⟨*ἡ διδαχὴ τῶν Χερουβίμ*⟩ (*Τὰ δὲ δ' Χερουβὶμ. τὸ κατα Ματθαιον, ὅμοιον ἀνθρωπωι — αὕτη ἡ διδαχὴ τῶν Χερουβὶμ ἀμήν*), atque (ib.) notitia + *τὸ κατα 'Ιωαννην ἅγιον εὐαγγέλιον ἐν ἀρχη ἦν ὁ λογος κτλ. συνεγράφη ὑπ' αὐτοῦ τοῦ 'Ιωάννου. ὅτε ἦν ἐν ἐξορίαι ἐν Πάτμωι — μετὰ λβ' χρόνους τῆς Χριστου ἀναλήψεως.*

Subplementa ac *σφαλμάτων* medelae crebro marginibus iniciuntur, ipsius librarii manu sive in codice describendo sive postmodo addita, cum nigro pigmento praenarratas notitias de evangeliis chartis 4ᵛ et 161 inseruit, f. 50ᵛ et primam insequentis lineam (nescio qua de causa vacua relicta) subplevit, spiritus, adcentus, litteras conplures conrexit. Scholl. quinque brevissima (in Ioh. VII, 8, 11, 37 et 39 nec non XI, 9) invenies in ff. 113ᵛ, 115ᵛ, 116 et 128. Notae liturgicae saepe obcurrunt, et ipsae a librario, ni fallor, iniectae, si unam excipias marg. summo f. 7 adpictam.

Fasciculi, numero 22, quaterniones sunt, si 4, 7 ac supremum eximas, 7 folior., 17, 9 folior., nec non 11, binionem, tertii tamen chartae tres tantum modo relinquuntur, quinque aliis post f. 18, ut notavimus, decisis, decimi tertii septimum, proximi secundum folium avolsum; quos fasciculos nulla nullibi nota distinctos repperimus, omnibus forsitan propter librum inmodice demarginatum absumptis. Codex perscriptus ab uno eodemque viro, qui pigmentum adhibuit subflavum (praeter seriora additamenta et conrectiones, de quibus supra), litteras vero maioris moduli, capitum tabulas, titulos, notas liturgicas, capitum notas numerales (non autem sectionum Eusebianarum) minio delineavit. F. 5 *πύλη*, ipsius librarii calamo, ut mihi quidem vid., rubro flavoque colore exornata. Ff. 64-75 rudi ductu subplevit saec. XV Calaber sacerdos Nicolaus Perrett(i?), cf. f. 75v: *ἐτελ(ε)ώθ(η) τὸ λυπ(ον)* (intell. *λεῖπον*) *τουτ(ου) τοῦ βιβλίου δια χ(ει)ρ(ὸς) ἐμοῦ τοῦ ἀμαθ(οῦς) τλή-μ(ονος) / πρεσβ(υ)τ(έ)ρ(ον) Νικολ(άου) Περρετт. χώρας Βαδουλ(ά)τ(ου). ἐν μην(ὶ) φευ-ρουαρ(ίῳ) εις τ(ὰς) / θ̄· τῆς ιν δ(ικτιῶνος) ·β̄· ὁθεν πάντ(ες) ἀδελφ(οὶ)· μηκροὶ ται και μεγ(ά)λ(οι)· / [οἱ ἀ]ναγιν(ώ)σκωντ(ες) αὐτῷ· εὔχεσθαι καὶ μὴ κα<τα>ράσθαι· οτ(ι) ὁ γρα[φ]ον παρα<γρά>φη*. Qui Nicolaus (haud memoratus ap. Vogel-Gardthausen), bona cum venia Casparis Renati Gregory, Prolegomena in N. T. Tischendorfianum, p. 498, emendationes nullas reliquo libro iniecit (cf. supra). Liber iam umori aliquantisper circa margines obnoxius, nullo tamen scripturae detrimento.

F. 1 summo adglutinatur scidula mm. 31 × 75 cum inscript. *liber. 21. / X / Euangelia Lucę et Iohan. / Vetera* et, alia (?) manu, *fol. CLXJ*; inferius *·Φ· Βὶβλὶον ·κα̅· εὐαγ-γελισταριον / Λουκα καὶ Ιω(άν)νου: φιλλα ρξ̅α̅*. In media pag. *Collegii Graeci Catal: inscr: bibli:*, ad calcem denique nota *1497*, plumbo inducta; qua nota liber est insignitus post codices Graecorum Conlegii Athanasiani in Vaticanas aedes translatos. F. 89v possessionis notam (?) sedulo abrasam ne chemicorum quidem remediorum ope resuscitare contigit: initio videtur scriptum esse *τω παρών* (vel *ιερών*) *ευαγγελιων*, inferius *Νικο-λ(άου)* (an Perrettus? scriptura tamen differt). F. 91 inferne Fr. Accidae inscriptio graeca nuncupatoria ad Xystum V P. M. Eodem fol. av. manus perquam rudis saec. XV (?) iambos 9 inscripsit: + *Ὦ παντεποπτα δειμιουργὲ των ὧλον — ωπος σὸφήστό τη σι φηλανθρω-πία*. F. 161 a tergore versiculi *Ἡ τετρὰς ὧδε κτλ.* (von Soden I, 377), a codicis possessore saec. XII, ni fallor, iniecti, qui praeterea subiunxit *Σῶτερ δώρησαι τῷ κτισαμένω πόθω· / εὐρωστίαν ἄφεσιν ἀμπλακημάτων*. F. 162 e rationum libro (« un diplôme » [!] ap. Batiffol, loc. infra citando) decerptum nostroque codici pro custodia adglutinatum locorum virorumque nomina non nulla in utraque facie praebet, ex. gr. (f. 162) *sop(r)a le mura di Chanpiglia... /* (22 apr. 1437) *a Miss(e)r Nicholo di mis(e)r Lorenzo abate... / miss(er) Nicholo Adamello suo fratello... / ... di me Pi[etro?]... /* (22 apr. 1438) ... *e co(m)pag(ni) maest(ri) dele mura di Ca(m)piglia... /* (f. 162v)... *ale mura* (?) *di monte* (?) */ ... maiestro Antonio Tachon* (?). In eodem folio recto leges *monsig(no)r mio oss(ervantissi)mo, monsignor n(ost)ro amoreuolissimo*, et alia sine pretio, calami scil. temptamina.

Librum memorant Bianchini, Evangeliarium quadruplex, I, p. DV (scripturae specimen ib., tab. VI post pag. CDXCII), P. Batiffol, *La Vaticane depuis Paul III* in *Revue des questions historiques* XLV (1889), p. 186, A. Vaccari S. I., *La Grecia nell'Italia meridionale*, Orientalia christiana III, 3 (1925), pp. 305, 307 sq.; breviter describunt Gregory (sub num. 145) et von Soden (sub siglo ε 101).

Tegumentum viridi membrana coopertum exhibet in tabulis tesseras gentilicias

Pauli V P. M. et Scipionis Borghese card. bybl. (1609–18), dorso vero, *ἰδιοχρώμῳ* membrana refecto, scuta inpressa cernuntur Pii IX P. M. et Angeli Mai card. bybl. (1853–54).

1549. An. 1442 (ff. 1–154, cf. f. 154) et saec. XV med. (ff. 155–184), membran., mm. 183 × 125, ff. IV. 188, linn. 26–27.

Iohannis Becci patr. Constantinopolitani opera varia: [1] (ff. 1–32ᵛ) de unione Ecclesiarum, des. *εἰρήνην πραγματευσάμενοι· εἰς δόξαν πατρὸς κτλ.* (P. G. 141, 16–157); [2] (ff. 33–45) de pace ecclesiastica, recens. brevior, inc. *Ἦν ἂν μακάριον ἀληθῶς*, des. *ὅπερ ὁ λόγος ἡμῶν ἀποδεδειχώς, σιωπᾷ* (ex parte ibid. 925–941, et cf. V. Laurent, *Le cas de Photius et Jean XI Beccos* in *Échos d'Orient* XXIX [1930], pp. 397 sqq.); [3] ad Theodorum Sugdeae ep. (ff. 45ᵛ–54) lib. I (P. G., vol. cit., 289–309), (ff. 54ᵛ–61ᵛ) lib. II (ib. 309–324), (ff. 61ᵛ–68ᵛ) lib. III (ib. 324–337), cum scholiis tribus et animadversionibus conpluribus (quae omnia latine versa leguntur ad calcem editionis laudatae); [4] (ff. 69–115ᵛ) in Camateri animadversiones, usque ad vv. *παραδέξαιτο τὸ δι' υἱοῦ* (ib. 396...609 C 7), editis alioquin multo breviores (omm. enim ex. gr. vv. *υἱὸς ἐκ πατρὸς — τὸ πνεῦμά ἐστι* [413 A 12–D 4], illa *οἷον πᾶς ὁ ἀποστέλλων — πάλιν ἀπέστειλεν* [420 C 13–421 B 3] et *Σὺ μὲν οὖν — οὐ διαιρεθείς* [421 B 15–424 A 7] ac praesertim cc. 133–150 usque ad vv. *τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ* [581 B 8–608 D 6]; adverte insuper f. 87ᵛ verbis *οὐ πρὸς ἀντιδιαστολὴν ταῦτ' ἔλεγε τοῦ υἱοῦ* [ib. 441 B 4–5] scholion adscribi *Ὅτι δὲ τὸ παρ' αὐτοῦ τοῦ πατρὸς — καθάπερ ἀμέλει τὸ ἐκ τοῦ πατρός*, aliud brevius adpingi f. 108ᵛ); [5] (ff. 116–119ᵛ) de libris suis (ib. 1020–1028); [6] de depositione (ff. 120–130) oratio I (ib. 949–969) et (ff. 130–148ᵛ) or. II (ib. 969–1009); [7] (ff. 149–150) testamentum (ib. 1028–1032); [8] (ff. 150–152ᵛ) epistula ad Agallianum (ib. 276–281); [9] ad Constantinum (ff. 155–163) lib. I (ib. 337–356), (ff. 163ᵛ–170ᵛ) lib. II (ib. 356–372), (ff. 171–176) lib. III (ib. 372–384), cum animadversionibus duabus quas latine interpretatas invenies ad calc. editionis laudatae, (ff. 176ᵛ–181) lib. IV (ib. 384–396).

Iniciuntur praeterea (ff. 152ᵛ–153ᵛ) ⟨**Georgii Moschamparis** capita antirrhetica⟩ 8 et 20 ⟨in Iohannis Becci dogmata et scripta⟩ (cf. V. Laurent, *La vie et les œuvres de Georges Moschabar*, in *Échos d'Orient* XXVIII [1929], p. 153; id., art. supra laud., p. 401) et (f. 154) ⟨notatio historica de Photio eiusque schismate⟩, inc. *Ἐπὶ τῆς βασιλείας Μιχαὴλ υἱοῦ Θεοφίλου καὶ Θεοδώρας, Μεθόδιον τὸν πατριάρχην* (cod. *πνιαρ* with χ above!), *διαδέχεται Ἰγνάτιος*, des. *ἀναθέματι· καὶ αὐτὸς καὶ ὁ βασιλεὺς καθυποβέβληται*. Subditur (ff. 181ᵛ–184ᵛ) definitio concilii universalis Florentini (cf. Mansi XXXI, 1025–1040).

Praeter scholl. et animadversiones supra memoratas (nec non alias ineditas) obcurrunt in marginibus, ipsius librarii manu, lemmata, subplementa, illa ὅρα, σ^η etc. (quaedam latine ff. 16^v. 59^v. 60^v. 62^v).

Candidis membranis consartum fasciculi efficiunt undeviginti, quiniones (decimo sexto dum taxat excepto, binione), satis eleganti calamo descripti, graecis autem notis in ima ora primae ac supremae singulorum paginae usque ad ις' distincti, idque librarii manu, qui insuper prima verba unius cuiusque fasciculi marg. inf. paginae praecedentis in toto libro adpinxit. Custodiae loco binio singulus initio et in fine codicis adglutinatur. Ornamenta, tituli, lemmata et alia notabilia rubro colore aeque ac litterae grandioris moduli. F. 154 inferne ,αυμβ' ινδ(ικτιῶνος) ς'. μηνὸς ὀκτ(ωβ)ρ(ίου) κη'. Ff. I^v–IV. 154^v. 185-188^v pura. Chartarum acies croceo pigmento perlita.

F. I summo nota *1549*, paullo inferius et sinistrorsum *Z* vel *2* (nam utrumque legi quit), an nota qua liber signabatur in aliqua sylloge?

Codicem paucis sed egregie descripsit V. Laurent in dissert. *Le cas de Photius* etc. (v. supra), pp. 400 sq.; qui tamen (quem, licet catum, semel non adcidit halucinari?) librum bubulis exuviis conpactum curiose scrutatus officinar. chartariar. insignia nusquam obcurrere adnotavit.

Tabulae ligneae corio fusco signato saec. XV contectae clavorum fibularumque vestigia tantum retinent.

1550. Saec. XIV, chartac., mm. 200 × 140, ff. III. 17.

Ψηφάριον (f. 1 ἀρχὴ σὺν θεῷ τοῦ σοφωτάτου ψηφαρίου) sive tabulae ad artem calculatoriam pertinentes, in στάσεις 32 divisae. Inc. στάσις πρώτη ἡ σύνθεσις τῶν ἀριθμῶν: α α β, α β γ κτλ. (quae pone subiunguntur titulos prae se ferunt ἡ ἀφαίρεσις, ὁ πολλαπλασιασμός, αἱ εἰκοσάδες, αἱ ἑκατοντάδες etc.), des. στάσις λβ' περὶ κε: τῆς α κε, τῶν β ιγ τκε...... των α υ.

Libellum efficiunt quaterniones duo, quorum initio charta una et bifolium, alia charta in fine custodiae loco adcedit. Tabulae, quinis columnis plerumque digestae (inde a f. 10^v quaternis, a f. 14 trinis), taeniolis minio delineatis interdum exornantur; rubro sunt pariter colore tituli, numeri aliquot potiores, ornamenta non nulla tabulis insistentia (ff. 9. 9^v et 10). Officinae chartariae insigne (ferro mutilum, cf. ff. 3 + 4, 13 + 15): circuli duo linea transversa in crucem desinente secti (cf. Briquet nr. 3188). Chartae I^{r-v}. II^v–III^v. 17^{r-v} scriptione carent. Folior. acies flavo colore lita.

F. II summo num. *1550*, paullo inferius *1549* et *1578*, uterque lineola deletus. Ibid., m. ⟨L. Allatii⟩, *Calculatoria ars*.

Integumentum ex membrana ἰδιοχρώμοι flexibili ligaminum vestigia tantum modo retinet, dorso inscribitur derecte *Arithmetica* (litt quadr.).

1551. Saec. XVI med., chart., mm. 193 × 124, pp. VIII. 168, linn. 28.

1 (pp. 1–98) s. **Iohannis Chrysostomi** liber ad eos qui scandalizati sunt, ab edit. (P. G. 52, 479–528) non semel discrepans et in capita 24 digestus, quae lemmata distinguunt rubro colore, litteris autem ex parte quadratis exarata (*α΄ Ὅτι ἀναγκαῖον εἰπεῖν τὴν αἰτίαν, ἀφ᾽ ἧς τὸ σκάνδαλον ἐτέχθη... κδ΄ Ὅτι οἱ ταῦτα παρανομήσαντες, καὶ ἐντεῦθεν ἤδη δίκην διδόασιν*, latine tantum in ed. laud., sed interdum pleniora). Variantes lectiones marginibus ab ipso scriba saepe numero iniciuntur.

2 (pp. 99–159) **Georgii Trapezuntii** de processione Spiritus Sancti (P. G. 161, 769–828).

Manu ⟨Iohannis Honorii⟩ nostri, qua erat singulari peritia, descriptus, fasciculos haud enumeratos 14 conplectitur, terniones (primo solum modo excepto, quaternione), ultimi tamen ultima charta operculo post. int. glutine adhaerescit, initio vero custodiae loco binio praecurrit, cuius prima charta operculo ant. int. adglutinatur. Latis marginibus conspicuus, lemmata (ut iam notavimus), inscriptiones plagularum fastigiis adpictas, litteras grandioris moduli rubro delineata praebet, litteras autem initiales (pp. 1 et 99) auro perlitas. Parvi sed pulchelli ornatus (auro, purpura, caeruleo pigmento depicti) titulis inponuntur (ibid.); qui tituli partim quadratis litteris exarantur rubro et auro litis, partim minusculis rubris. P. 1 inf. Alexandri card. Farnese tesserae gentiliciae, auro atque coloribus adfabre decoratae, quas pone caeruleum pallium auro fimbriatum genioli duo (iam argento tacti) sustentant nec non vittam cum inscr. ὄλβιος ἀεί (litt. quadr. aur.). Subicitur tabella, caerulei pariter coloris aureoque limbo marginata, qua in legitur *Alex. Card. de Farnes. S. R. E. Vicecanc.*, aureis litt. iisque quadratis. Officinae chartariae signum unicum, ferro mutilatum, vidimus (ex. gr. pp. III sqq., 51 sqq.), sagittas nimirum duas decussatas, quibus iminet stella radiorum sex (cf. Briquet nr. 6299, qui tamen magnitudine differt). Pp. II–VII. 160–168 purae. Libri sectura inpressa et inaurata.

P. I superne *Emptus ex Libris Ill.^mi Lelij Ruini / episcopi Balneoregien(sis) / anno D(omi)ni 1622* (de quo, Polonorum ad regem Sigismundum III iam nuntio, conferre potes *Encyklopedyja powszechna*, XXII, Warszawa 1866, p. 487). P. VIII summa num. *1551* contentorumque indiculus, m. ⟨L. Allatii⟩.

Tegumentum corio rubro vestitum exhibet in dorso lilia Farnesiana quattuor, utramque tabulam taeniola circumit auro exornata liliisque ad angulos cum externos tum internos instructa, in medio verum, orbiculo conclusa, codicis obcurrit inscriptio litt. quadr. aur. *Ιωαν· / Χρυσοστ· / προς τους / σκανδαλι / σθεν· / και* (in tab. ant.) *Γεωρ. / Τραπεζ· / κατα / Γραικων*. (in tab. post.). Sericorum ligaminum caerulei coloris reliquiae tantum superant (libros Farnesianos non nullos decoro insignes amictu describit T. De Marinis, *Di alcune legature fatte per Paolo III, Alessandro e Ranuccio Farnese*, in *Scritti vari dedicati a Mario Armanni* etc., Milano 1938, pp. 37–48, sed illorum ornatus a nostri plus minusve discrepant).

1552 (olim 1503). Saec. XII, membran., mm. 190 × 149, ff. 40, linn. 27.

Euchologium in fine mutilum, *εὐχολόγιον σὺν θεῷ περιέχων καὶ τὸ ἀποστολοευαγγέλιον τοῦ ὅλου ἐνιαυτοῦ* cod.: [1] (ff. 1–2v) orationes lucernarii *α'–δ'*, *εὐχὴ τῆς εἰσόδου*, *ζ'* [*εἰς τὸ καταξίωσον* cod.], id. *τῆς κεφαλοκλισίας* (Goar, *Ευχολογιον* sive Rituale Graecorum etc., ed. Paris. 1647, pp. 35–36. 38–39. 37–40); [2] (ff. 2v–5v) id. id. officii aurorae (*α'–η'*. *ι'* [*τοῦ πεντηκοστοῦ ψαλμοῦ*], *ια'* [*εἰς τοὺς αἴνους*], *ιβ'* [*τῆς δοξολογίας*], oratio *τῆς κεφαλοκλισίας*, Goar 48–52 et 55); [3] (ff. 5v–6v) id. id. pervigilii (fere ut ap. A. Dmitrievskij, *Описаніе литургическихъ рукописей* etc., II, *Εὐχολόγια*, Kiev 1901, pp. 13...15, nisi quod oratio *τῆς ἀπολύσεως* omittitur, ceterae autem cum Cairino cod., cuius varietates ibid. adferuntur, uti plurimum conveniunt); [4] (ff. 6v–13v) id. id. *τῆς γονυκκλησίας* (!) die Pentecostes (Goar 754 lin. 18 a. i.–762); [5] (ff. 13v–17) officium aquae benedictae in ss. Theophaniis (Goar 453–460 lin. 17 a. i. circiter, sed pone troparium *Πρὸς τὴν φωνήν*, ib. 453, alia tria in cod. describuntur, nimirum *Τάδε λέγει κύριος πρὸς Ἰωάννην· προφῆτα δεῦρο...*, *Τα τῶν ἀγγέλων στρατεύματα· ἐξίσταντο...* et *Κύριε πληρῶσαι βουλόμενος* [cf. Dmitrievskij 156, nec non P. de Meester, *Liturgia bizantina* etc., Libro II, Parte VI, *Rituale-Benedizionale Bizantino*, Roma 1930, pp. 443 sq.], prophetia una tantum modo adfertur, nempe Isai. XII, *διακονικὰ* multo breviora quam in ed. obcurrunt, Sophronii oratio *Τριὰς ὑπερούσιε* desideratur, benedictionis aquarum denique formulam *Εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς κτλ.*, utpote *τὸν λατινισμὸν* redolentem, nescio quis bene delevit, quam venenorum adminiculo resuscitatam legere nobis contigit); [6] (ff. 17–20v) id. aquae benedictae minoris, *τροπάρια τοῦ ἁγιασμοῦ ψαλλόμενα τὰς ἀρχιμενίας τῶν μηνῶν* cod., ab ed. discrepans (cf. Goar 442 lin. 13–448; quae ibid. desunt troparia fere omnia reperies ap. Dmitrievskij 165); [7] (f. 20v) oratio ad cruce signandum puerum suscipientem nomen octava die nativitatis suae, *εὐχὴ α'* cod. (Goar 321): subicitur [8] (f. 21) ⟨id. in puerum quadragesimo die nativitatis suae⟩ (cf. Dmitrievskij 25 linn. 15–23 potius quam Goar 325); [9] (ff. 24 lin. 10–27) officium sancti baptismatis (cf. Goar 350–356 lin. 10), praecurrente (ff. 21–24 lin. 10) oratione ad faciendum catechumenum (ibid. 335–339); [10] (f. 27–27v) ablutio post sanctum baptisma (ib. 371 et 372 linn. 17–24); [11] (f. 27v) oratio in mulierem puerperam post quadraginta dies (cf. Dmitrievskij 176 sq.), *εὐχὴ εἰς τὸ σιβάσαι* (intell. *συβάσαι* i. e. *συμβιβάσαι*, cf. ib. 343) *γυναῖκα μ' ἡμερῶν εἰς τὴν ἐκκλησίαν*; [12] (ff. 27v–28) oratio in prima capillorum detonsione (cf. Dmitrievskij 55 sq., ubi tamen indigitatur *εὐχὴ εἰς τὸ κουρεῦσαι ἄνδρα τέλειον*), quam alia excipit *Σὲ ἱκετεύωμεν κύριε ὁ θεὸς τῆς σωτη-*

ρίας ἡμῶν· ὁ ἐκ τοῦ πληρώματος (Goar 375); [13] (f. 28–28v) ordo in sponsalibus, ed. brevior (cf. Goar 380–382 lin. 14 a. i. circiter, sed rubrica in fine multo magis convenit cum ea quam exhibet Dmitrievskij 341); [14] (ff. 29–30) officium coronationis nuptiarum, ed. (Goar 385–393 lin. 18 a. i.) multo brevius, omittit enim ex. gr. orationes Ὁ θεὸς ὁ ἄχραντος et Εὐλογητὸς εἶ κύριε (ib. 387 sqq.); [15] (f. 30–30v) oratio cum solvuntur coronae octava die, inc. Νυμφῶνα καταντήσαντες (Goar 4001 inn. 6–11); [16] (ff. 30v–31) id. ad spiritualem fraternitatem ineundam (cf. Dmitrievskij 466 lin. 3 a. i.–467 lin. 7); subnectitur alia τῆς κεφαλοκλισίας, ed. (Goar 899 linn. 24 a. i.–10 a. i.) in fine amplior; [17] (f. 31–31v) ordo servari solitus si contigerit aliquid exsecrandum aut inmundum in vini, olei aut alterius cuiuscumque speciei vas incidisse, cum orat. Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ ὁ θεός ἡμῶν· ὁ εν τῇ ἐνσάρκῳ σου οἰκονομίᾳ (Goar 603, rubricae vero magis adcedunt ad recensionem codicum Barberin. et Crypten. ibid. [602] laudator., cf. quoque ex. gr. Dmitrievskij 217 sq., 252 etc.); [18] (ff. 31v–32) id. solitus observari si contigerit aliquod exsecrandum, qualecumque illud sit, in aquae puteum incidisse, cum orat. Ὁ θεὸς ὁ μεγας καὶ θαυμαστὸς tantum (cf. Goar 597 sq.); [19] (f. 32) oratio super vase coinquinato (Dmitrievskij 468 linn. 2–10); [20] (f. 32–32v) id. super exsecrandos et vetitos cibos comedentes (Goar 670); [21] (f. 32v) id. pro illis qui in cibis scandalum passi sunt (Goar 671); [22] (f. 33–33v) id. super christianos qui abnegarunt Gentilium errore seducti, reversi sunt autem et ad ecclesiam confugerunt (Goar 878 lin. 23 a. i.–879 lin. 15), brevi rubrica praemissa; [23] (ff. 33v–34v) qua ratione ex haeresibus in sanctam Dei catholicam Ecclesiam remigrantes suscipere oporteat (cf. Goar 883–884 lin. 14 a. i.); [24] (ff. 34v–35) oratio ad adoptionem obeundam (Goar 706 lin. 18 a. i.–707 lin. 4), εἰς τὸ ἔπαραι παῖδα ἀπὸ τὴν ἐκκλησίαν cod. (cf. Dmitrievskij 32, 180 etc.), subfixa rubrica Καὶ μετὰ τὴν εὐχὴν ποιεῖ αὐτοῦς πρὸσκυνεῖν τὸ ἅγιον ευαγγέλιον· καὶ ἀσπᾶσασθαι πρῶτον ὁ πνευματικὸς πατὴρ· εἶτα ὁ πνευματικὸς υἱὸς: καὶ μετὰ τούτο ὁ λαὸς ἅπας ἀμφοτέρους κτλ.; [25] (f. 35) id. pro crucis defixione, ed. (Goar 610) multo brevior (cf. Dmitrievskij 123); [26] (ib.) id. in fundamento ecclesiae ponendo (Goar 606 sq.); [27] (ff. 35–36) ordo in dedicatione templi, ed. (Goar 832 sqq.), multo brevior, exhibet enim duas tantum orationes, i. e. Κύριε ὁ θεὸς ὁ σωτὴρ ἡμῶν· ὁ πάντα ποιῶν (ib. 834) nec non Δέσποτα κύριε Ἰησοῦ Χριστέ ὁ θεὸς ἡμῶν· ὁ τῷ κορυφαίῳ σου τὸν ἀπὸστόλων Πέτρῳ φήσας· τὸ, ὅτι συ εἶ Πέτρος — ἀπὸ πάσης ἐπιβουλῆς τοῦ ἀντικειμένου· ἵνα καὶ δι αὐτῶν καὶ πάντων ἡμῶν· δοξαζεταί σου τὸ πανἅγιον ὄνομα· τοῦ πατρὸς κτλ. (haec post prima vv. omnino differt ab ed. apud Dmi-

trievskij 114 linn. 11 a. i. sqq.); [28] (f. 36) oratio in ordinatione lectoris (Goar 233); [29] (f. 36–36v) id. ad faciendum ecclesiarcham (Dmitrievskij 1053 linn. 11–14); [30] (f. 36v) id. in fundamento domus ponendo (cf. Goar 604 sq.); [31] (ff. 36v–37) id. ad ⟨novam⟩ domum benedicendam, ed. (Dmitrievskij 470 linn. 14–21) plenior; [32] (f. 37) id. super paenitentes, ed. (Goar 673 linn. 3–20) brevior; [33] (ibid.) id. super confessos (Goar 674); [34] (f. 37–37v) id. in animam iudicandam (Goar 741 linn. 3–17); [35] (f. 37v) id. in pluviae penuria (Goar 776); [36] (ff. 37v–38) id. in supplicatione propter metum (Goar 810 linn. 10 a. i.–ima); [37] (f. 38) id. in messe, inc. Ἅγιε ἁγίων κύριε· ὁ αγαγῶν ἡμᾶς, cod. εὐχῇ ἐπὶ σπόρου, err. (cf. Dmitrievskij 73, ubi tamen in fine multo est amplior). [38] (f. 38–38v) id. id. (Goar 657); [39] (f. 38v) id. pro vindemia, ed. (Goar 693) brevior (fere ut ap. Dmitrievskij 1021); [40] (ibid.) id. ad uvam benedicendam (cf. Goar 695 nec non Dmitrievskij 47 et 1021); [41] (ff. 38v–39) id. pro offerentibus fructum novum (Goar 655, et cf. Io. Mercati, *Una preghiera antichissima degli eucologî medievali* in *Alcuni scritti e brevi saggi di studii sulla Volgata pubblicati in occasione del cinquantenario monastico di S. E. il card. Gasquet*, Romae 1917, pp. 69–75 [= *Op. minori* IV, 7–15]); [42] (f. 39) id. ad caulam benedicendam, εἰς ποίμνην κτινῶν cod., ed. (Goar 743) multo brevior; [43] (f. 39–39v) id. ad collyba in memoriam sanctorum vel mortuorum benedicenda (cf. Goar 658); [44] (f. 39v) id. in fluxum seminis per somnium, ed. (Goar 663 sq.) amplior (cf. quoque ibid. 894); [45] (f. 40) id. ante s. communionem, ab ed. (Ὡρολόγιον το μεγα, Romae 1876, p. 319) diversa, inc. Πιστεύω κύριε καὶ ὁμολογῶ· ὅτι σὺ εἶ ὁ Χριστὸς... ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου· καὶ βοήθει μου τῇ ἀπιστείᾳ κτλ.; [46] (ibid.) id. ad benedicendas carnium escas die Paschae (cf. Goar 713); [47] (f. 40–40v) id. εἰς τὸ στῆσαι τοξάριον πλήου (l. πλοίου) (Dmitrievskij 413); [48] (f. 40v) id. pro navigaturo, εἰς τὸ κατᾶσπᾶσαι πλοῖον cod. (ut ibid. 57 linn. 5 a. i. et sqq.), praemissa rubrica; [49] (ibid.) id. pro conpingenda nave, εἰς τὸ κατὰσπάσαι πλοίον cod., ed. (Goar 703) brevior (fere ut ap. Dmitrievskij 767 sq.).

Rudi calamo nigroque liquore conscriptus (litterae vero grandioris moduli, titulus ornamentumque f. 1 minio delineantur), quaterniones 5 conplectitur, in ang. sup. ext. primae singulorum paginae duplici serie graeca nescio a quibus distinctos, ex antiquiore tamen, margine nimium decurtato, nota ε′ dum taxat superat. Τὸ κείμενον, parum tenaci atramento exaratum, udori iam obnoxium, usu multo adtritum, fere interdum effluxit (cf. ff. 8v. 9. 16v. 17 etc.).

F. 1 in marg. summo *Collegii Grae[c]i catal: in⟨s⟩cri: biblio:*, ib. in ima ora numerus codicis antiquior *1503*, plumbo deletus.

Codicem paucis memorant P. Batiffol, *La Vaticane depuis Paul III* in *Revue des questions historiques* XLV (1889), p. 191, qui iure, ut mihi quidem videtur, australis Italiae in finibus descriptum autumat (cf. supra, ad nr. 5), et Io. Mercati, op. laud., qui (nescio an recte) saeculo XIII tribuit.

Integumentum prasina membrana obductum exhibet in tabulis tesseras gentilicias Pauli V P. M. et Scipionis Borghese card. bybl. (1609–18), dorsum ἰδιοχρώμῳ membrana superiori saeculo refectum est.

1553. Saec. X, membran., mm. 195 × 160, ff. IV. 282 (I–III. 281–282 chart.), linn. 23–24.

s. **Iohannis Damasceni** sacrorum parallelorum (quae vulgo dicuntur) lib. II, *Λεοντίου πρεσβυτέρου καὶ Ἰωάννου τῶν ἱερῶν· βιβλίον δεύτερον* cod. (de hac recens. cf. K. Holl, *Die Sacra parallela des Johannes Damascenus* in *Texte u. Untersuch.*, N. F., Bd. I, 1 [1897], pp. 176 sqq., nec non eiusdem *Fragmente vornicänischer Kirchenväter aus den Sacra parallela*, ib., Bd. V, 2 [1899], pp. [v] sqq.; Patrum reliquias ineditas iam e libro nostro excerpserat A. Mai in Scriptorum veterum novae collectionis vol. VII, pp. 83-109 [= P. G. 86, 2, 2034–2100]). Fasciculis incertum quot post chartam 205 deperditis, haud pauci *τίτλοι* desiderantur in *στοιχείοις M–N*, i. e. *περὶ μυστηρίων καὶ τῶν ἐκφερομυθούντων μυστήρια — περὶ νεογάμων* (cf. indicem infra citandum, ff. 9ᵛ–10ᵛ).

Antecedunt (f. 1) praefatiuncula (Mai, op. laud., p. 74 = P. G., vol. adl. [2017]) et (ff. 1–19) *οἱ τίτλοι τῶν στοιχείων* sive capitum tabula (Mai 74–82 = Migne [2017]–2034).

Non admodum eleganti ductu exaratus, αὐτοφυεῖ tamen fucatamque antiquitatem minime redolente (ut Karolum Holl, *Die Sacra parallela* etc., p. 189, saec. XII–XIII post alios tribuentem vel prima fronte longius a recto aberrasse fatearis), vel eiusdem librarii calamum prodit a quo chartae 1–168 Prophetarum codicis Vaticani 2067, saeculo prorsus decimo (teste gravissimo Alafrido Rahlfs, *Verzeichnis d. griech. Hss. des A. T.*, p. 270), vel saltem eidem proximi in Italia inferiori descriptae sunt (de libro Vat. 2067 cf. quoque P. Batiffol, *L'abbaye de Rossano*, pp. 63 et 101; Bianchini, Evangeliarium quadruplex I [1749], pp. DXII–DXIV et tab. II post DV). Scholia (τῷ κειμένῳ numquam non intermixta), lemmata, titulorum indices litteris uncialibus parvis, minusculis cetera exarantur, sed cursivae quae dicitur scripturae haud pauca vestigia fere ubique retinentibus (cf. tamen ff. 36. 39ᵛ. 83ᵛ. 131ᵛ etc.), omnia subflavo pigmento. E litteris vel nexibus insolentioris formae indicasse sufficiat ερ et ψ (omnino ut in cod. 2067 laud.); spirituum forma semper angulata. F. 1 sat rudis ornatus eodem quo textus pigmento descriptus (minime cinnabari) titulo superinponitur (non autem titulum circumcludit, cf. quae somniavit Hollius, op. cit. p. 191). Fasciculi 36 obcurrunt, quaterniones uti plurimum (1. 28 quiniones, sed utriusque supremum folium excisum est, in 26 chartae 7–8 effluxerunt, 27

ternio, 36 binio; aliter, sed perperam, ap. Hollium, p. 189). Custodiae loco folia tria initio, duo in fine adcedunt. Plagulae conplures remediis chemicis (*noce di galla*) ad scripturam evanidam resuscitandam ab A. Maio obfusae atque conspurcatae; qui insuper ubi singula Patrum excerpta iam edita invenirentur saepius monuit (cf. f. 201). Libri sectio croceo liquore tincta.

F. I[v] summo, m. ⟨L. Allatii⟩ notatur *1553 / Leontij* (*Leonty* Hollius, p. 192!) *Presbyteri et Ioannis / Sacrorum liber 2[us]*. F. IV medio + *πᾶν ῥῆμα· ὃ ἐγὼ ἐντέλλομαί σοι σήμερον* (*ποιεῖν* Hollius, ibid.!) *τοῦτο φυλάξει ποιεῖν· οὐ προσθήσης ἐπ αυτῶ. οὐδὲ ἀφελεῖς ἀπ' αὐτοῦ* (Deut. XII, 32), quae vv., m. saec. XII iniecta, perperam Hollius (ibid.) ipsius librarii calamo tribuit, illa vero + *καὶ εἶδεν ἡ γυνὴ, ὅτι καλὸν — τῶ ἀνδρὶ αὐτῆς· καὶ ἔφαγον* (Gen. III, 6–7) paullo superius ab eodem adnotatore inserta (alio licet pigmento crassiorique harundine), seriori, XIV nimirum saeculi, adsignat. Ibid. superne, m. saec. XII (Hollius «Renaissanceminuskel», ib.!), *beatus uir qui non* (*abiit* etc.), initium videl. psalmi I (Hollius legit *beati io⟨h⟩nnis* [sic]). F. IV[v] *Τοῦτο τὸ βιβλίον ἦν τῆς μονῆς τῆς Κρυπτωφέρρης* atque superius *n.° 58̂*, quo numero codex distinguebatur in bybliotheca Cryptense (iteratur summo in marg. folii 1). F. 1 imo alia nota Cryptensis *AK* nec non animadversio litteris uncialibus rubris vel ab ipso librario (ut mihi quidem veri simillimum videtur) vel a coaevo quodam adpicta: *ἔχει ἡ δέλτος αὔτη φύλλα σϘ' διακόσια ἐνενήκοντα: θ ἐξ αὐτῶν ἄξυστα* (ultima verba Hollius, p. 190, ad chartas scriptura vacantes quae olim forsitan libri in fine obcurrebant, nescio an merito, refert).

Codicis anxiam et minutam enarrationem leges ap. Hollium, *Die Sacra parallela* etc., pp. 189–192, sed tot tantisque *σφάλμασι* dehonestatam, ut eam iure ipsius adversus Leopoldum Cohn verbis dicere possis: «Der Einfall einer unglücklichen Stunde» (*Fragmente vornicänischer Kirchenväter*, p. IX). Memoraverunt dumtaxat: A. Mai, Scriptorum veterum nova collectio, I[1], Romae 1825, p. LIIII (saec. XII–XIII adsignat); J. B. Pitra, Analecta sacra II, 1 sq. (quem alibi [Anal. III 538] librum saec. XI tribuisse iniuria contendit F. Loofs, *Studien über die dem Johannes von Damaskus zugeschriebenen Parallelen*, Halle a. S., 1892, p. 10); P. Wendland, *Neu entdeckte Fragmente Philos*, Berlin 1891, p. 18; P. Batiffol, *La Vaticane depuis Paul III* in *Revue des questions historiques* XLV (1889), pp. 209 n. 3 et 212, ubi codices nostrum et 1591 ab uno eodemque calamo, licet «(avec) quelques scrupules», fluxisse opinatur (vix credas gemino gaudentem obtutu ita iudicare potuisse) eandemque manum in aliis multis codicibus iam Patiriensibus a se vestigatis obcurrere dicit (ingenue fateor ex his, cfr. *L'abbaye de Rossano*, pp. 48–65, unum 2067 laud. reperire mihi contigisse).

Tabulae, rubro tergore amictae, scuta prae se ferunt Gregorii XV P. M. nec non Scipionis Cobelluzi card. bybl. (1618–1626); fibularum reliquiae tantum modo superant.

1554. Saec. XII, membran., mm. 195 × 135, ff. II. 214 (+ 181[a]), linn. 20–21.

Euchologium italo-graecum: [1] (ff. 3–22) liturgia s. **Iohannis Chrysostomi** * (cf. Swainson, *The greek Liturgies* etc., pp. [101] sqq.). Inc. *μετα τὸ ἐνδύσασθαι τὸν ιερέα· βαλῶν μετανοίας γ' ἔνπροσθεν τῆς αγιας τραπέζης και προσκυνῶν· εὐθεως ἄρχεται προσκομίζων τὸν ἄρτον σταυρωιδῶς λέγων· Θύεται ὁ*

υιος καὶ λόγος τοῦ θεοῦ κτλ., des. Καὶ ευθεως (i. e. post orationem Τὸ πλήρωμα τοῦ νόμου quae recitatur ἐν τῷ σκευοφυλακίῳ, cf. Swainson 143) σφραγίζει τὸν λαὸν ὁ ιέρευς λεγων· Εὐλογία κυριου ἐσταὶ ἐφ ἡμᾶς πάντοτε· νῦν κτλ. F. 11, absoluta praecatione Οὐδεὶς ἄξιος τῶν συνδεδεμένων (Swainson 122 sq.), praescribitur manuum ablutio cum versiculis Νίψομε ἐν αθοεις etc. ut in cod. a B. Falasca nuncupato (C apud Swainson, et cf. Goar, Ευχολογιον sive Rituale Graecorum etc., Parisiis 1647, p. 102): quo cum noster et in aliis quibusdam (nec mirum) consentit, puta in adsignando megalynario Χαῖρε καὶχαριτομένη Μαρία (pro vulgato Ἄξιόν ἐστιν) inque conmemoratione τῶν τιμίων ἀσωματων ἐπουρανίων δυνάμεων ante s. Iohannis Baptistae in proxima oratione. [2] (ff. 23-38v) liturgia s. **Basilii Magni** *. Inc. Ευχη κατήχουμένων πρῶ της αγιας ἀναφορᾶς· Κυριε ὁ θεος ἡμῶν ὁ εν ουρανοις κατοίκῶν (cf. Swainson 156), des. καὶ πᾶσι τοῖς δεομένοις τῆς σῆς βοηθείας ἐπικούρησον· ὅτι σὺ εἶ ὁ δωτὴρ τῶν ἀγαθῶν· καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπωμεν κτλ. in oratione ὀπισθαμβώνω (a vulgata diversa) quae inc. Ο θυσίαν αἰνέσεως· καὶ λατρείαν εὐάρεστον (cf. M. I. Orlov, *Литургія св. Василія Великаго*, S.-Peterburg 1909, pp. 364-366). Subicitur librarii subscriptio litteris cryptographicis quae dicuntur expressa + εγράφει χειρὶ πρεσβητέρω Ιώάννω (sic) ἀμην' (sic). [3] (ff. 39-47) liturgia praesanctificatorum (cf. Swainson [175] sqq.). Notandum est psalmo Κύριε ἐκέκραξα pulchra subici ⟨ὑποψάλματα⟩ sive responsa pro diversis hebdomadae diebus (cf. N. Borgia, Ωρολογιον, etc., Orientalia christiana XVI, 2 [1929], pp. 19 n. 1, 22 sq. ac praesertim 65 sq.), orationes autem τοῦ χερουβικου et τοῦ σκευωφυλακιου (missarum in fine) cum recens. codicis Falascae omnino convenire (cf. Goar 203 col. sin. linn. 3-24 et 204 col. sin. lin. 29 — col. dext. lin. 2). [4] (ff. 47v-54) officium matutini (oratio θ' desideratur, cf. Goar 55 n. *f*, ⟨ἡ ἀπόλυσις⟩ vero inc. Τᾶς ἑώθινᾶς ἡμῶν εὐχᾶς πρόσδεξαι δέσποτα εἰς τὴν ἐπουρανιων σου βασιλείαν, des. καὶ πάντων τῶν ἁγίων σου). [5] (ff. 54v-56) officium lucernarii (ex orationibus inveniuntur α'-β' Goarii nec non τῆς εἰσόδου et ⟨τῆς κεφαλοκλισίας⟩, cf. ib. 35-36. 38-39 et 40). [6] (ff. 56v-70v) officium aquae benedictae in ss. Theophaniis (cfr. Goar 453-460). Tropariis Φωνὴ κυριου επὶ τῶν ὑδάτων et Πρὸς τὴν φωνὴν τοῦ βοῶντος adcedunt stichèra Ἐβόα Ιώάννης nec non Δεῦτε μιμησῶμεθα (F. C. Conybeare etc., Rituale Armenorum, Oxford 1905, p. 422), prophetia secunda tertiae respondet editor., pro tertia autem Isai. I, 16-20 exhibetur, pro evangelio Luc. III, 1-18 (cf. De Meester, *Liturgia bizantina* etc., Libro II, parte VI, *Rituale-Benedizionale Bizantino*, Roma 1930, p. 445: marginibus tamen f. 61v manu perquam rudi saec. XIV-XV Marci pericope vulgata inseritur), preces non nullae diaconales cum Euchol. Barb. conveniunt (Conybeare 415), quibus absolutis

⟨sacerdos⟩ *αρχεται λαμπρᾶ τῇ φωνῇ: Δόξα σοι Χριστε ὁ θεος ἡμῶν* ut in Crypt. *Γ. β.* 10 (Conybeare 424); subduntur, eodem ordine quo in Euchol. Barber., orationes *Τριὰς ἄκτιστε* et *Εὐλογειτὸς κυριος ὁ θεος* (Conybeare 417, sed in cod. formulae verbo *Σήμερον* incipientes, 30 numero, ab ed. ib. vel 425 sq., 428 sq., 432–34 saepe differunt), post immersionem denique *τῶν ἐγκολπίων* (cf. De Meester 452), dum populus aspergitur, troparia canuntur *Φωνῇ κυριου ἐπὶ τῶν ὑδάτων* (bis), *Αἱ πηγαὶ τῶν ὑδάτων* (cf. Dmitrievskij 330 et 682 sq.) nec non vulgatum *Ἀνύμνήσωμεν οἱ πιστοί* (Goar 460). [7] (ff. 70v–71v) oratio ad cruce signandum puerum octava die nativitatis suae (Goar 321 linn. 13–28). [8] (f. 71v) id. in puero templo praesentando quadragesima die (Dmitrievskij 25). [9] (ff. 72–78) id. ad faciendum catechumenum (Goar 334–339), quam sequitur, nulla facta distinctione, [10] (ff. 78–84v) ⟨officium sancti baptismi⟩ (cf. Goar 350–356: post unctionem sacro chrismate praescribitur oratio *Παντοδύναμε παντοκράτωρ* [Dmitrievskij 235], qua cum officium clauditur). [11] (ff. 84v–85) oratio ablutionis post sanctum baptisma, *ευχη εις το ἀποκουκουλλῶσαι παιδια* (Dmitrievskij 79 sq., et cf. Goar 371, ubi tamen non parum differt). [12] (f. 85–85v) alia id. id., *εἰς το ἀπολουσαι παιδια* cod. (cf. Goar 372 linn. 2–12). [13] (ff. 85v–86) in prima capillorum detonsione orationes duae (Goar 375, sed altera fere iisdem varietatibus distinguitur ac recensio quam ed. Dmitrievskij 55). [14] (f. 86v) oratio in mulierem puerperam post XL dies (cf. Dmitrievskij 53). [15] (f. 87) alia id. id. (cf. Dmitrievskij 91). [16] (ff. 87v–88) **Methodii** patr. Cpolitani de iis qui abnegarunt etc., ab ed. (Goar 876) praesertim in fine discrepans, subfixis (f. 88–88v) orationibus *Ὁ θεος ὁ σωτηρ ἡμῶν· ὁ βουλόμενος* et *Κυριε ὁ θεος ἡμῶν· ὁ καταξιώσας τέλειον* (cf. ib. 884). [17] (ff. 88v–89) ordo in sponsalibus, ed. (cf. Goar 380–382 lin. 18) brevior. [18] (ff. 89v–98) officium coronationis, ab edd. (ib. 385–396 et Dmitrievskij pass.) plus minusve diversum (orationes obcurrunt *Πάνσοφε δέσποτα Χριστὲ ὁ θεος ἡμων· ὁ τῶν οὐρανων στερεώσας*, *Ὁ μόνος ἐκ μόνου ἀνάρχου θεου πατρος γεννηθεὶς* [hae duae ineditae videntur], *Στεφάνωσον αὐτούς* [cf. Goar 396], *Ἐπικαλούμεθα σε κυριε ὁ θεος ὁ παντοκράτωρ* [cf. Dmitrievskij 464 sq.], *Κύριε ὁ θεος ἡμῶν, ὁ πρόθεσιν ποιήσας* [*τοῦ κοινοῦ ποτηρίου*; an inedita?], *Κύριε ὁ θεος ἡμῶν· ὁ ἐν τῇ σωτηριώδη σου οἰκονομία*). [19] (f. 98–98v) oratio pro solvendis coronis ⟨octavo die⟩ (cf. Goar 400). [20] (ff. 98v–99) id. ad palmas benedicendas (Goar 744 linn. 4–23), in marg., manu, ut vid., saeculi XIV, *ὁρασζιόνε πε λα πάλμε* (hanc et huius modi inscriptiunculas, quae infra exscribuntur, chemicorum tantum remediorum adminiculo saepe legere contigit). [21] (f. 99–99v) id. ad benedicenda ova et caseum, ed. (Goar 713) brevior, in marg. *ὁρασζιόνε δε κάσου εδ ὄβε*.

²² (f. 99ᵛ) id. pro agnum offerentibus (Goar 714), in marg. *ορ. δελ αγγιέλλου.* ²³ (ff. 99ᵛ–100) id. pro offerentibus fructum novum (cf. Goar 655 et Io. Mercati, *Una preghiera antichissima degli eucologî medievali*, in *Alcuni scritti e brevi saggi di studii sulla Volgata pubblicati in occasione del cinquantenario monastico di S. E. il card. Gasquet*, Roma 1917, pp. 69–75 [= *Op. minori* IV, 7–15]), in marg. *ορ. δε φροὺττι νόβι.* ²⁴ (f. 100) id. pro offerentibus primitias (Goar 655), in marg. *ὁρασζιόνε δε φρούττι.* ²⁵ (f. 100ᵛ) id. in uvae delibatione (Goar 695), in marg. *ορ. δὲ ούβα ὁ ρασζίνα.* ²⁶ (ff. 100ᵛ–101) id. in liberatione servi, inc. *Μεγάλη ἡ τοῦ θεου φιλανθρωπια* (negligenter ed. A. I. Almazov, *Къ исторіи молитвъ на разные случаи* in *Лѣтопись истор.-филол. общ. при Имп. Новоросс. Универс.* VI [*Визант. отдѣл.* III], p. 417 sq.). ²⁷ (f. 101–101ᵛ) id. in animam iudicandam (Goar 741), in marg. *ορ. κονάνδου τραπάσσα λ ἀνιμα.* ²⁸ (ff. 101ᵛ–102) id. colyborum, *μνίας ἁγίων* add. cod., ed. (Goar 658) in fine brevior, in marg. [*ὀρ.*] *ἄλλου γράνου* [*δὲ*] *σαντι.* ²⁹ (f. 102–102ᵛ) id. in processione quovis metu incumbente, inc. *Δεόμεθά σου, κυριε ὁ θεος ἡμῶν, φύσαι ἡμῶν τοῦ σοῦ πλάσματος,* des. *καὶ ἀνεκδιήγείτων ἀγαθῶν. Ὅτι ἐλεήμων κτλ.*; in marg. *ορ. ἁ λλιτανία δε τιμόρε δε δδήου.* ³⁰ (ff. 102ᵛ–104) orationes duae in pluviae penuria (Goar 776–777 lin. 28), in marg. *ορ. κουανδου νον κιόβε.* ³¹ (f. 104–104ᵛ) oratio pro crucis defixione (ib. 610), in marg. *ορ. κονάνδου σε φὰ λα κέσια.* ³² (f. 104ᵛ) id. in fundamento ecclesiae ponendo (ib. 606 sq.), in marg. *ορ⟨α⟩σζιονε ἁ πεδεμέντου λε κέσι.* ³³ (ff. 104ᵛ–105) id. in inauguratione sacelli sub titulo alicuius martyris, prophetae vel iusti, inc. *Κυριε βασιλευς ἅγιε παντοκράτωρ· ὁ πάσης ἀγαθοσύνης δωτήρ,* des. *εἰς ἀντίληψιν καὶ σωτηριαν τῶν δεομένων· ὅτι πρέπει κτλ.* ³⁴ (f. 105–105ᵛ) id. in fundamento domus ponendo (cf. Goar 604 sq.), in marg. *ορ. ἁ πεδεμεντ ...* ³⁵ (ff. 105ᵛ–106) id. cum aliquis domum novam ad habitandum ingressurus est (Dmitrievskij 470, linn. 6–12), in marg. *ορ. δε βενεδίρε* [*λα*] *κάσα.* ³⁶ (f. 106–106ᵛ) id. ante prandium (Goar 716), in marg. *ορ. κουάνδου σε δίβε τσινάρε.* ³⁷ (f. 106ᵛ) id. postquam e mensa surrexeris (ib.), in marg. *ορ. δε πὸϊ σζίνα.* ³⁸ (ff. 106ᵛ–107) id. ante somnium, inc. *Δὸς ἡμῖν δέσποτα ὁ θεος τῇ πρεσβείᾳ,* des. *παννύχιον ὑμνεῖν τὴν σὴν δοξολογίαν· ὅπως ὑπο τοῦ κράτους σου κτλ.*; pone titulum *ορ. κουὰνδου βαϊ ἁ δορμίρε.* ³⁹ (f. 107) id. post somnium, inc. *Δόξα σοι βασιλεῦς κτίστα θεὲ πατερ,* des. *ἵνα δοξάζωμεν τὸν ἐν πατρι καὶ πνευματι κτλ.* (cf. Dmitrievskij 1008); in marg. *ορ. δὲ πὸϊ δουρμίρε.* ⁴⁰ (f. 107–107ᵛ) id. super proficiscentes (ib. 33), in marg. *ορ. κουανδου* [*σ*]*ε μέττε ἰν καμίνου.* ⁴¹ (ff. 107ᵛ–108) id. pro navigaturo (Goar 869: post orationem absolutam sacerdos navem ingreditur turibulum gestans psalmumque recitat 120, cf. de Meester, op. laud. 351 sq.), in marg. *ορ. κουάνδου*

βόϊ ναβηκάρε. [42] (f. 108–108v) id. ad retia benedicenda, *εἰς ἄγραν ἰχθύων* cod. (Dmitrievskij 287), in marg. *ορ. ἀ κράσζια δὲ πίσσ[ι].* [43] (ff. 108v–109) id. super exsecrandos et vetitos cibos comedentes, inc. *Ἅγιε ἁγίων, ὁ ἐν ἁγίοις ἀναπαυόμενος* (cf. Goar 670, ubi tamen, initio praesertim, discrepat). [44] (f. 109–109v) id. pro illis qui in cibis scandalum passi sunt (ib. 671), in marg. *ὀρ. δε κι .... σζιάτου .... δεττα.* [45] (f. 109v) id. super proclive iurantes (ib. 669 sq.), in marg. *ὀρ. ἀ κυ βολοντερούσαμέντε α σζιουράτου.* [46] (ff. 109v–110) id. in fratrem turpi somnio pollutum, ed. (ib. 894) multo brevior in marg. *ορ. κουάνδου σε σόινα λου φράτε.* [47] (f. 110–110v) id. ad caulam benedicendam, *επι καμπανισμου κτηνων* cod. inc. *Δέσποτα ὁ θεος, ὁ παντοκράτωρ, ὁ πατηρ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησου Χριστου· ὁ ἔχων ἐξουσίαν πάσης κτίσεως ... διασωσον τὰ κτήνη ταῦτα,* des. *ευλογίαν τῷ κυρίῳ αὐτῶν ἐπιχωρήγισον, δια τοῦ μονογενοῦς κτλ.* (omnino differt ab illa similis initii ap. Goar 743), in marg. *ὀρ. κουὰνδου σε π .... νου λε ββέστιε.* [48] (f. 110v) id. in plantanda vinea, inc. *Σὺ εἶ Χριστὲ ἡ ἄμπελος,* des. *χαλάζης· φερομένης βιαίως, ὅτι σὸν τὸ κράτος κτλ.*, ed. (Goar 692 et Dmitrievskij 1021) multo brevior, in marg. *ορ. κουάνδου σε κιάντα λα βίγγια.* [49] (ff. 110v–111) id. pro vino benedicendo, inc. *Δέσποτα κύριε ὁ θεος ἡμῶν, δεόμεθα καὶ παρακαλοῦμεν σε τὸν οἶνον τοῦτον,* des. *καταβαίνων παρα σοῦ τοῦ πατρος τῶν φώτων· οτι πρεπει;* in marg. *κουάνδου σε βενεδίσζε λου βίνου.* [50] (f. 111–111v) id. cum *ὁ ἔγκλειστος* cellam ingreditur (Dmitrievskij 32), in marg. *ὀρ. κουάνδου σύνου φράτε ἴντρα πρι ... ἀλλα σζέλλα.* [51] (ff. 111v–112v) officium ad spiritualem fraternitatem obeundam, in marg. *ουφίσζιου κουάνδου σε φάννου φράτι σζουράτι;* rubricae atque *τὰ εἰρηνικὰ* differunt ab edd. (cf. Goar 898 sq.), orationes autem ponuntur *Κυριε ὁ θεὸς ὁ ἐν ὑψιλοῖς κατοικῶν, καὶ τὰ ταπεινᾶ ἐφορῶν* (ib. 900), *Δέσποτα κυριε ὁ θεος ἡμῶν, ὁ ποιήσας τὸν ἄνθρωπον* (eiusdem initii ap. Goarum, ib., multo est prolixior) et *Κύριε ὁ θεος ἡμῶν, ὁ ἐντιλάμενος ἡμῖν* (ib. 901). [52] (ff. 113–114) ⟨officium ad adoptionem obeundam⟩, fere omnino ut in cod. Barb. quo usus est Goar 708, linn. 8-34, in marg. *κουάνδου σε φὰ φίλλιου δε σάντι.* [53] (ff. 114–115) ordo solitus observari, si contigerit aliquid exsecrandum in vini aut olei vas nuper incidisse (cf. Goar 601 s.: oratio ponitur *Κυριε Ἰησου Χριστε ὁ θεος ἡμῶν· ὁ εν τῇ κατα σάρκα,* ut in cod. Barb. nuper laud., Goar 603), in marg. *κουίστι σου ὀρασζιόνι κουάνδου κάδε ἀλκούνα κόσα ββρούττα λὰ ὄλλιου οὐ βίνου.* [54] (f. 115–115v) id. si contigerit aliquod exsecrandum in aquae puteum incidisse, cum orat. *Ὁ θεος ὁ μέγας καὶ θαυμαστὸς* dum taxat (cf. Goar 597 ... 98), in marg. *κουίστι σου ὀρασζιονι κουάνδου καδε ἀλκουνα κόσα ββρούττα ἀ πούσζου α σζιστάρνα.* [55] (f. 116–116v) oratio super quavis specie coinquinata (ib. 604), in marg. *ορ. κουάνδου ἐ στάτου ἀλκούνα κόσα ββρούττα ἀ σύνου ῥογάνιου* (?).

[56] (ff. 116v-117) id. dicenda conposito inimicitiarum dissidio (ib. 897), in marg. *ὁρασζ. κουάνδου σε πασζίφικανου δοῦϊ νιμίσζι.* [57] (f. 117) id. cum ὁ ἔγκλειστος cellam ingreditur (cf. supra nr. 50), in marg. *ορ. κουάνδου ἀλκούνου σε μίττε ἴντρου λα σζέλλα.* [58] (f. 117-117v) id. in eum qui ministerium aliquod subiturus est (Goar 933), in marg. *ορ. κουάνδου μίττι ἀλκούνου ἀ σερβίσζιου.* [59] orationes *ὀπισθάμβωνοι* non nullae pro festis diebus: [a] (ff. 117v-118v) in Adnuntiationem <ss. Deiparae>, inc. *Δέσποτα κυριε ὁ θεος ἡμῶν· ὁ συνάναρχος τῶ πατρι* (initium dum taxat ap. Dmitrievskij 87), [b] (ff. 118v-119) in dominicam Palmarum, inc. *Ὑμνοῦμεν σου τὴν ἄφραστον συγκατάβασιν* (initium ap. Dmitrievskij 22), [c] (ff. 119v-120) in magna feria V, inc. *Σήμερον ἐθεασάμεθα,* [d] (ff. 120-121) in s. Pascha, inc. *Λαμπρᾶ ἡμῖν καὶ σωτηριος* (recensio amplior quam edita ap. Orlovium, op. laud., pp. 344-346, initium autem magis convenit cum textu quem exhibet Dmitrievskij 87), [e] (f. 121-121v) in Ascensionem, inc. *Ὁ πατηρ τῶν οἰκτιρμῶν,* [f] (ff. 121v-122) in Pentecosten, inc. *Ἐπάκουσον ἡμῶν ὁ θεος* (italice ap. N. Borgia, *Gemme eucaristiche*, IIa s., Grottaferrata, p. 86, initium tantum praebet Dmitrievskij 23), [g] (f. 122-122v) in Christi nativitatem, inc. *Ο δεδοξασμένος ἐν βουλαῖς ἁγίων,* [h] (ff. 122v-123) in ss. Theophania, inc. *Ἄφατος ἡ πρὸς ἡμᾶς* (ed. Orlov 326, initium dum taxat ap. Dmitrievskij 22). [60] (ff. 123v-129) officium super paenitentes (ed. e nostro cod. A. I. Almazov, *Приложенія, I и II, къ Тайной Исповѣди въ Православной Восточной Церкви* in *Записки Имп. Новоросс. Унив.* LXV [1895], pp. 64-69 et cf. v. LXIII [1893], pp. 132 sqq.), cui subiciuntur [61] (ff. 129-134) canones paenitentiales <61> sub inscript. *Κανῶν τῶν ἁγιων αποστολων καθενως ἀνθρωπου ὡς συνβ'ε* (an *συμβαίνει?*) *τὸ ἁμαρτημα,* inc. *Εἶπε δὲ Ἰάκωβος ὁ ἀδελφος τοῦ κυριου· ἐὰν τίς βλασφημήσει,* des. *εχει ἡμερας μ', καὶ ει τι παραγγελλει* (e nostro cod. ap. Almazov, op. cit., pp. 69-73). [62] (ff. 134v-137) officium sancti olei: orationes ponuntur *Κυριε ὁ θεος· ὁ ἐν τῶ ἐλέει* (Goar 413), *Ἔκπεμψον κυριε τὴν πιώτητά σου* (Dmitrievskij 104), et *Ὁ πολὺς ἐν ελέει καὶ πλούσιος ἐν ἀγαθότιτι* (cf. ib. 56), sequitur s. liturgiae celebratio in qua lectiones praescribuntur Iac. V, 13-20 et Matth. VIII, 14-17. [63] orationes 10 super aegrotantes (cf. A. I. Almazov, *Врачевальныя молитвы* in *Лѣтопись истор.-филол. Общ. при Имп. Новоросс. Унив.* VIII [*Виз.-слав. отдѣл.* V], p. 374), nimirum [a] (f. 137v) *Πατερ ἅγιε ἰάτρὲ ψυχῶν τε καὶ σωμάτων* (fere ut ap. Goarum 862, cf. Almazov, op. cit. 466), [b] (ff. 137v-138) *Αγαθὲ φιλάνθρωπε εὔσπλαγχνε πολυέλεε κυριε· ὁ πᾶσαν νόσον ἰώμενος* (Dmitrievskij 197), [c] (f. 138) *Ὁ θεος ὁ δυνατὸς καὶ ἐλεήμων* (Goar 864), [d] (f. 138v) *Δέσποτα κυριε παντοκράτωρ, φιλόψυχε* (Dmitrievskij 197 sq., et cf. Almazov 468 sq.), [e] (ff. 138v-139) *Ὁ θεος ἡμῶν· ὁ θεος τοῦ σώζειν* (cf. Dmi-

rievskij 108, [f] (f. 139v) *Κυριε ὁ θεος τῶν δυνάμεων· ἐπίσκεψαι τὸν δοῦλον σου*t (cf. ib. 243), [g] (ff. 139v–140) *Βασιλεῦ θεραπευτὰ καμνόντων* (cf. ib. 198), [h] (f. 140–140v) *Ο φιλάνθρωπος καὶ ἀγαθὸς κυριος· ὁ διδάσκων ἄνθρωπον γνῶσιν* (inedita, ut vid.), [i] (ff. 140v–141) *Κυριε ὁ θεος ἡμῶν, ὁ παιδεύων καὶ πάλιν ἰώμενος* (multo brevior quam illa eiusdem initii ap. Goarum 422, propius autem adcedit ad orationem quae inc. *Κύριε ἅγιε, ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης, ὁ παιδεύων* etc., cf. Almazov 467), [k] (ff. 141–142) *Παρθένε δέσποινα θεοτοκε Μαρία· ἡ τὸν θεον λόγον* (cf. Dmitrievskij 211 sq.). [64] (f. 142–142v) ⟨s. **Iohannis Chrysostomi** *⟩ oratio in obsessos daemonibus (Goar 733). [65] (ff. 142v–143) ⟨alia id. id.⟩ (ib. 737). [66] (ff. 143–144) ⟨exhorcismus in spiritus inpuros⟩, inc. *Ἐξορκίζω σε τὸ πνευμα τὸ ἀκάθαρτον καὶ ἀντικείμενον*, des. *καὶ ἔξελθε ἀπὸ του σκεύους τοῦτου· ὅτι τῷ θεω πρέπει δόξα κτλ.* (ed. ex parte F. Pradel, *Griechische u. süditalienische Gebete, Beschwörungen* etc., in *Religionsgeschichtliche Versuche u. Vorarbeiten hsgg. v. A. Dieterich u. R. Wünsch*, III, 3, Giessen 1907, p. 261 linn. 6–24). [67] (f. 144–144v) exhorcismus s. **Basilii** * (Goar 729), cui subditur (ff. 144v–148v), nulla facta distinctione, alius eidem tributus (ib. 729–31). [68] (ff. 148v–155) alia precatio super obsessos, *τοῦ αγιου Γρηγοριου* cod. (ed. A. Strittmatter, *Ein griech. Exorzismusbüchlein* etc., Orientalia christiana XXVI, 2 [1932], pp. 129–137; alias recensiones adtuli in enarrando cod. 1538, ad nr. 20). [69] (ff. 155–158) exhorcismus s. **Iohannis Chrysostomi** *, des. in vv. *καταξιωθῆναι τῶν ἀχράντων καὶ επουρανιων σου μυστηρίων· ὅτι αὐτῷ ἡ προσκύνησις κτλ.* (cf. Goar 734–736 l. 31). [70] (ff. 158v–160v) s. **Epiphanii** * precatio et exhorcismi, praec. inc. *Ἐπικαλούμαί σε κυριε ἐπικαλοῦμαι· θεὲ πατερ παντοκράτωρ, ὕψιστε* (ut ap. Dmitrievskij 918), des. *ἄγγελον σώματος καὶ ψυχῆς φύλακα, ὅτι σὺ εἶ κυριε πανάγιος εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας ἀμήν* (cf. similis initii orationem s. Iohanni Chrysostomo tributam ap. Goar 733 sq. vel ipsius recensionem parum discrepantem apud Almazov, *Чинъ надъ бѣснователъ* in *Лѣтопись* supra laud. IX [*Визант.-слав. отдѣл.* VI], p. 45), exhorcismi incc. *Ορκίζω σε κατὰ τοῦ παντοκράτωρος θεου· πὰν πνευμα ἀκάθαρτον φοβηθῆναι τὸ ὄνομα τὸ ἅγιον αὐτοῦ*, dess. *ὁ μόνος ἔχων ἀθανασίαν φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον· ὧ ἡ δόξα κτλ.* (fere ut in cod. Matrit. CV [Iriarte I 423], cf. Almazov, art. cit., pp. 71 lin. 12 a. i.–73 lin. 1). [71] (ff. 160v–162) exhorcismus **Salomonis** *, *Ἐξορκισμὸς Σολομῶντος ὃν ἔδωκεν αὐτῷ ὁ θεος ὑποτάξαι τὰ ἀκάθαρτα πνευματα κτλ.*, inc. *Ὁρκίζω ὑμᾶς πάντα τὰ ἀκάθαρτα πνευματα, ἡ βασκανία, ἡ φαρμακία*, des. *τὴν πρὸσευχὴν ταύτην, εἰς δόξαν τοῦ πατρος κτλ.* (A. Vassiliev, Anecdota graeco-byzantina, Mosquae 1893, pp. 332 sq.; cf. quoque Iriarte I 423). [72] (ff. 162–164) oratio s. **Gregorii** ⟨**Thaumaturgi** * sive angelorum reve-

latio⟩, inc. *Κυριε ὁ θεος τῶν πατερων μου ἀποκάλυψόν μοι ἀγγελικὴν βοήθειαν*, de s *εὐσταθιαν καὶ ὑγίαν καὶ εἰρήνην· καὶ ἔλεος ἀμήν* (alias recensiones, valde tamen discrepantes, notavimus in enarrando cod. 1538, ad n. 3). [73] (ff. 164v–177) epistulae atque evangelia pro singulis hebdomadae diebus, dominica excepta: [a] feria secunda (ss. Angelorum) Hebr. II, 2–10 et Luc. X, 16–21, [b] feria tertia (s. Iohannis Baptistae) Rom. XIII, 11–XIV, 4 et Matth. XI, 2–15 (in marg. perperam *ευαγγελιον κατα ἰωαννην*), [c] feria quarta (ss. Deiparae) Philipp. II, 5–11 et Luc. I, 39–56 (*εἰς πα[σαν?] παραμονην τῆς θεοτοκου· καὶ εις τον ὀρθρον· καὶ εις την σύλληψιν του Προδρομου* monet cod.) vel Luc. X, 38–42 + XI, 27–28 (*τοῦτο λεγε καὶ εις την κοιμησιν τῆς θεοτοκου· και εις την τετραδα*), [d] feria quinta: (ss. Apostolorum) I Cor. IV, 9–16 et Luc. X, 16–21, (ss. Martyrum) II Tim. II, 1–10 et Luc. XXI, 12–19, (ss. Hierarcharum, *λεγεται και του αγιου Νικολαου* cod.) Hebr. XIII, 17–21 et Luc. VI, 17–23 usque ad vv. *πολὺς ἐν τοῖς οὐρανοῖς*, (ss. Mulierum) Gal. III, 23–29 et Matth. XXV, 1–13, [e] feria sexta (s. Crucis) I Cor. I, 18–24 et Ioh. XII, 25–36 usque ad vv. *υἱοὶ φωτὸς γένησθε*, [f] ⟨sabbato⟩ (Defunctorum) I Cor., XV, 20–28 et Ioh. VI, 40–44. Lectiones haece a Graecorum libris inpressis omnino exsulant, sed eius modi Slavorum exhibet Octoëchus (**Осмогласникъ**), cf. ex. gr. ed. Vindobon. 1855, pars prior, ff. **тѧ**v-**тді**, ubi tamen pericopae a nostris diversae ponuntur, si epistulas excipias pro feria secunda, quarta, quinta (de apostolis) et sexta nec non secundum evangelium pro feria quarta: *τὰ προκείμενα*, contra, et versiculi fere ubique nostris respondent. Subiciuntur (ff. 177v–178) lectiones in habitum monasticum, in quam libet aliam opportunam circumstantiam, *ὅπου συντ(εἰ)ν(η) ὁ σκοπ(ὸς)* cod., et in paenitentes, i. e. I Thess. V, 14–23 et Matth. IX, 9–13. [74] (ff. 178v–189) evangelia matutina (*Θειον και ιερον Εὐάγγελιον κτλ.*, Romae 1880, pp. 152–156). [75] (ff. 189v–198) ⟨synhodicon in dominica orthodoxiae **Michaheli Caerulario** * tributum⟩, ab ed. (P. G. 120, 724 sqq.) inde a vv. *ᾠήθημεν ἀναγράψαι* (ib. 728 B 11) non parum discrepans: de cuius historia vicibusque cf. A. Michel, *Humbert u. Kerullarios* II [*Quellen u. Forsch.... hrsgg. v. d. Görres-Gesellschaft* XXIII], Paderborn 1930, pp. 1–21). Nota f. 198 post adclamatos orthodoxos reges, patriarchas, episcopos obcurrere protospatharium quoque et strategam C a l a b r i a e: *ο δ(εῖνα) τοῦ ενδοξωτάτου πρωτοσπαθαρίου· καὶ στρατηγοῦ Καλαβρίας· πολλα τὰ ἔτη*. [76] (ff. 198v–214) officium vesperarum Pentecostes, a vulgatis (Goar 753–764; Dmitrievskij pass.) valde diversum atque antiquioris aetatis haud pauca vestigia retinens (cf., si lubet, ordinem *τοῦ ἀσματικοῦ ἑσπερινοῦ* apud Nilum Borgiam, *Ὡρολόγιον* etc. [Orientalia christiana XVI, 2, 1929], pp. 235–251). Lectiones pro-

pheticae eaedem praescribuntur atque ap. Dmitrievskij 245, epistula ut in conmemoratione ss. Patrum Nicaenorum, evangelium ut in sabbato hebdomadae sextae Iohannis: ex orationibus una (*Ὁ θεὸς ὁ μόνος ἀγαθὸς καὶ ἰσχυρός· ὁ διὰ τῆς οἰκονομίας — καὶ πάντων τῶν ἁγίων τῶν ἀπ' αἰῶνος σοι εὐαρεστησάντων*) inedita videtur. Subicitur (f. 214v) *ἕτερα ἀκολουθία τῆς γονυκλησιας*, sed mox abrumpitur in vv. *Τῆς παναγιας* [*ἀχράντου* etc.].

F. 1, e rotulo *ὀπισθογράφῳ* saeculi XII exsectum, praebet in facie recta liturgiae s. **Iohannis Chrysostomi** * fragmentum a vv. *πᾶσαν τὴν ὑπὲρ ἡμῶν* ad vv. *λογικὴν ταύτην καὶ ἀναί⟨μακτον θυσίαν⟩* (Swainson, *The Greek Liturgies*, pp. 129 col. sin. lin. 8–130 col. dext. lin. 1), in facie autem aversa frustulum liturgiae a s. **Basilio Magno** * nuncupatae, a vv. *σεμνῇ πολιτείᾳ* ad vv. *ἐλέησον αὐτοὺς κ⟨αὶ ἡμᾶς⟩* (ib. 83 col. dext. lin. 11–84 col. sin. lin. 2): non pauca tamen utrobique desiderantur, volumine in longitudinem quoque decurtato. Institutionis verba in Chrysostomi liturgia caeruleo liquore exarata, marginibus autem utriusque paginae conmemorationes non nullas nescio qui aetate seriore iniecerunt, ex. gr. (f. 1) + *μνήσθη*[*τι κύριε τοῦ δού-λου*] *σου Ἰωάννου* [......] *και τέκνο*[*ν* ....].

Codex, quem scripturae genus nec non ornatus ad casinensium eiusdem fere temporis librorum proxime adcedens in Italia inferiore descriptum vel primo obtutu indicant, titulos ac notabilia flavo praebet liquore tacta, *πύλας* (ff. 3. 23. 47v. 70v. 89v) tribus coloribus decoratas, rubro nimirum, flavo et caeruleo, litteras grandioris moduli plerumque rubro, sed interdum rubro caeruleo vel rubro flavo caeruleo (alterna vice) litas (cf. ff. 65-66, 123v-124; 61v-62v etc.). Litterae initiales, iisdem exornatae coloribus, imagunculas varias non raro exprimunt, D. N. Iesu Christi (f. 175), angeli (f. 164v), sanctorum virorum sanctarumque mulierum (ff. 59v. 90r-v. 107. 137v etc.), viri cuiusdam (f. 5v), sirenis (f. 171), avium (ff. 16. 17v. 37v etc.), piscium (ff. 25v. 50v. 88 etc.), commenticiorum animalium (ff. 8v. 9v. 11v. 15 etc.), intextarum aspidum (f. 137) etc. etc. F. 178v superne institutio effingitur ss. Eucharistiae. Folii 189 in parte inf. D. N. Iesum Christum in litore stantem atque vocantem apostoli quattuor exigua cymba insidentes remigio petunt, eodem natando s. Petrus tendit; ib. in ang. inf. ext. discipulis, quorum capita foculus cum igni accenso supereminet, pisces assos Christus dispertitur: adcedunt laeva Eucharistiae symbola, panis scil. et piscis (cf. Ioh. XXI, 1-13). F. 22v ⟨s. Basilii Magni⟩, cuius insequitur liturgia, decoratur imagine. F. 2, ex alio cod., ut mihi vid., decerptum atque una cum rotuli fragmento de quo supra egimus nostro libro adsutum, praebet in facie recta viri sub arcu sedentis et scribentis (an unius ex evangelistis?) imaginem perquam male habitam, in aversa vero, arcu pariter superinposito (cui sinistrorsum pavo insistit), viri nimbati stantis, qui dextera benedicit, sinistra Evangeliorum librum gestat (an s. Iohannis Chrysostomi?).

Liber igni atque udore margines propter aliquantulum laesus (scriptione tamen fere ubique incolumi) fasciculos 27 conplectitur (12 ternio, cett. quaterniones, ultimi tamen

ultimum folium desideratur): qui fasciculi in medio, uti plurimum, marg. inf. primae singulorum paginae notis graecis numeralibus, duplici lineola superinposita, distinguebantur, sed oris inmodice resectis plerique numeri effluxerunt, superant enim dum taxat η'. θ' (dimidiatus). ι'-ιβ' et κϛ'. Initio, praeter ff. 1–2 (aliar. originum, v. supra), bifolium (ff. I–II) eo tempore custodiae loco adiectum quo liber, iam tunc Vaticanus, conpactus (v. infra).

F. II notatur *L'Ill.mo Card. d'Ascoli* (Felix videl. Centino, quo de cf. enarrationis codicis 1538 tertiam partem) / *hà donato il p(rese)nte libro alla / libraria* paulloque inferius *Euchologium*, m. ⟨L. Allatii⟩. Ib. in summa pag. aversa num. *1550*, linea deletus: qui numerus, libri nimirum nota antiquior, iteratur in marg. inf. medio folii 3. F. 214v in ora ext. numm. *33. 16* quid significent nescire me fateor.

Codicem paucis memoraverunt: P. Batiffol, *La Vaticane depuis Paul III* in *Revue des questions historiques* XLV (1889), pp. 183 n. 1 et 190; A. I. Almazov in *Лѣтописи* supra laud., vv. VI, 417 et VIII, 374 n. 17 (ubi perperam saeculo X tribuitur); Io. Mercati in art. laud. ad nr. 23 huius enarrationis, p. 70 [9 novae ed.].

Integumentum *ἰδιοχρώμῳ* membrana vestitum exhibet in dorso tesseras gentilicias Pii IX P. M. et Io. Ba. Pitra, antiquius codicis 1538 modo laud. concolor exstitisse (quo cum una liber noster Vaticanae syllogae adscriptus est) vestigia indicant viridis pigmenti circa oras externas folii I.

1555 (olim 1589). Saec. XVI, chart., mm. 206 × 153, ff. 252, linn. 23 (ff. 1–60v) et 21 (ff. 61–250).

1 (ff. 1–26v) **Dionysii** periegesis (Müller, Geographi graeci min. II, 104–176).

2 ⟨**Eustathii** comment. in Dionysium⟩, propter folior. ordinem in archetypo turbatum (cf. quae de codd. KM habet Müller, op. cit., p. XXXIX) sic legendus: a (ff. 29–189v lin. 9) ab initio usque ad vv. *περιηγήσεως, λέγει· τὰ δὲ* (Müller 201–335 lin. 40), b (ff. 198 lin. 17–201 lin. 1) a vv. *τοιαῦτα ἐκείνοις* ad vv. *τὸ δὲ ὑπερβολικόν* (ib. 335 lin. 40–338 lin. 8), c (ff. 192v lin. 6–195 lin. 3 a. i.) a vv. *καὶ οἷς ἀγλαύλους* (sic) ad vv. *ἡ Τυνδαρίδων δὲ χώρα* (ib. 338 lin. 8–340 lin. 19), d (ff. 204 lin. 10–207 lin. 6) a vv. *πρὸς αὐτῷ ἐστὶ* ad vv. *τοῦτο μὲν γάρ* (ib. 340 lin. 19–342 lin. 29), e (ff. 189v lin. 10–192v lin. 6) a vv. *καθὸ μὲν τοῦ πρώτου* ad vv. *κρυστάλους λίθους* (ib. 342 lin. 29–344 lin. 43), f (ff. 201 lin. 1–204 lin. 10) a vv. *καὶ ἴασπιν ἱερόησσαν* ad vv. *ἀνάλωτον εἶναι πέτραν* (ib. 344 lin. 43–347 lin. 19), g (ff. 195 lin. 19–198 lin. 17) a vv. *ἣν Ἀλέξανδρος εἷλε* ad vv. *στέατι δελφίνων* (ib. 347 lin. 19–349 lin. 33), h (ff. 207 lin. 6–250) a vv. *χρᾶσθαι τοὺς Μοσυνοίκους* ad finem: animum tamen adverte textum iisdem hic laborare lacunis atque codd. KM supra laudd., i. e. (f. 217 lin. 3) a vv. *ποτέ,*

οὐκ ἄλλους ad vv. *ἡ Δάφνη ἐνικῶς* (Müller 357 lin. 22–379 lin. 8) et (f. 234v lin. 16) a vv. *πυλῶν, ἀπὸ τῶν Κασπίων* ad vv. *ἕως ἐτῶν κ'* (ib. 393 lin. 11–395 lin. 26).

Fasciculos 32, quibus liber efficitur (4 binio, cett. quaterniones), librarius ipse graecis numeris in margine inf. primi singulor. folii recti dextrorsum subputavit (*α'-δ'* = ff. 1–28, Dionysii textum exhibentia, *α'-κη'* ff. 29–252), paginas vero 2–4 unius cuiusque fasciculi notis romanis distinxit. Periegeseos titulus ac litterae initiales rubro picta. Officinar. chartariar. insignia quae vidimus: [a] (ff. 1 + 8. 3 + 6. 64 + 65 etc.) galerus praelaticius cum desuper cruce trium brachior. (cf. Briquet nr. 3410), [b] (ff. 26 + 27. 65 + 57 etc.) ancora circulo inserta quem stellula supereminet radior. sex (cf. Briquet nr. 486), [c] (ff. 30 + 35. 31 + 34 etc.) arcuballista in circulo (cf. Briquet nr. 744). Fasciculor. ordinem turbatum restituimus, novam folior. enumerationem typis inprimendam curavimus. Chartae 27–28v. 250v–252v scriptionis expertes. Libri sectio flavo colore tincta.

Operculo ant. interno scidula glutine adhaerescit mm. 36 × 94 cum inscript. *1589* (codicis nimirum antiquior nota, qua deleta al. manus recentiorem *1555* pone adpinxit) / *Dionysius Periegeta cu(m) Commentarij* (sic) / *Eustathij Thessalonicensis*: quae vv. manu sunt ⟨L. Allatii⟩.

Integumentum tergore coloris castaneae vestitum: in utraque tabula scutum inprimitur Pauli V P. M. nec non, inferius, aliud (gothicae, uti dicunt, formae) viri nobilis nescio cuius, quod lilium exhibet foliatum in caulem exsurgens.

1556. Saec. XV ex., chartac., mm. 204 × 143, ff. I. 139, linn. 20.

Pseudo-Callisthenis historiae Alexandri Magni recensio B quae indigitatur (titulum, initium, conclusionem ab A. Maio e nostro cod. descripta profert G. Favre, *Recherches sur les histoires fabuleuses d'Alexandre le Grand* in *Mélanges d'histoire littéraire*, II, Genève 1856, p. 150; cf. quoque I. Zacher, *Pseudocallisthenes* etc., Halle 1867, p. 17). Variantes lectiones ad I, 26 conlegit W. Kroll, *Hermes* XXX (1895), pp. 463–465, perraro adferendas idem putavit in vetustioris formae (A) editione (Historia Alexandri Magni etc., I, Berlin 1926, cf. p. VI).

Σφαλμάτων medelae nec non textus subplementa raro alterius librarii (cf. infra) manu (ff. 18. 40v. 75?), saepius nescio cuius paullo recentioris marginibus inscribuntur.

Adcedunt [1] (ff. 131–132v) **Alexandri Magni** * testamentum, viri Byzantini procul dubio foetum, quando inter populos a rege subiectos laudat *Σθλάβους ..., Ῥουσίους ..., Βουλγάρους* etc. (inc. *Πάντα ὅσα διεταξάμην περὶ τοὺς ἐπιβούλους καὶ ἀτάκτους ἀνθρώπους*, des. *ταῦτα φυλάττεσθαι παρὰ Ῥωμαίοις μέχρι τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος*); [2] (ff. 133–138v) eiusdem aliorumque apophthegmata ap. Sternbach, de Gnomologio Vaticano inedito (*Wiener Studien* IX-

XI) maximam partem obcurrentia: pauca, quae tamen typis evolgata esse minime dubitamus, ibid. et in huius modi conlectionibus quae nobis usui fuerunt expiscari non contigit: nn. 96 (Sternbach). 81. 85. *Ἀλέξανθρος βασιλεὺς· ἐρωτουμένου αὐτοῦ τοῦ παιδαγωγοῦ αὐτοῦ Λεονίδος· ὅτι δύναται Ὀλυμπιᾶ νικῆσαι κτλ.* 86. 89–91. 97–98. 77. 94. 99–101. *Ὁ αὐτὸς ἐγκρατὴς γενόμενος τῆς Δαρείου γυναικὸς.... αἰσχρὸν ἔφη τοὺς ἄνδρας νικήσαντας ὑπὸ γυναικῶν ἡττᾶσθαι* (cf. Stobaei Florilegium V, 36, ed. Gaisford, I, 149). 76. *Ὁ αὐτὸς τοῦ κατασκόπου λέγοντος αὐτῷ πλείους εἶναι τοὺς Δαρείου...* (Scriptores aliquot gnomici etc., Basileae 1521, typis Ioh. Frobenii, p. 146). 14 ap. Schenkl, *Das Florilegium Ἄριστον καὶ πρῶτον μάθημα* (*Wiener Studien* XI 1 sqq.). 80. 102. 7 ap. Schenkl. 15 ap. Schenkl. 87. 75. 82. 103. 8 ap. Schenkl. 104. 83. 74. 93. 105. 95. 73. *Ὁ αὐτὸς καταδικάσας τινὰ θανατικῷ ψήφῳ, ἐδάκρυσεν — τῷ δὲ νόμῳ τὴν ψῆφον.* 88. 110 (cod. *Ὁ αὐτὸς* perperam, in ed. Antagorae ut insequens adsignatur). 109. *Σωκράτης ὁ σοφὸς ἐρωτηθεὶς· τί ἐστὶ γυνή, εἶπεν· ἀνδρὸς ναυάγιον κτλ.* (ut in Maximi confessoris Locis communibus, P. G. 91, 912 C 7–13, ubi tamen Secundo Pythagoraeo tribuitur, et cf. Boissonade, Anecdota graeca IV, 466 n. 1). 421 (*Πρωταγόρας!*). 422 (*τοῦ αὐτοῦ!*). 60 (Archidami). 132, def. mut. in vv. *πολλοῦ ἄξιον* (*Ἀνάχαρας!*). 137 (cod. *Ὁ αὐτὸς* perperam, in ed. Aristoteli vindicatur). 64 (Anaxarchi).

Codicem, a librariis duobus exaratum (*a* ff. 1–47v, *b* ff. 48–138v), fasciculi efficiunt 14, quiniones uti plurimum (4 est quaternio, senio postremus); quos fasciculos nulla nullibi nota vel hodie distinguit. Litterae initiales grandiorisque moduli rubrae vel violaceae, pariter atque tituli, ornamenta vero vel rubro (f. 1) vel violaceo fuscoque colore (ff. 131 et 133) rudi calamo describuntur. Officinar. chartariarum signa: [a] (fere ubique, cf. ex. gr. ff. 24 + 25 vel 102 + 103) forfices quaedam (cf. Briquet nr. 3688, qui tamen differt), [b] (ff. 48 + 57. 51 + 54. 52 + 53) trutina circulo inscripta. Chartae I et 139r-v purae. F. Iv superne *1556* nec non, m. ⟨L. Allatii⟩, *Callisthenis historia de Alexandro Magno.* F. 1 in marg. inf. *Miserere mei deus,* initium videl. psalmi L, adcuratissime abrasum.

De codice pauca profert Favre, op. cit. pp. 19 n. 1 et 150, nec non Zacher, *Pseudocallisthenes* etc., pp. 16 sq.

Integumenti dorsum ex corio rubro tesseras gentilicias prae se fert Pii IX P. M.

1557 (olim 1553). Saec. XVI, chart., mm. 213 × 149, ff. III. 120, linn. 23.

Euchologium parvum: [1] (ff. 1–6v) orationes et litaniae diaconales vesperarum (orationes sunt apud Goarum, *Εὐχολόγιον* sive Rituale Graecorum etc., Lutetiae Parisiorum 1647, nn. *α'–γ'*, pp. 35 sq., illa *Εὐλογητὸς σοὶ δέσποτα παντοκράτορ· ὁ φωτήσας τὴν ἡμέραν,* ib. p. 44, et *ζ'*, ib. p. 37, nec non *τῆς εἰσόδου* et ⟨*τῆς κεφαλοκλισίας*⟩, ib. 38 ... 40), [2] (ff. 7–12) id.

id. matutini (orationes α´-η´. ι´ et ιβ´ Goari et ⟨τῆς κεφαλοκλισίας⟩, op. cit., pp. 48 ... 54), [3] (ff. 12v–57) liturgia s. **Iohannis Chrysostomi** * (fere omnino ut ap. Swainson, *The Greek Liturgies* etc., pp. [101]–144, in parte inf. paginar.), [4] (ff. 59–91) id. s. **Basilii Magni** * (ib. [151]–171, in parte inf. paginar.), [5] (ff. 93–109v) id. praesanctificatorum (ib. [175]–187, in parte inf. paginar.), cuius in fine *δόξα τῷ θεῷ τὸν δόντ' ἀρχὴν καὶ τέλος· ἀμὴν· ἀμὴν ἀμήν.*

Folio 110 plagula mm. 141 × 105 glutine adhaerescit, ubi, sub inscript. *Βασιλικόν*, m. saec. XV (ni fallor) epistulam cuiusdam imperatoris Byzantini ad Demetrium Palaeologum Metochiten, magnum primicerium, transscripsit, qua se varia concessisse vel confirmasse nescio cui Contostephano testatur. Inc. + *Μεγά(λῳ)· πριμμικηρ(ίῳ), κῦρ Δημητρ(ίῳ). Παλαιολόγ(ῳ) Μετοχίτη· ὁ Κοντοστέφανος ἦλθεν ἐνταῦθα, καὶ ἀνέφερε καὶ παρεκάλεσεν, ἵνα ποιήσωμεν αὔξησιν εἰς τὸ προσοδον αὐτοῦ*, des. *ὁ δὴ παρὸν ορισμὸς, ἀντιστραφήτω· πρὸς αὐτὸν, εἰς ἀσφάλειαν αὐτοῦ· μηνι μαρτ⟨ί⟩ῳ.* Mentio ib. obcurrit insulae Palaeocastri (*εὐεργετοῦμεν πρὸς αὐτὸν, ἵνα ἔχη, καὶ τοῦς ἐν τω Παλαιοκάστρῳ εξκουσάτους οὓς εἶχε καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ* et infra *ὀφείλουσι πείθεσθαι μόνον, οἱ ἐξκουσᾶτοι* nimirum, *τὸν ἐν τῇ τοιαύτῃ νήσῳ εὑρισκόμενον εις καθολικὴν κεφαλὴν κτλ.*).

Qui librum efficiunt fasciculi quindecim (8 ternio, cett. quaterniones) in ang. inf. externo primae singulorum paginae graece subputantur, novissimo tantum excepto, quem, utpote scriptione vacuum, absque nota librarius reliquit. Fasciculis β´, η´ et ιβ´ folium singulum inseritur, viri sancti, cuius insequitur ἡ λειτουργία, praebens effigiem, tribus coloribus (subfusco, nimirum, caeruleo atque rubro) ex antiquiore forma haud indiligenter expressam (ff. 13, 58v, 92v): s. Gregorii τοῦ Διαλόγου imago taeniam sustentat cum inscript. *Δεσποτα παντοκρατωρ ὁ πᾶσαν την κτισιν εν σοφία δημιουργήσας* (cf. Swainson, op. laud., p. 186). Tituli, rubricae quae indigitantur, fasciculor. notae numerales ubique rubro colore descripta, litterae autem grandiores et maximae (nec non illud ἐκφώ(ν)η-σ(ις), marginibus frequenter adpictum) flavo insuper tacta liquore. Ff. Iv–III. 13v. 57v–58. 91v–92. 110v–121v pura, chartae autem 121 frustulum superat dum taxat. Officinar. chartariar. insignia; [a] (ff. 1 + 8 ... 22 + 23) corona quinque floribus instructa, quam monogramma, ut vid., supereminet nescio quod, [b] (ff. 26 + 33 ... 75 + 78) galerus praelaticius cum desuper flore 7 folior. (proxime adcedit ad nr. 3411 ap. Briquet), [c] (f. 58) galerus alius (cf. Briquet nr. 3407), [d] (ff. 81 + 88 ... 109 + 110) galerus, cui subponitur littera L (fere ut ap. Briquet nr. 3440), [e] (ff. 115 + 120 et 116 + 119 + 117) galerus, cui superinponitur crux, additis litteris Z et R, quas inter linea surgit in stellulam radiorum sex desinens (cf. Briquet nr. 3515, qui tamen paullo minoris est moduli).

F. I superne inscribitur *Orationes et alia quę à Diacono / recitantur in diuinis officijs.* F. IIIv summo num. *1557*. Codicem nota *1553* olim distinctum esse testatur index in libro Vat. lat. 7139 adservatus, f. 11v: *1553. Λειτουργίαι τῶν ἁγίων πατέρων.* Quod autem P. Batiffol, *La Vaticane depuis Paul III* in *Revue des questions historiques* XLV (1889),

p. 191, contendit, librum nimirum e Conlegio Graecorum in Vaticanam Bybliothecam deferri potuisse, falsum est prorsus, illius enim nulla obcurrit mentio in pinace codicum quos Lucas Felicelli, Athanasiani phrontisterii procurator, Bybliothecae Vaticanae praepositis tradere iussus est (cf. Archivi Bybl. tomum 11, ff. 261 sq.).

Tabulae ex ligno castaneae, fusco tergore signato contectae, bullarum fibularumque vestigia solum modo retinent, summum autem imumque dorsum corio rubro iam antiquitus refectum.

1558. Saec. XVI, chartac., mm. 205 × 150, ff. III. 236, linn. 20–25 (plerumque 22).

Menaeum iunii, synaxariis ditatum cum vulgatis (cf. ex. gr. ed. Atheniensem a. 1904 typis P. P. Parasceuopuli inpressam) plerumque consentientibus (cf. tamen ex. gr. ff. 71v–73 de Anna eiusque filio ⟨Iohanne⟩ [14 iun.], inc. *Αὕτη ἦν ἐκ τῆς Ἑλάδος, πόλεως Λαρίσσης· γονέων πενήτων*, des. *καὶ τῷ μοναχῷ ἐπευξάμενοι, τὰς ἁγίας αὐτῶν ψυχὰς, εἰς χεῖρας θεοῦ παρέθεντο*). Canones ab ed. Romana exsulantes obcurrunt: [1] (ff. 11 ... 15v) in s. Lucillianum (3 iun.), inc. *Λόγον ὃν ἐνόποιον ἐθνῶν*, sub eadem acrostichide atque in cod. Hierosol. s. Sabae 70 (cf. Papadopulos-Kerameus, *Ἱεροσολυμιτικὴ βιβλιοθήκη*, II, p. 119), Iosephi; [2] (ff. 43 ... 47) in s. Timotheum ep. Prusae (10), inc. *Τῷ ἀνατειλαντι ἑωσφόρον ἀστέρα* (cf. Crypt. Δ. α. IX, sub die XXIV mai, Rocchi 306); [3] (ff. 56 ... 60) in s. Onuphrium (12), inc. *Αἴγλη τῆς τριφεγγοὺς· ἐλαμπόμενος ζωῆς* (cf. Crypt. Δ. α. XXIII et Δ. α. XXVII, Rocchi 324 et 328, nec non Hierosol. s. Sabae 70, Papadopulos-Kerameus, II, 122); [4] (ff. 67 ... 75) in s. Methodium archiep. Constantinopolitanum (14), inc. *Ἐν νηστείαις ὅσιε· δουλαγωγῶν* (cf. Hierosol. s. Sabae 70, Papadopulos-Kerameus, loc. cit.); [5] (ff. 87v ... 93v) in ss. Manuelem et socios (17), inc. *Ἄσωμεν ⟨ἆσμα⟩ πάντες τῷ κτίστῃ* (cf. Crypt. Δ. α. X, Rocchi 307, Andreae Caeci); [6] (ff. 129 ... 136v) profestivus in s. Iohannem Baptistam (23), inc. *Ἐν ψαλμοῖς καὶ ὕμνοις καὶ ᾠδαῖς*; [7] (ff. 145v ... 153) in eundem (24), inc. *Ἡ σιωπὴ τοῦ πρεσβύτου* (quo de v. enarrat. cod. 1547 ad nr. 21); [8] (ff. 155v ... 165v) in eundem (25), inc. *Ἄγγελον οὐράνιον εσχηκῶς* (cf. Palat. gr. 138, f. 156v); [9] (ff. 183v ... 188v) in translationem reliquiarum ss. Cyri et Iohannis (28), inc. *Τῷ ἀναδίξαντι ἐν τω κόσμω τοῦς αθλοφόρους.*

Scribae conplures (plus minusve rudi calamo) exaraverunt, quos singillatim laudare supervacaneum videtur. Fasciculos conplectitur 30, quaterniones omnes, si 14 et 29 eximas, terniones: graecae notae, angulo sup. ext. primae unius cuiusque fasciculi paginae ab ipsis librariis adpictae, inde a ⟨κε'⟩, marginibus inmodice resectis, effluxerunt. Ultimi quaternionis folium octavum operculo post. int. glutine adhaerescit. Litterae maioris moduli ac maximi et notabilia minio descripta, inde vero a f. 171v plerumque violaceo colore (litterae tamen initiales non nullae atramento vel rubro atramentoque delineatae,

ff. 177v, 186v, 191v–192 etc.): ornamenta vel rubro (cf. f. 121v) vel rubro nigroque. Officinar. chartariar. insigne saepissime obcurrit, manus videl. cum desuper flore quinque folior., diversas litteras in diversis locis exhibens, puta (ff. 178 + 179) litteras GA (fere ut nr. 10750 ap. Briquet): sub libri autem fine (cf. ff. 224 + 227 et 225 vel 232 + 233 et 231) galerum praelaticium invenies, cui crux inpendit adceduntque litterae CB quas flos trium folior. supereminet. F. I–IIIv. 231v–233 et 234–236 scriptura vacant. Codicis sectio croceo liquore tincta.

F. 193 summo, m. saec. XVI ex., *R(eueren)do et Molto m(agnifi)co s(igno)r mio honor(an)do*, calami scil. temptamen. Id. id. f. 233v + εὐλὸγοι η ψηχη μοῦ τον κ(ύριο)ν, initium nimirum psalmi CIII.

Librum, in Athanasiano phrontisterio iam adservatum (teste pinace in Archivi Bybl. tomo 11, f. 261 « *Un'altro per Giugno* »), statim post syllogen illam Vaticanis aedibus invectam nota *1541* distinctum esse demonstrat index in cod. Vat. lat. 7139, f. 11v (cf. P. Batiffol, *La Vaticane depuis Paul III* in *Revue des questions historiques* XLV [1889], pp. 183 n. 1 et 191).

Integumentum corio fusco signato saec. XVII contectum exhibet in libri dorso notam *1558* auro inpressam.

1559 (olim. 1543). A. 1545 (f. 253), chart., mm. 210 × 145, ff. IV. 256, linn. 21–26 (plerumque 22).

Menaeum iulii synaxariis instructum cum vulgatis (prae oculis Atheniensem edit. habuimus a. 1904 typis P. P. Parasceuopuli excusam) uti plurimum consentientibus. Canones ab ed. Romana exsulantes de more laudabimus: [1] (ff. 3 ... 9) in ss. Cosmam et Damianum (1 iul.), inc. *Τίς μὴ συγχορεύσει νοήτῶς;* [2] (ff. 29 ... 36) in s. Martham, matrem s. Symeonis stylitae (5), inc. *Αἰνεῖν ἐφιέμενος*, Iosephi; [3] (ff. 29 ... 36v) in ss. Stephanum et socc. (eadem die), inc. *Τῆς ἐκκλησίας ὁ φωστήρ*, Theodoti (ex acrosticho in theotociis), cf. cod. Crypt. Δ. *a*. XI (Rocchi 309); [4] (ff. 110 ... 115) in Patres qui conciliis universalibus I–VII interfuerunt (16), inc. *Οἱ ἐκ Νικαίας;* [5] (ff. 186v ... 195) in s. Christinam (24), inc. *Χρησταῖς ταῖς ἐλπίσι*, Iosephi (ex acrosticho *Χριστοῦ σε μέλπω τὴν ἐπώνυμον κόρην. Ἰωσήφ*), cf. cod. Crypt. Δ. *a*. XI (Rocchi 310); [6] (ff. 187–195v) in s. Parasceven (eadem die), inc. *Ἐσκοτισμένην ἡδοναῖς*, cf. Crypt. Δ. γ. XII (Rocchi 372); [7] (ff. 204v ... 211v) in ss. Olympiaden et Eupraxiam (25), inc. *Σαρκὸς ἀσθένεία τὸν ἰσχυρόν;* [8] (ff. 244 ... 252) profestivum in processione s. Crucis (31), inc. *Σταυρός προερχόμενος.*

Die tertia et vicesima in honorem s. Phocae idem canon praescribitur atque ille quem recentiores edd. diei 22 septembris adsignant (cf. *Μηναια*, ed. Rom., *a'*, pp. 222 ... 229).

Ff. 197–201^{v} martyrium inseritur s. Parasceves, inc. *Η ἀρχὴ τῶν ἰαμάτων Χριστοῦ, καὶ τῆς ἀξιεπαίνου πολιτείας*, des. *καὶ ἀντι αἵματος, γάλα ῥυέν· μεθ οὗ* (!), *πρέπει πᾶσα δόξα κτλ.* (initium ut in cod. Paris. gr. 1604, f. 260, cfr. Catalogus codicum hagiograph. graecor. Bibliothecae Nationalis Parisien., edd. Hagiogr. Bolland. et H. Omont, p. 275).

Librarii duo exaraverunt (*a* ff. 1–29^{v}. 49–69^{v}, *b* cett.), quorum alter, absoluto codice, sic notavit (f. 253): *ἔτους ͵ζ^ω^νγʹ* (1545), *ἐν μηνὶ μαρτιου λα / ἐν πόλει Μισήνης: — ἔλεος τῷ γράψαντι κτλ.* atque inferius, litteris cryptographicis: ✠ *Γεώργης, Μπουκέρ* (ابو خير [abu Ḫayr], ut me humanissime certiorem fecit conlega R. D. A. van Lantschoot C. R. P.) *ἐν πό/λει Κολοσσαὶς* (errore, ut vid., pro *ἐκ π. Κ.*), *ἐτελείωσα, τὸ παρὸν βιβλίον, δια ὄξοδοσω* (sic! err. pro *ἔξοδους* [!] ?) *τοῦ ευλαβεστάτου ιερέως / παπά, κυρ Μανουηλ'* (sic!) *'Ατζίδα* (nota in hoc alphabeto cryptographico *ει* respondere litterae *ι* et rursus). Codex, praeter binionem custodiae in locum initio positum, quaterniones conplectitur 32, duplici serie distinctos, graeca scil. in ang. inf. externo primae unius cuiusque fasciculi paginae, arabica vero in ang. inf. externo postremae. Litterae grandioris moduli (quas librarius ipse rubricatori in margg. ext. singularum paginar. indicaverat, cf. ff. 139, 175 etc.), tituli, alia notabilia rubro vel (rarius) violaceo pigmento descripta, ornatus autem (cf. ff. 108, 117, 164 etc.) rubro nigroque. Chartarum quae vidimus insignia: [a] (in toto fere libro) manus diversae diversas litteras vel diversa signa in diversis locis exhibentes (flore tamen quinque folior. ubique superinposito), puta (ff. 1 + 8 et 3 + 6) litteras BRP (cf. Briquet nr. 10739), [b] (ff. 210 + 215 ... 249 + 253) in orbiculo ovalis formae, cui subsunt litterae Z (?) B, scutum gothicum, uti dicunt, aviculas tres bene ordinatas praebens, ex quo scuto avis maioris moduli capite (cui corona trium folior. inpendit) et collo eminet, rostro autem pisciculum stringit. Chartae II^{v}–IV. 253^{v}–256^{v} scriptione vacant. Folia conplura quae atramenti acor terebrare coeperat charta flava translucida vel integre (ff. 25–27^{v}. 30–48^{v}. 252^{r-v}) vel ex parte dum taxat (cf. ff. 59^{v}. 121^{r-v} etc.) contecta. Libri sectura ornatu nunc prope evanido distincta.

F. I superne *Carisimo et amatisimo Laprese .... a Napoli*, probatio scil. calami. Eadem manu alia similia summis oris folior. I^{v} et II adpinguntur. F. I dextrorsum *Jo Giouano Accitaso* (vel *Accitasa*), eiusdemque calamo f. II: *15562* (sic! pro *1562*) *In Modica agio datto p(er) qua/tro hiechi (?) scuti 24 ἐν* atque inferius *Molto mag(nifi)co signor mio hoseruandisimo signor nio* (sic! pro *mio*). */ quessto sara p(er) darui auiso come / stamo bene co(n) la gioto* (i. e. *l'agioto*, auxilio) *de Dio et.* Superius, ipsius, ni fallor, manu, *αυται ειμερε ἐπιῦσεν ὼ θ(εό)s* (an Ps. CXVII, 24?). F. IV^{v} superne, manu saec. XVI ex. + *εθὴμησεἰs· δια τοῦs καλωγαὶρους· τους / πατηγνῶταις (?)· Κλὴμοις· ὑερομόναχὸς· / και ω ὴποτακτηκός του· δηἄκος· του* (*πά*, cancell.) */ Μοιχάλη Καλοῦ· υὃs· τοὺ Βαρνάβα του γαμ/προῦ*, atque inferius *1543*; quo numero, dein cancell., liber est distinctus statim post codices manu scriptos Athanasiani Graecorum conlegii in Vaticanum delatos, cf. indicem in Archivi Bybl. tomo 11, f. 261 « *Doi altri per Luglio duplicati* » (noster videl. et nr. 1573).

De codice pauca tantum eaque mendosissima ap. Petrum Batiffol, *La Vaticane depuis Paul III*, in *Revue des questions historiques* XLV (1889), p. 186 et ib. n. 4.

Integumentum simplici membrana vestitum praebet in dorso tesseras gentilicias Leonis XIII P. M. et Io. Ba. Pitra card. bybl. (1869–1889).

1560 (olim 1544). Saec. XVI in., chart., mm. 215 × 145, ff. IV. 173, linn. 22 (ff. 1–64ᵛ) et 23 (cett.).

Menaeum augusti, synaxariis instructum (haud paucis tamen diebus vacantibus), in quo canones hosce in ed. Romana non obcurrentes invenimus: [1] (ff. 3ᵛ ... 10ᵛ) in processione s. Crucis (1 aug.), inc. *Σταυροῦ τῇ προόδῳ*; [2] (ff. 3ᵛ–11) in ss. Machabaeos (eadem die), inc. *Γηθόμενοι μέλψωμεν* (sub acrost. *Πόνους ιηροὺς τῆς Σολομονῆς σέβω· Νικήτας πένης*, sed non omnia quadrant, tropariis non nullis vel omissis vel aliunde depromptis); [3] (ff. 27 ... 30) in s. Eudociam (4), inc. *Φαιδρὸς ἐξανέτειλεν* (cfr. cod. Crypten. Δ. α. XII, Rocchi 311); [4] (ff. 32 ... 39) in profestum Transfigurationis D. N. Iesu Christi (5), inc. *Ακτινοβολεῖν Χριστὸς ἐν Θαβώρ* (sub acrost. *Αἴγλῃ με Χριστὲ λαμπρύναις τοῦ σοῦ φάους*); [5] (ff. 32ᵛ ... 40) in s. Eusignium (eadem die), inc. *Ἐν τῷ φωτὶ· κύριε τοῦ σοῦ προσώπου* (sub acrost. *Εὔσημον Εὐσίγνιον ἀθλητὴν σέβω*); [6] (ff. 152 ... 157) in Decollationem s. Iohannis Baptistae (29), inc. *Ποία σε γλώττη*.

Additamenta fere coaeva iniciuntur hic illic marginibus (cf. ex. gr. ff. 12ᵛ. 48ᵛ–49 etc.).

Modo subflavo, modo subfusco pigmento a duobus, ni fallor, librariis exaratus (*a* ff. 1–60ᵛ), quorum alter f. 165 notavit + *τῷ συντελεστῇ, τῶν καλῶν θεῷ χάρις, Χριστὲ πα/ράσχου τοῖς ἐμοῖς πόνοις χάριν· πρεσ/βείαις τῆς μητρός σου καὶ τῶν ἁγίων πάν/των· μηνὸς αὐγούστου τοῦ νέου θεῖον / τέλος· εἴληφε τέλος ἡ παροῦσα πυ/κτίδα, διὰ χειρὸς ἐμοῦ τε, Νικολάου τοῦ/πίκλην· Ἁγιομαυρίτου, τάχα καὶ διακόνου, / καὶ εὔχεσθαί μοι διὰ πολλῶν σφαλ/μάτων, οἱ αναγνῶσται, τῆσδε τῆς βίβλου / ταύτης:* — (cf. Vogel-Gardthausen, *Die griech. Schreiber*, p. 314).

Praeter binionem pro custodia initio conpactum et folia quinque ipsa de causa in fine additos, codex fasciculos conprehendit 22 (10. 22 terniones, 19 binio, cett. quaterniones), in ora inf. primae singulorum paginae dextrorsum enumeratos, notae autem *ια'–ιζ'* propter margines inmodice resectas omnino effluxerunt, aliae (*δ'* et *θ'*) dimidiatae sunt; adverte insuper fasciculos 18–22 (quamquam *τὸ κείμενον* lacunarum suscipione prorsus caret) nescio quo errore numeros prae se ferre *κδ'–κε'*. Litterae maioris moduli et notabilia rubro colore, ornamentum f. 1 rubro nigroque. Officinar. chartariar. insignia: [a] (ff. II + III. 170. 172) manus cui superinponitur flos 6 folior., [b] (ff. 2 + 7 ... 57 + 64) al. manus cum desuper magno flore decem folior., [c] (ff. 66 + 71 ... 163 + 168) id. cum litteris AP, flore 5 folior. superinposito (cf. Briquet nr. 10730). F. 167ᵛ scriptione vacat. Liber humore usuque alicubi male habitus (cf. ff. 40ᵛ sqq.), orae laciniis chartaceis parum eleganter saepe refectae (cf. ff. 79. 85 sqq. etc.).

F. IVᵛ summo num. *1544* (linea deletus); qua nota liber signabatur statim post codices Conlegii Athanasiani Graecorum a Luca Felicelli, eiusdem procuratore, in Vaticanum delatos, cf. Archivi Bybliothecae t. 11, f. 261 « *Un'altro* (menaeum videl.) *per Agosto* ». F. I, inter calami temptamina sine pretio, bis monocondylium obcurrit *Μονεμβασίας* (semel cinnabari exaratum). F. IIᵛ *Τας εσεπερυνας υμον ε⟨υ⟩χας προσδεξε ανε κ(ύρι)ε* etc.,

initium scil. primi stichèri vesperarum primi toni (cf. *Οκτωηχος*, ed. Rom., p. [3]): eiusdem perquam rudi manu alphabeta non nulla f. III ibidemque illud ✝ *ἀναβαλλόμενος φῶς ⟨ὡς⟩ ἱματιον* (Ps. CIII, 2). Aliae calami probationes ff. III^{v}–IV^{v}. F. 165^{v} superne, m. saec. XVI ✝ *ἀφιερώθ(η) ὁ παρὸν μὴν ὁ αὔγουστος, εἰς τὸν πανσέβαστον καὶ ἅγι/ον ναὸν τοῦ σ(ωτῆ)ρ(ο)ς ἡμῶν Ἰ(ησο)ῦ Χ(ριστο)ῦ, τοῦπίκλην, Ἀντιφω/νητῆς· διὰ συνδρομῆς καὶ ἔξοδαν (!) τοῦ μακαρι/ωτ(ά)τ(ου) κὺρ Ἀγγελεῖ. Χαλίλι* (an خليل [Ḫalīl], ut me monet conlega R. D. A. van Lantschoot C. R. P.?), *ὑπερ ψυχικῆς αὐτοῦ σ(ωτη)ρί/ας καὶ τῆς συμβίου αὐτῆς Χριστοῦδούλης, καὶ / τῶν τέκνων αὐτῆς· καὶ εἰ τις τὸ ὑστερήσει ἀ/π αυτὸν ἅγιον ναὸν, να ἔχει τὰς ἀρᾶς τῶν / τιη' θεοφόρων π(ατέ)ρων, καὶ μετὰ τοῦ Ἰούδα / σχεῖ τὴν μερίδα*. F. 166^{v} *magnifico · s(ign)or · Francesco · ui prego chi mi manta/ste pocu · mirmigiuni Dio tu garde la uostra signo/ria · non altro · baso lo mano*, atque paullo inferius, eiusdem calamo, *Al molto m(agnifi)co · s(ign)or · Il(lustri)s(sim)o Andria Aidonj*. Ff. 167. 170–171^{v} calami temptamina variar. manuum. F. 168^{r-v} imagunculae duae rudissimae. F. 169^{v} superne *ὕμνος τῆς ὑπ(ερα)γ(ίας) θ(εοτό)κου*: ✝ *Μνήσθητι σ(ωτη)ρία⟨s⟩ αὐτουργὲ· ἡμῶν ὡς πρὴν χρώτων ἐκ παρθένου*, troparium, ut vid., nescio quod. F. 172 ps. I, erroribus scatens, def. in vv. *καὶ τῶν φυλων αὐτοῦ οὐκ ἀπῶρῦησε⟨ται⟩* (v. 4); inferius, eadem manu, *πῶλες ὑγῆες και χαιρετῦσματα* aliaque sine pretio. Idem vir f. 172^{v} hymnum cherubicum, qui dicitur, conscribillavit, folio autem 173 psalmi I rursus initium exaravit.

Codicem paucis memorat, librarii subscriptionem adfert P. Batiffol, *La Vaticane depuis Paul III*, in *Revue des questions historiques* XLV (1889), p. 189 et ib. n. 3.

Integumenti dorso ex corio rubro scutum imprimitur Pii IX P. M.

1561 (olim 1555). Saec. XVI, chart., mm. 233 × 172, ff. III. 11, linn. 27–30.

⟨**Demetrii Pepagomeni**⟩ de podagra liber, sectionibus digestus cum editionum (ex. gr. cum Morellianae Parisiis a. 1558 excusae vel cum a Ioh. Stephano Bernard Lugduni Batavorum a. 1743 in lucem prolatae) haud semper congruentibus. Spatiis vacuis ad titulos excipiendos relictis librarius ipse, ut vid., sectionum notas numerales usque ad *μβ'* (quae ultima quintae et quadragesimae in edd. respondet) iniecit, nullo numero conclusionem (in edd. *μϛ'*) distinxit, isti sectionem (*μα'!*) ab edd., quantum vidi, exsulantem subiunxit, inc. *ὕστερον δὲ διὰ τὸ καταστεῖλαι τὰς χαλάσας φλέβας*, des. *κατὰπαῦσαι τοὺς ρευματιζομένους* (praescribitur *ὁ χυλὸς τῆς ἀγιράτου*, h. e. *Achilleae agerati* Linn.).

Subplementa, conrectiones, varietates sive librarii sive aliorum calamo marginibus adpinguntur.

Uno constat senione quem duplex bifolium (custodiam propter) amicit, at huius chartae extremae libri operculis internis glutine adhaerescunt. Ornamentum titulo inpositum rubro colore, litterulae quibus initia sectionum distinguuntur rubro, sed postea violaceo superlita pigmento. Officinar. chartariar. insignia (ff. III + 9. 1 + 8. 3 + 6) arcuballista cum sagitta, circulo inclusa (fere ut nr. 759 ap. Briquet), in foliis

additis (cf. I + 11) duae sagittae decussatae (cf. Briquet nr. 6269, qui tamen minoris est moduli et multo antiquior). Folia plurima (3 sqq.) blattarum morsiunculis circa margines internos adrosa. Chartae I^r-v. II^v. 10^v–11^v purae.

F. II superne libri numerus antiquior *1555*, linea deletus (id. id. f. III medio): paullo inferius, m. ⟨L. Allatii⟩, notatur *Anonymi tractatus de Podagra*. F. III^v summo titulus *Ψέλου περὶ ποδάγρας*, litt. quadr., quem duplici linea delevit, ut opinor, Allatius ipse, cuius in dissertatione De Psellis etc., Romae 1634, pp. 59 sqq., tractatulum nostrum a Psello abiudicandum primum ostenditur.

Librum tantum memorat P. Batiffol, *La Vaticane depuis Paul III* in *Revue des questions historiques* XLV (1889), p. 191.

Tegumentum ex membrana *ἰδιοχρώμῳ* flexibili.

1562 (olim 1548). An. 1318 (f. 140^v), membran. (ff. 119–120 chart.), mm. 227 × 158, ff. I. 143, linn. plerumque 10.

Octoëchus notatione musica instructus: [1] (ff. 1–99^v) unius cuiusque toni [a] (ex officio vesperarum sabbati) stichèra *ἀναστάσιμα* (absque notis musicis) et *ἀνατολικά*, [b] (ex officio aurorae diebus dominicis) *ἡ ὑπακοή, οἱ ἀναβαθμοί*, stichèra *ἀνατολικὰ εἰς τοὺς αἴνους, τὸ ἀλληλουϊάριον* (i. e. versus selecti e psalmis 17. 19. 30 [*θ'* cod., err.] 44. 88. 90. 91. 94) nec non alia stichèra *ἀναστάσιμα* diebus dominicis vespere canenda, puta (pro 1° tono) *Ο σταυρον εκουσιως* (v. *Ωρολογιον συν θεωι αγιωι κατα την εκπαλαι ταξιν... του της Κρυπτοφερρης μοναστηριου κτλ.*, Romae 1677, pp. 629–634); [2] (ff. 99^v–110^v) 11 *ἑωθινά, ποίημα Λέωντος δεσπότου* add. cod. (folio uno inter 106 et 107 amisso, conclusio sexti, septimum et octavi maxima pars desiderantur, a vv. *⟨αυ⟩τοις προσκυνουμεν* ad vv. *μεθ' ης αξιωσον*, cf. *Οκτωηχος*, ed. Rom. 1886, pp. 147 lin. 13 ... 148 lin. 17 vel Horologium Cryptense supra laud., p. 79 linn. 3–3 a. i.); [3] (ff. 111–112^v) *τὰ θεοτοκία* pro uno quoque tono pone stichèra *κατ' ἀλφάβητον*, quae dicuntur, vesperarum sabbati sub finem canenda, primum inc. *Ιδου πεπληρωται· η του Ησαϊου* (*Οκτωηχος*, ed. Rom. cit., p. 4); foliis tamen duobus post 112 deperditis, theotocia inde a vv. *πρεσβευειν, του λυτρωθηναι* (in tertio tono, v. *Οκτωηχος*, p. 33 lin. 6 a. i.) effluxerunt; [4] (ff. 113–140) post conclusionem nescio cuius troparii (*⟨πρεσβευ⟩σατε προς κυριον· ειρηνην τω κοσμω δωρησασθαι και ταις ψυχαις ημων τω μεγα ελεος*) ⟨*δόξαι* variis hebdomadae diebus, diebus festis etc. secundum morem Cryptensem vesperarum vel matutini in officiis canendae⟩, prima inc. *Οπου επισκιασει η χαρις σου αρχαγγελε* (Horologium laud., p. 161), ultima vero *Συ ει ο θεος ιμων· ο εν σοφια* (ib. 163: ceteras maximam partem ib. invenies, pp. 83–87 et 161–182, ordine tamen diverso, non nullae in menaeis leguntur, ex. gr. (f. 116^v) *Πετρε κορυφαιε· των ενδοξων αποστολων*, cf. *Μηναια*, ed. Rom., v. *ε'*, p. 388, vel (f. 124) *Σταυρε*

του Χριστου· χριστιανων η ελπις, id. v. ς', p. 295). Adverte insuper, folio uno post 118 amisso, quod conclusionem τῆς δόξης 'Των αποστολων τον χορον' (Horol. laud., p. 162) exhibebat, nescio quem saec. XV chartas duas paullo minoris moduli (119–120) inseruisse et in priori ipsum στιχηρὸν εἰς τοὺς ἁγίους δώδεκα ἀποστόλους (absque tamen notis musicis) totum subfecisse.

F. 141^{r-v}, manu saec., ut vid., XV, insertum ⟨τὸ⟩ αλλη(λουϊάριον) τοῦ ἀχράντου σῶμα καὶ αἵμα (sic!), i. e. Ο τρογον μου την σαρκα κτλ. (Ioh. VI, 56 et 55).

Ff. I et 143 ex alio codice musico saec. XIII–XIV decerpta nostroque custodiae in locum adsuta continent: [a] (f. I) illud vulgatissimum [Εἴ]δωμεν τὸ φῶς [τὸ ἀ]ληθινόν ex liturgia s. Iohannis Chrysostomi (propter atramentum evanidum nec non suprascriptas adnotatiunculas plura legi nequeunt), (f. 142^{r-v}) ⟨τὸ στιχηρὸν ἰδιόμελον⟩ Εισερχομενου σου κυριε ex officio vespertino sabbati Palmarum (Τριωδιον, ed. Rom. 1879, p. 604). Folio I^{v} m. saec. XV inscripsit ⟨τὸ⟩ φωταγωγικον τοῦ σταυροῦ: τῇ δ̄ καὶ τῇ ς̄, inc. Σταυρὸς ὁ φῆλαξ πάσι⟨s⟩ τοῖς οἰκουμένοις (Ωρολογιον το μεγα, ed. Rom. 1876, p. 54) nec non theotocium 'Ημοῖς ἐν σὺ καὐχόμεθα (ib.).

Fusco pigmento (non nullibi pallescente) descriptum efficiunt fasciculi 18, quaterniones omnes (si 13 excipias, quinionem), in 14 tamen et in 15 bifolium externum excidit, in 18 chartae 6 et 8 desiderantur, ceteras autem plane dissolutas, inprobe dispositas cumque folio pro custodia in fine addito (nunc 143, antea 142) perperam compactas, priori ordine conglutinandas, folium illud ultimo loco restituendum curavimus. Fasciculi duplici enumeratione (ipsius librarii manu, ut vid.) distinguuntur, graeca nimirum et latina, quarum altera primae singulor. paginae angulo sup. ext. inscribitur (notae ις'-ιη' minio exarantur), altera, margini inf. ultimae unius cuiusque fasciculi sinistrorsum adpicta, numerum insequentis fasciculi notis romanis exprimit; utraque tamen, sive glutinatoris forfice sive pigmenti decoloratione sive foliorum detrimento, iacturam passa est, ut in illa ι'. ιδ'-ιε' effluxerint, ιβ' dimidiata sit, δ'. ς'. η' prope evanuerint, in hac vero II. XV–XIX desiderentur, III–IIII anputatae sint, V vix cernatur. Tituli, notabilia, musicae interdum notae cinnabari, ornatus et litterae maximae plerumque cinnabari (ff. 1. 11. 22^{v} etc.), sed alicubi subfusco quoque pigmento delineantur (ff. 49. 99^{v} etc.).

F. I, praeter conscribillationes absque pretio, notatur superne, m. ⟨Gasparis Viviani⟩, ep. Anagnini (de quo cf. enarrationem codicis 1497): *Librum quem mihi D. Dionisius (!) / donauit ego Coll(egi)o Grecor(um) (!) dono* (cf. indicem codicum graecorum quos Lucas Felicelli, Athanasiani phrontisterii procurator, Bybliotecae Vaticanae praepositis tradere iussus est, in Arch. Bybl. t. 11, f. 261 « *Dui libri di Canto greco, con note musicali alla greca* » [alter est cod. 1606, cuius enarrationem vide]): ib. inferne codicis num. antiquior *1548* bis obcurrit, linea deletus, nec non inscriptio *Libro di musica*. F. 140, opere absoluto, notavit librarius (litt. rubris) δὼς Χ(ριστ)ὲ τοῦ γράψαντος πταισμά/των λύσιν nec non σωσόν με 'Ιησου, cuius invocationis litterae σταυροειδῶς disponuntur. Post versiculos illos ὥσπερ ξένοι χαίρουσι ἰδεῖν πατρί/δα etc. pergit librarius in pag. aversa δόξα σοι ἁγία τριὰς ἁγία τριὰς βοήθ(ει) μοὶ / τῷ σῷ δούλ(ῳ) Νήφων(ι) ἁμαρτωλ(ῷ) / ἐγρά(φ)η τῷ παρὸν

βιβλιδίτζιν διὰ χειρὸς και συν/δρομῆς καὶ οἰκοδομῆς τοῦ ταπινοῦ· μοναχοὺ (α): τάχα / καὶ διάκονου τὸν βαθμὸν, Νήφωνος ἁμαρτωλ(οὺ) / μον(α)χοῦ δὲ τῆς περιβλέπτου μονῆς τῆς / ὑπεράγίας θ(εοτό)κου τῆς Κρηπτωφέρρης (cf. Vogel-Gardthausen, *Die griechischen Schreiber* etc., p. 334) : : — *ἀδε(λφοὶ) καὶ π(ατέ)ρες ὑμεῖς οἱ μέλλοντες* (secundum λ atramento exaratum ac fortasse alia manu) *ἀνα/γινώσκιν· βλέποντες τὰ σφάλματα διὰ τὸν / κ(ύριο)ν εὔχαισθαι καὶ μη καταράσθαι ὅτι καὶ / ο γρά(φων) παραγρά(φ)η ἔτος ,ϛωκϛ* (= 6826) *ἰνδ(ικτιῶνος) α / μη(νὶ) απρηλλ(ίῳ) εις τ(ὰ)ς δ.* F. 141^{v} inferne, m. saec. XV, initium epistulae pro feria tertia XIII hebdomadae usque ad vv. *οτι την μεν ⟨παράκλησιν⟩* (II Cor. VIII, 16–17); an reliqua cum folio deperdito inter 141 et 142 perierunt? Eadem manus f. 142 imo psalmum 109 latine sed graecis litteris transscribere coepit: *δησητ δόμηνους δόμοινο μεο κτλ.* Ib. reliquam paginam inplet adnotatio diligentissime abrasa, quam ne chemica quidem arte in subsidium vocata resuscitare contigit *προτων / ἐγῶ [ἀ]δε[λ]φος........ [τ]οῦ αγιου* et (hic illic) aliae paucae litterae, quarum sensum elicere haud valui. Idem monachus, ut vid., f. 142^{v} inf. initium conscribillavit evangelii s. Iohannis atque inferius *Єγ[ὼ] αδελφος. φρατε Πετρο........ δαβι.* Ib. superne nescio quod troparium notis musicis instructum tegunt maximam partem excerpta tria e Psalmorum libro, manu perquam rudi exarata: *Κατατροὶφύσῶν τοῦ κυριου καὶ δοεί σὴ στοιμάτα* (Ps. XXXVI, 4) *κτλ.* F. 143^{v} imo al. manus initium psalmi XXI (vv. 1–2) iniecit.

Codicem breviter descripsit hierom. L. Tardo, *I codici melurgici della Vaticana* etc. in *Archivio storico per la Calabria e la Lucania*, I (1931), p. 244 (ubi non recte anno 1218 tribuitur), memoravit dum taxat P. Batiffol, *La Vaticane depuis Paul III* in *Revue des questions historiques* XLV (1889), pp. 183 n. 1, 191 et ib. n. 3.

Integumentum rubro tergore vestitum praebet in dorso tesseras gentilicias Pii VI P. M. et Fr. Xav. de Zelada card. bybl. (1779–1801).

1563. Saec. XVI in., chart., mm. 220 × 159, ff. III. 113, linn. 23–26 (uti plurimum 24).

1 (ff. 2–94) **Eustathii** vel **Eumathii Macrembolitae** de Hysmines et Hysminiae amoribus libri I–XI, sub eadem inscriptione atque in codd. classis *θ* (cf. I. Heilberg, Eustathii Macrembolitae protonobilissimi de Hysmines et Hysminiae amoribus libri XI, Vindobonae 1876, p. XLVIII), praemisso autem (f. 1^{v}) titulo longiore ut in libris manu scriptis classis *ι* (cf. Hilberg, ib.). Praecedunt (f. 1–1^{v}) versus in amorem 1–25 (Heilberg LXXXVII–LXXXVIII).

Lemmata, correctiones, subplementa, sive ipsius librarii manu sive aliorum (cf. ex. gr. ff. 14. 15^{v}. 19^{v} etc.) frequenter oris inscribuntur.

2 (ff. 96–111) **Marini Falieri** historia ⟨et somnium⟩, *ἱστορία τοῦ κρητὸς Φαλιέρου εὐγενοῦς ἐρωτικαὶ ὑποθέσεις κτλ.* cod. (vv. 1–57 et 685–696 ed. e cod. Ambr. Y 89 sup. E. Legrand, *Bibliothèque grecque vulgaire*, II, pp. LXII–LXIV, conclusionem vero ibid. deficientem e libro Neapol. III 27 subplevit J. Schmidt, *Ποίημα ἀνέκδοτο τοῦ Μαρίνου Φαλιέρη* in *Δελτιον της ιστορικης και*

εθνολογικης εταιριας της Ελλαδος, 4 [1892], p. 292 s.: de auctore cfr. K. Krumbacher, *Gesch. d. byzant. Literatur* 2, p. 821, ac praesertim A. Scrinzi, *Poesie inedite di Marino Falieri* in *Atti del R. Istituto Veneto di Scienze, Lettere ed Arti*, LIX, II [1899–1900], pp. [253]–264).

Praeter tria folia initio, in fine duo custodiae loco addita, fasciculi decem obcurrunt (2–7. 9 seniones, 8 quinio, 1 septenio [cuius folium 13 excisum est], 10 ternio [huius ultima charta effluxit]): qui fasciculi in ang. inf. ext. primae et in ang. inf. int. ultimae singulor. paginae subputati sunt, sed oris ab inprovido bybliopego altius resectis notarum vestigia dum taxat hic illic supersunt (cf. ff. 13v, 49v, 74 etc.). Tituli, lemmata, animadversiones, litterae initiales atque grandioris moduli rubra (a f. 71v ad 94v et a 103v ad 111 tituli atque litterae maiores violacea), ornamenta vero titulis inposita — rudi calamo descripta — vel rubro et subfusco (f. 2) vel rubro, fusco atque violaceo colore (f. 96) tincta. Officinar. chartariar. insignia: a (in toto fere libro, ex gr. ff. 19 + 20 et 17 nec non 31 + 32 et 30) basiliscus litteraeque *ZM* (nullum ab hoc forma magnitudineque propius distantem invenire contigit ap. Briquet, cf. nn. 2617–2726); b (ff. 110 + 111) sagittae duae decussatae, quas inter linea surgit in stellulam radior. sex desinens (cf. Briquet nr. 6289, qui tamen differt). Chartae Ir-v, 95r-v, 112, 113r-v scriptione carent.

Ff. II et 112v calami temptamina et aliae sine pretio conscribillationes. F. III summo *τὸ παρὸν βιβλίον κτῆμά ἐστι Ἀνδρονίκου Νουκίου / καὶ τῶν φίλων αὐτοῦ*: quam possessionis notam nescio quis iterare coepit in marg. sup. f. IIv. F. IIIv superne *1563. / Eustathij Philosophi de Amore Hismenes et / Hismenię lib. 11. / Phalieri Cretensis Amatoria*, m. ⟨L. Allatii⟩. Folii 111v summo margine *1546 auosto /19/* (9 conr. ex 7), nescio cuius manu.

Tegumentum prasina membrana vestitum exhibet in tabulis tesseras gentilicias Urbani VIII P. M. et Francisci Barberini card. bybl. (1626–33), in dorso apes Barberinianae quattuor inprimuntur: ligaminum reliquiae tantum modo superant.

1564 (olim 1508). Saec. XVI, chart., mm. 222 × 157, ff. II. 111, linn. 21.

1 s. Iohannis Chrysostomi de sacerdotio (ff. 1–10v) lib. I, *περὶ τοῦ, ὅτι πολλοῦ μὲν ἀξιώματος, δύσκολον δὲ ἐπισκοπεῖν, τῶν εἰς ἕξ, λόγος πρῶτος* cod. (P. G. 48, [625]–632), (ff. 10v–20v) lib. II (ib. 632–640), (ff. 20v–44) lib. III (ib. 639–660), (ff. 44–58v) lib. IV (ib. 659–672), (ff. 58v–65) lib. V (ib. 671–678), (ff. 65–82) lib. VI (ib. 677–692), cuius in fine notatur litteris rubris *Ἰω. Χρυσοστόμου λόγων ἕξ, πρὸς ἐγκαλοῦντα, ἐπὶ τῷ διαφυγεῖν τὴν ἱερωσύνην, τέλος.*

Singuli libri capita conplectuntur 6, 7, 18, 7, 7 et 13, uni cuique libro (primo tantum excepto) praecurrit contentorum indiculus. Chrysostomi Basiliique nomina saepe numero omittuntur.

2 (ff. 85–109) **Nicephori Blemmydae** oratio de regiis officiis (P. G. 142, 612–657).

Scripturarum exempla duo, non autem, ut mihi quidem videtur, duae manus distinguuntur, alterum a f. 1 ad 82 alterum ab 85 ad finem, utrumque politum nitidumque. Fasciculi 14, quaterniones uti plurimum (1. 7 quiniones, postremus binio), ad ang. inf. ext. primae singulor. paginae usque ad ι' ipsius librarii manu signati; qui primum insuper vel prima verba uniuscuiusque fasciculi ad calcem superioris paginae derecte notavit. Tituli, litterae initiales atque maioris moduli, capitum numeri, conlocutorum nomina rubra. Officinar. chartariar. insignia: [a] (ff. 1 + 8, 3 + 6; 10 + 17, 12 + 15; 21 + 22, 29 + 30 etc.) aquilae singulae circulo inclusae, quem corona trium folior. supereminet, forma et magnitudine inter se discrepantes (cf. Briquet nr. 207); [b] (ff. 36 + 39) littera M scuto inserta cui stella sex radior. inpendit (cf. Briquet nn. 8390–92); [c] (ff. 109 + 110) rhombus curvilineus, in quo stellula radior. sex, circulo inscriptus (cf. Briquet n. 6097). Chartae I^{v}–II^{v}. 82^{v}–84^{v}. 109^{v}–111^{v} scriptione vacant.

F. I index latinus, cui subest (al. manu perscripta) nota *Colleg. Graec: Catal. Inscript. biblio:*. F. 1, in ora inf., siglum sigillumque ipsius conlegii Athanasiani. Librum numero 1508 distinctum esse statim post codices Athanasiani phrontisterii in Vaticanas aedes invectos testatur index in cod. Vat. lat. 7139, f. 3^{v}.

Tegumentum simplici membrana obductum praebet in dorso tesseras gentilicias Pii IX P. M. et Io. Ba. Pitra card. bybl. (1869–1889).

1565 (olim 1509). Saec. XVI, chart., mm. 223 × 168, ff. IV. 152, linn. 24.

Origenis Philocalia, omisso prologo, contentorum vero indice ante protheoriam 'Ἐκλογὴν ἡ παροῦσα περιέχει βίβλος nec non epistulam ⟨S. G r e g o r i i N a z i a n z e n i⟩ 'Ἑορτὴ καὶ τὰ γράμματα conlocato (ed. J. A. Robinson, Cambridge 1893, pp. 4, 10–6, 27; [1], 1–14, [7]–256): adverte insuper ob folior. ordinem in archetypo turbatum easdem in textu perversiones obcurrere atque in codd. AC editionis laud. (cf. adparatum criticum ad pp. 244, 15; 249, 4; 250, 1; 245, 13).

Illa ση(μείωσαι), ὅρα, ὡρ(αῖον), ipsius librarii manu, saepe marginibus adpinguntur.

Adcedunt (f. 150) ἴαμβοι ⟨12⟩· εἰς τὴν τοῦ 'Ὠριγένους βίβλον, inc. Εἰ μὲν θέλῃς ἄνθρωπε θαυμάζειν βίον, des. ῥανίδες ἁγναὶ μυστικῆς, εὐωδίας (quattuor priores in ed. supra cit., p. XXII).

Praeter chartas tres custodiae in locum initio additas, cum saec. XVII liber, iam tum Vaticanus, conglutinatus est, fasciculos invenies 20 (1 [ff. IV–2] binio, in quo primum folium desideratur, ceteri quaterniones, sed ultimi ultima charta excidit, paenultima operculo post. int. adglutinatur): qui fasciculi (binione illo tantum excepto) in ang. sup. ext. primae atque in ang. inf. ext. novissimae singulorum paginae ipsius librarii manu subputati sunt, sed codice incaute demarginato numeri fere ad unum effluxe-

runt, superant enim α', β' et ζ' dum taxat (cf. ff. 10v, 11 et 51), primum autem vel prima verba unius cuiusque fasciculi, quo modo scribae ad calcem superioris paginae derecte ad marginem interiorem notare consueverant, decurtantur obque codicem arcte conpactum vix dispici queunt (cf. ex. gr. ff. 18v. 26v etc.). Litterae maiores et maximae, capitum tituli, ornamentum (f. 1) litteras ΓΒ (i. e., ni fallor, Γ[άσπαρος] Β[ιβιανοῦ], v. infra) concludens, omnia rubro colore descripta, hodie plus minusve evanido. Officinae chartariae signum nullum nullibi obcurrit. Libri sectura croceo liquore tincta. F. Iv–IIIv. 150v–152v vacua.

F. I nescio quis notavit *Greco*. F. IV summo *1565* (*5* ex conr.), inferius notae antiquioris *1509*, folio praecedenti nunc deperdito (cf. supra) iam inscriptae, vestigium inpressum (cf. cod. Vat. lat. 7139, f. 3v). Ib. *Origenis / philocalia / A. Maius*, iterum num. *1565* et conscribillationes absque pretio. F. IVv superne *Gręcor(um) Coll(egi)o Romę. / Gasp(ar) Viuianus Vrbinas / Ep(iscop)us Anagninus* (quo de vide sis P. Batiffol, *La Vaticane depuis Paul III*, in *Revue des questions histor.* XLV [1889], pp. 180 et 187 sq. nec non C. Korolevskij, *Les premiers temps de l'histoire du Collège grec de Rome* [1576–1622], in *Stoudion* IV [1927], p. 90 et ib. n. 3) */ dono dedit*. F. 1, in ora inf., siglum sigillumque conlegii Athanasiani. F. 150, post iambos illos in Philocaliam, notavit librarius litt. rubris τέλ(ος), τοῦ παρόντ(ος) βιβλίον, / γραφὲν ὑπὸ ἱερέως, Νικήτα Κορογονᾶ: (idem, ut vid., alium codicem, nunc Barocc. 176, anno 1562 absoluit, cf. Vogel-Gardthausen, *Die griech. Schreiber* etc., p. 335, unde veri simillimum fit nostrum inter annum 1556 et 1579 pro Gaspare Viviano, tunc temporis Sithiensi antistite Nicetam in insula Creta transscripsisse eiusque nominis cognominisque graece redditorum litteras initiales ornamento in capite libri inseruisse.

Codicem breviter descripsit P. Koetschau, *Die Textüberlieferung der Bücher des Origenes gegen Celsus* etc., in *Texte u. Untersuchungen* VI (1891), Heft 1, pp. 109 sq., memoravit dum taxat P. Batiffol, *La Vaticane depuis Paul III*, in *Revue des questions historiques* XLV (1889), p. 188: qui librum saec. XV exeunti vel XV–XVI perperam adscripserunt.

Tegumentum membrana purpurei coloris nunc pallescentis XVII saec. vestitum exhibet in summo dorso num. *1565* auro inpressum (*6* conr. ex *7*).

1566 (olim 1510). A. 1329 (f. 220), chart., mm. 215 × 141, ff. IV. 224, linn. 23.

1 (ff. 1–34v) Epanagoges tituli I–IV. VI–IX. X (sex capita dum taxat, quae in ed. infra laudanda respondent capitibus β + schol. *a*. γ'. η' + schol. *b*. θ'–ια'). XI (omisso c. η'). XIII (in cod. [f. 24v] inscribitur τίτλος ιβ), cc. α'–η' + schol. *a*. θ'–ις' + schol. *b*. ιζ', quibus adcedunt ⟨ex titulo XIX⟩ cc. α' + schol. *a*. β' usque ad vv. τὴν προγαμιαίαν λαμβάνει δωρεάν + schol. *c* usque ad vv. καὶ τὸ λοιπὸν ἡ μήτηρ (ed. C. E. Zachariae v. Lingenthal, Collectio libror. iuris Graeco-romani ineditor., Lipsiae 1852, pp. 65 ... 127, 11). Inscriptionis ad instar praemittuntur (f. 1) iambi quinque Ἐκ τοῦ προχείρου τούσδε τοὺς τίτλους νόμου (litt. maiusc.) κτλ., ut in

cod. Laurent. plut. LXXX, 6 (ed. Bandini III, col. 179 nec non Zachariae v. Lingenthal, Ὁ πρόχειρος νόμος, Heidelbergae 1837, p. xcvi), qui titulorum delectum a codicis nostri parum diversum conplectitur (cf. Zachariae, ib., pp. xcv–xcvii).

2 (ff. 35-156) Prochiron impp. Basilii, Constantini et Leonis (cfr. Zachariae v. Lingenthal, Ὁ πρόχειρος νόμος, pp. [3]–258), non nullis interdum praetermissis, pluribus additis, quae singula recensere nostrum non est; exempli tamen gratia quae titulis X et XXI inseruntur ab editis aliena memorabimus, i. e. in priori (ff. 67ᵛ–68) capita quattuor (ιδ'-ιζ'), quorum primum inc. Ἐὰν ὁ ἀνὴρ δωρηράμενος τελευτήσει (Epanagoges tit. XX, c. γ'), ultimum vero Ἐὰν δὲ τῆς γυναικὸς ἀγορασάσης (ib., c. ις'), in altero (ff. 93ᵛ–94) tractatiunculam περὶ διανεμήσεων, octo excerpta non enumerata perstringentem, inc. Καὶ ἴσθι ὅτι οὐ μέσον δι' ἑαυτοῦ, des. ἡ διαθήκη αὐτοῦ (huius modi, cave, additamenta nihil prorsus commune habent cum Prochiro aucto quod κατ' ἐξοχὴν indigitatur, ed. Zachariae v. Lingenthal, Ius Graeco-Rom. III). Adverte insuper pone titulorum indicem inici (ff. 39ᵛ–40) novellam (?) illam de iudicibus qui praeter legem sententiam ferunt (νόμος κατάκρισ⟨ις ἐκ⟩τεθεῖσα ὑπὸ τῶν φιλευσεβῶν βασιλέων ἡμῶν cod.), quam legere est apud Zachariae v. Lingenthal, op. cit., n. cxvi, p. 223, vel in Harmenopuli Hexabiblo, ed. Heimbach, p. 8.

3 (ff. 156ᵛ–166ᵛ) Νόμος γεωργικός (κατ' ἐκλογὴν βιβλίου· τῆς θείας λήξεως Ἰουστινιανοῦ βασιλέως add. cod.), in cc. ϟγ' digestus, ex quibus α'-πε eodem fere ordine se se excipiunt atque in huius legis memoria a Waltero Ashburner edita, nimirum α'-ϛ'. η'-ζ'. θ'-ια'. ιγ'. ιβ'. ιε'. ιδ'. ιϛ'-ιθ'. κα'-κβ'. κ'. κγ'-λ'. λβ'-λγ'. λα'. λδ'-ν'. νβ'. να'. νγ'-πε' (cf. W. Ashburner, *The Farmer's Law*, in *The Journal of Hellenic Studies* XXX [1910], pp. 97–108), capita vero ⟨πϛ'⟩–ϟγ' in seriori recens. ab Heimbachio publici iuris facta respondent titulis capitibusque E 3. A 17. Z 5–6. I 2, 10, 5 et 11 (cf. G. E. Heimbach, Const. Harmenopuli manuale legum sive Hexabiblos cum appendicibus et legibus agrariis, Lipsae 1851, pp. 832 ... 850). Praecedunt (f. 156–156ᵛ) versiculi νόμον θεὸς δέδωκεν, ἀνθρώποις πάλαι· / ὅπως ἀτασθ⟨α⟩λῶν (l. ἀτασθάλων) γε παύσοιτο βλάβη.

4 (ff. 166ᵛ–176ᵛ. 186–220) ⟨**Michahelis Attaliatae** operis de iure sive pragmaticae⟩ tituli Α'-ΛΕ' (prohoemium omittitur), des. in vv. καὶ τρίτον, χειροκοποῦνται (Io. et Pan. Zepoi, Jus graecoromanum, VII, Athenis 1931, pp. [418] ... 468, 7), deficientibus illis τοιαύτῃ ὑπουργίᾳ — ἀργυροπράται δὲ καὶ ἔμποροι (ib. 426, 7–434, 9 a. i). Capita περὶ βαθμοῦ συγγενῶν καὶ ἀγχιστῶν et περὶ ὑπάρξεων μητρικῶν inseruntur titulo ΚΓ' post vv. περιληφθεῖ· δημεύε-

ται (ib. 444, 3; in ed. eadem leguntur in tit. *ΚΗ'*, pp. 448, 3 a. i.–451, l. ima), plane omittuntur in tit. *ΚΓ'* capita *ιθ'–κδ'* (ib. 444, 4–445, 6), in *Λ'* cc. *θ'–ιγ'* (*περὶ καταχρήσεων καὶ νομῶν*, pp. 454, 1–455, 13) et in *ΛΓ'* cc. *γ'–κα'* (*περὶ προξενητικων κτλ.*, pp. 458, 1–459, 24). F. 166ᵛ imo nescio quis (an. saec. XV–XVI?) notavit *πόνημα Μιχαὴλ ἀνθυπάτου καὶ κρίτου* (!) *τοῦ Ἀταλιώτου*, idemque ad calcem folii 176ᵛ admonuit *λείπει τετράδιον· κγ': — καὶ πρῶτον φύλλον τοῦ τετραδίου· κδ*: (eadem recentior manus paullo inferius iteravit).

Fasciculi, numero 23, quaterniones sunt omnes (novissimo solum modo excepto, ternione, cuius hodie folia 5–6 desiderantur), primus tamen quaternio ternione re vera ac bifolio efficitur, tertius et vicensimus primumque insequentis fasciculi folium effluxerunt (v. supra): hi fasciculi graecis notis numeralibus orae inf. primae singulor. paginae dextrorsum adpictis (ipsius librarii manu) distinguuntur. Litterae maiores et maximae, tituli, ornatus (cf. ff. 1. 35. 156), capitum denique numeri rubro colore descripta. Chartae I–IV. 221–224 custodiae in locum additae, cum liber, iam tum Vaticanus, saec. XVII compactus est, scriptione carent, f. 220ᵛ pariter vacuum. Officinar. chartariar. insignia: ᵃ (ff. 3 + 4 ... 28 + 29 ... 92 + 93 ... 212 + 213) littera A de filo in laqueum superne desinente pendens (fere omnino ut nr. 7921 ap. Briquet), ᵇ (ff. 121 + 128 ... 132 + 133 ... 156 + 157 ... 161 + 168) porta arcuata pessuloque instructa (nullo in loco similem reperire contigit), ᶜ (ff. 169 + 176 ... 204 + 205 ... 219 + 220) circuli duo cruce divisi (omnino ut nr. 3204 ap. Briquet). Codex umore (cf. ff. 121 sqq.) teredineque (cf. ff. 99 sqq.) non nihil laesus, scriptio tamen, praeter ultimum folium, ubique integra. Libri sectio flavo colore lita.

F. 1 summo *Collegij Graecor(um)*, dextrorsum *1510*, nota videl. antiquior (qua codex insignitus est statim post libros Athanasianos manu scriptos Vaticanis *κειμηλίοις* adstructos), in recentiorem *1566* correcta. Ib. ornamento superinponitur pia scribae invocatiuncula + *Χριστὲ προηγοῦ τῶν ἐμῶν πονημάτων*, litt. rubris. F. 220, transscribendi munere absoluto, notavit librarius rubro charactere *τῷ δὲ θεῷ ἡμῶν ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, τῶν / αἰώνων ἀμήν: — δόξα σοι ὁ θεὸς· δόξα σοι· / δόξα σοι ἁγία τριάς: τῷ ἔχοντι καὶ γρά/ψαντι Χριστέ μου σῶσον:· ἔτους ,ςωλη'* (1329):· / *μηνὶ σεπτ(εμβ)ρ(ίῳ) ιγ ἡμέρα τοῦ αὐτ(οῦ) σεπτ(εμβ)ρ(ίου)· ἡμέρ(ᾳ) ε' :· ὥρ(ᾳ) ι': — / ἰνδ(ικτιῶνος) ιγ': —*, atque inferius, atramento, + *ἡ βίβλος αὕτη, μοναχοῦ Κυρίλλου· καὶ / οἰκονόμος τοῦ ἁγίου Νικολάου τῆς Κα/μενικείας* (procul dubio slav. *Kamenitsa*, sed de quo huius nominis pago agatur satis non liquet, cf. ex. gr. P. N. Papageorgiou, *Αἱ Σέρραι κτλ.*, in *Byz. Zeitschr.* III [1894], p. 289 et ib. n. 1).

Codicem obiter memoravit, librarii subscriptionem (ex parte) nec non possessionis notam supra relatam edidit P. Batiffol, *La Vaticane depuis Paul III* in *Revue des questions historiques* XLV (1889), p. 191; qui de more dormitans Italiae australi librum adscripsit.

Integumentum prasina membrana vestitum, summo dorso auro inprimitur n. *1566*.

1567 (olim 1560). Saec. XVI, chart., mm. 220 × 160, ff. I. 71, linn. plerumque 23.

⟨Index codicum graecorum Nicolai card. Ridolfi⟩, inc. *n.º 1. Πλάτονος Κλειτοφῶν, ἢ προτρεπτικός*, des. *nº 63 Θεοκρίτου εἰδύλλια* (breviatum ed.

latine Montfaucon in Bibliotheca Bibliothecarum, II, 766–778; cf. Io. Mercati, *Mélanges d'Archéologie et d'Histoire publiés par l'École française de Rome*, XXX [1910], pp. 51–53 [= *Op. minori*, III, pp. 126 sq.).

Fasciculos haud enumeratos 9 conprehendit, quaterniones omnes (ultimi ultima charta effluxit). Litterae grandioris moduli rubrae. Folia omnia, quae atramenti acor perterebrare coeperat, charta flavi coloris obducta. Officinar. chartariar. insignia: [a] (ff. 2 + 7. 4 + 5) rhombus curvilineus, in quo stellula radior. sex. (ut videtur), circulo insertus (cfr. Briquet nr. 6097), [b] (ff. 11 + 14 ... 28 + 29 ... 52 + 53 etc.) sagittae duae decussatae, quas inter linea surgit in stellam sex radior. desinens (cfr. nr. 6289 ap. Briquet). Ff. I. 71r-v pura.

F. Iv summo nota *1567* (corr. ex *1560*, qua liber prius distinguebatur, cf. indicem in cod. Vat. lat. 7139, f. 12: *1560 Πίναξ τινῶν Ἑλληνικῶν βιβλίων*). Ib. inferius *Elenchus Librorum Grecorum*, m. <L. Allatii>.

Tegumentum membrana ἰδιοχρώμῳ obductum, in dorso stemmata Leonis XIII P. M. et Io. Ba. Pitra card. bybl. (1869–1889).

1568 (olim 1507). Saec. XV in., chart., mm. 221 × 140, ff. 265, linn. 23.

1 s. **Basilii Magni** in Hexahemeron (ff. 4–15) hom. 1 (P. G. 29, 4–28) (ff. 15–26) hom. 2, (ff. 26–38) hom. 3, (ff. 38–46) hom. 4, (ff. 46v–58) hom. 5, (ff. 58v–74) hom. 6, (ff. 74–83) hom. 7, (ff. 83v–95v) hom. 8, (ff. 95v–106) hom. 9 (P. G., vol. cit., 188–208). Praefigitur (f. 2–2v) πίναξ totius libri, subiciuntur (f. 106v) versiculi *Τῶν ἡμερῶν ἐξ Βασιλείου τοῦ πάνυ, / εἴληφεν ἐξήγησις ἐνθαδὶ τέλος.* Singulis homiliis nulla praeiacet inscriptio, omnium primae tantum verba S. Scripturae declaranda praeponuntur.

2 s. **Gregorii Nysseni** [1] (ff. 111–193v) de hominis opificio, *εἰς τὰ ἐπίλοιπα τοῦ ἑξαημέρου* cod. (P. G. 44, 128 C 1–256), anteposita (ff. 108–109v) ad Petrum epistula (ib. 125 A 9–128 B 12) nec non (ff. 109v–111) tabula λ' capitum (c. 29 incipit, secus atque in ed., verbis *Μηδ' αὖ πάλιν οἱονεῖ πήλινον*, ib. 233 C 1), subfixis vero (f. 193v) iambis + *καὶ Γρηγορίου τοῦ σοφοῦ πέρας φθάνει / ἔκφρασις ἀνθρώπου νῦν ἠγλαϊσμένη*; [2] in illud *Faciamus hominem** etc., *Βασιλείου ἀρχιεπισκόπου Καισαρείας Καπαδοκίας· ... περὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου γενέσεως* cod. (ff. 194–208v) oratio 1 [α'] (P. G. 44, 252–277) et (ff. 210–222) or. 2 [β'] (ib. 277–297).

3 (ff. 222–227v) s. **Basilii Magni** hom. in illud *In principio erat Verbum*, *εἰς τὴν αρχὴν τοῦ κατα Ιωαννην εὐαγγελίου* cod. [γ'] (P. G. 31, 472–481).

4 (ff. 228–229v) s. **Athanasii** (?) <quod non iudicandum sit, ex Evangelio secundum Mattheum> [δ'] (P. G. 27, 1376 C 10–1380 A 15).

5 (f. 230–230v) s. **Anastasii Sinaitae** <quaestio 70>, editis (P. G. 89, 696 A 11–B 13) amplior [ε'].

6 (ff. 230^{v}-231^{v}) **s. Iohannis Chrysostomi** ⟨in Mattheum hom. 23 al. 24⟩ [ϛ'] usque ad vv. *τὴν κάμηλον καταπίνοντες* (P. G. 57, 307-308 l. 5. a. i.).

7 s. Anastasii Sinaitae [1] (ff. 232-234^{v}) ⟨de turpibus cogitationibus et de blasphemia⟩ [ζ'], ab ed. (A. Papadopulos-Kerameus, *Αναλεκτα ιεροσολυμιτικης σταχυολογιας*, I, pp. 400-404) discrepans, interrogatio enim inc. *Πόθεν ἡ ψυχὴ τοῦ ἀνθρώπου... ἐνθυμῆτε*, des. *ὁ τοιοῦτος λογισμὸς ἀφανισθήσεται*, responsio inc. *Ὁ μὲν τοιοῦτος πειρασμὸς, συμβαίνει τοῖς πολλοῖς* (ut in recens. cod. Athoi 4508, quam praeter alias inter se et ab editione supra laud. discrepantes memorat Io. Mercati, *Un preteso scritto di s. Pietro vesc. d'Alessandria* etc., in *Riv. storico-critica delle scienze teologiche*, I [1905], pp. 164 = *Opp. minori* II, 427); [2] (ff. 234^{v}-235^{v}) quaestio ⟨114⟩ [η'], ab ed. (P. G. 89, 765 C 1-768 A 14) paullum discrepans.

8 s. **Basilii Magni** [1] (ff. 235^{v}-237) Moralium c. *κβ', ἐκ τῶν ἀσκητικῶν* [θ'] cod. (P. G. 31, 868 C 5-869 C 11); [2] (ff. 237-246^{v}) constitutionum monasticarum cc. 3-4 [ι-ια'] (ib. 1344 B 5-1360 B 1); [3] (ff. 247-249) excerptum *ἐκ τῶν ἀσκητικῶν* (?) [ιβ'], inc. *Τὸ τελειότατον ἔργον τῆς ἀσκητικῆς πολιτείας*, des. *οὗτινος ἀπο στόματος οὐκ ἐξέρχεται δόλος;* [4] (ff. 249^{v}-254) hom. de fide [ιγ'] (ib. 464-472); [5] (ff. 254^{v}-257^{v}) hom. de Spiritu Sancto * [ιδ'] usque ad vv. *προσηγορία καὶ ὁμοιώσει* (ib. 1429-1436 A 1).

9 (ff. 260-263) ⟨**Iosephi Bryennii**⟩ in s. Pascha [ιε'] (*Ιωσηφ μοναχου τοῦ Βρυεννιου τα παραλειπομενα κτλ.... ἐπιμελεία τε καὶ δαπάνη Θωμα Μανδακασου, τ. Γ', ἐν Λειψίᾳ τῆς Σαξονίας, ἐν τῇ Τυπογραφίᾳ τοῦ Βρεϊτκόπφ, ͵αψπδ'*, pp. 21-25). De viro cf. Ph. Meyer, *Der Ioseph Bryennios Leben, Schriften u. Bildung*, in *Byz. Zeitschr.* 5 (1896), pp. 74-111.

F. 264 nescio quis, librarii tamen coaevus, definitionem quamdam de morte inscripsit, inc. + *ὕπνος τίς ἐστιν ὁ παρ' ἡμῖν περιθρυλλούμενος θάνατος*, des. *καρτέρησον τὴν διάζευξιν, ἀναμένων αὖθις τὴν ἕνωσιν.*

Marginibus haud frequenter lemmata, conrectiones, animadversiones tum scribae cum aliorum manibus inseruntur, interdum lector quidam locos praestantiores linea subnotavit, non nulla nitido sed minutissimo charactere conpendiisque horrente in oris exscripsit (cf. ff. 20^{r-v}. 45. 50. 54^{v}-55 etc.).

Praeter binionem initio positum, cuius prima charta operculo ant. interno glutine adhaerescit, fasciculi obcurrunt 33, quaterniones omnes (24 ternio, ultimi quaternionis fol. septimum excisum est): quos fasciculos duplici serie graeca enumeratos invenies, i. e. in ang. inf. int. (α'-ιβ'. ιδ'-ιε'. κϛ'-λβ') vel ext. (ιϛ'-κε') ultimae et in ang. inf. int. (β'-ιϛ'. κε'-λγ') vel ext. (ιζ'-κδ') primae singulor. paginae. Litterae initiales ac maioris moduli (librarius ipse rubricatori minutissimis characteribus indicaverat, sed oris a bybliopego resectis, perpauca tantum vestigia servantur, cf. ex. gr. f. 43^{r-v}), inscriptiones, verba e

S. Scriptura, numeri aliaque notabilia minio exarantur, ornatus titulis inpositi rubro nigroque vel nigro dum taxat colore (ff. 4, 108, 222, 260). Officinae chartariae signum saepissime offendes (cf. ff. 7 + 8 ... 47 + 48 ... 159 + 160 ... 261 + 262) trimontium circulis duobus in idem medium vergentibus insertum, ex quo linea egreditur in crucem desinens (fere omnino ut nr. 11898 ap. Briquet). Chartae 1. 3r-v. 107r-v. 209r-v. 258-259v. 263v scripturae expertes.

Operculo ant. interno adglutinatur scidula mm. 104 × 22 cum inscr. *Orationi di S. Basilio et altri s.ti / Padri*, quales in libris manu scriptis qui olim Conlegii Graecorum Athanasiani bybliothecae pertinuerunt non raro inveniuntur, cf. ex. gr. codd. 1490 et 1498. F. 1v superne num. *1507*, libri scil. nota Vaticana prior (iteratur, sed al. manu, in ora ima f. 2). Ib. inscriptio + / *Grego̧r(um) Coll(egi)o Romę / Gasp(a)r Viuianus Vrbinas / ep(iscop)us Anagninus. / dono dedit* (de viro cf. quae in enarrando cod. 1497 notavimus). F. 4 imo sigillum siglumque S. Athanasii. Folii 264 in parte inf. scriptiunculae absque pretio + ἀγορᾶσστὸ ἕνα μέσα εἰς τὸ βοῦτζη etc.

Tabulae codicis rubro tergore amictae fibularumque vestigia dum taxat retinentes tesseras gentilicias Gregorii XV et Scipionis Cobelluzi card. bybl. (1618–26) auro inpressa prae se ferunt: summo dorso nota *1507* (conr. in *-68*) atramento inscribitur.

1569 (olim 1419). Saec. XIV-XV, chart., mm. 220 × 146, ff. 220 (+ 110a), linn. 24 (ff. 60-63v. 66-146v. 148-153v. 156-163v) et 20-23 (rell.).

s. **Iohannis Damasceni** 1 (ff. 3-57v) dialectica (P. G. 94, 521-25 et 529 sqq.), in qua capita, inscriptionibus fere ad unum instructa, notis autem numeralibus nunquam non carentia, longe alio quam in utraque volgata recensione (cf. ib. 525-28) se se ordine excipiunt (asterisco infra distincta ad breviorem, quam dicunt, pertinent): 1-3. 5. 4* (ib. 537 C 9-540 A 17). 9* + 10* (568 B 1-573 A 4). 11, des. ὡς ἄνθρωπος ἵππος, καὶ τὰ τοιαῦτα. 47 (περὶ διαφορᾶς cod., sed manus recentior conrexit in marg. — οὐσίας), usque ad vv. εἰδικωτάτου εἴδους, τάττεται (620 C 3). 12*-14*. 15*-16*. 17. 29. 18-23. 25. 24, ed. amplius, inc. Κοινὰ διαφορᾶς καὶ ἰδίου, τὸ ἐπίσης μετέχεσθαι ὑπὸ τῶν μετεχόντων, des. ἣν ἴδια διὰ τὸ ἀντιστρέφειν. 26-27. 28, ed. amplius, inc. Κοινὰ ἰδίου καὶ συμβεβηκότος, τὸ ἄνευ αὐτῶν, des. καὶ τῆς κοινωνίας τὴν παράστασιν (cc. 18-28 breviores titulos, adverte, atque in ed. prae se ferunt, i. e. περὶ τῶν κοινῶν τε καὶ ἰδίων ... περὶ ἰδίου καὶ συμβεβηκότος). 30. 6* (549 B 1-552 B 1). 7. 8*, usque ad vv. οὐ γὰρ πᾶς ἄνθρωπος γραμματικός ἐστιν (556 B 4). 31, usque ad vv. ἡ ἐρώτησις γέγονεν (596 C 5). 32-45. 46 + 47 sub inscript. διαίρεσις τοῦ ὄντος καὶ τῆς οὐσίας usque ad vv. φύσιν ἀπὸ φύσεως (620 C 2), post quae novum caput introducitur sub tit. περὶ τῶν ἰδίων αὐτῆς (620 C 3-621 B 10). 48. 55. 56, sine inscript. 57-64. 65, absque inscript. 68 id. id. 66. 2 (ff. 60-217) de fide orthodoxa (P. G., vol. adl., 789 sqq.), praeeunte

(ff. 58–59ᵛ) tabula capitum ρε′ (cf. ib. 784–788), hoc ordine: 1–3. 5. 4. 6–8. 13. 15 [ι′]. 17 (ed. ις′, errore). 18–21. 22 (vv. *Ἄνεμοι δὲ πνέουσιν — περιοίκων ὀνομαζόμενος* [900 C 11–D 7], quibus praecurrit definitio *ἄνεμός ἐστι, πλῆθος θερμῆς καὶ ξηρᾶς ἀναθ[υ]μιάσεως· κινούμενος περι γῆν*, subsequitur vero *εἰσὶν οὖν ἅπαντες ιβ′· ὧν ἡ διαγραφή, ἔστιν, αὕτη* et adstruitur schema, nec non illa *ἔθνη δὲ οἰκεῖ — καὶ Σάκκες* [901 A 1–10] marginibus f. 90ᵛ et 91 a secunda manu [v. infra] iniciuntur). 23 (sine additamento *περὶ πελάγων*, quod inferius, per se stans, obcurrit). 24–25. 26 [κ′]. 27–28. 29 (ut in codd. Regiis, Colb. 1 etc., cf. ib. 931–32 n. α). 30–35. 41 [λ′]. 42–47. 52. 54. 56. 57 [μ′]. 60. 64. 68–74. 75 [ν′]. 76–78. 79 (adduntur in fine excerpta duo, e s. Cyrillo [*Τὸ Χριστὸς ὄνομα, οὔτε ὅρου — ποιεῖτε τὴν δήλωσιν*] et s. Athanasio [*Τὸ Χριστὸς ὄνομα, μίαν ὑπόστασιν — καὶ εἷς ἐστὶν ὁ Χριστός*]). 80–81. cap. *πρὸς τοὺς ἐρωτῶντας· εἰ ὑπο τὸ συνεχὲς — ἢ ὑπὸ το διορισμένον*, inc. *Αἱ τοῦ κυριου φύσεις*, des. *αἰτία τοῦ ἀριθμοῦ* (post c. 52, 1016 A 11–C 8). 94. 82. 83 [ξ′]. 84–86. 97–99. 100, omissa in fine doxologia. 89. 88. 87 [ο′]. 92. 95–96. 36. 9–12. cap. *ἔτι περὶ θείων ὀνομάτων ἀκριβέστερον*, inc. *Τὸ θεῖον ἀκατάληπτον — μόνος γαρ αἴτιος ὁ πατήρ* (post c. 12, 845 B 1–849 B 9). 14 [π′]. 16 (ed. ιε′, err.). 90–91. 93. cap. *περὶ πελάγων*, inc. *Διαδέχεται τὸ Αἰγαῖον — μοιριάδες ιγ′. ͵θοβ* (905 B 1–908 A 2). 37–40. 41 [ϟ′] (in marg. *idem cap: n.º 30. ante*, cf. f. 104). 48–51. 53. 54 (iam superius obcurrerat, cf. f. 115). 55. 58–59. 61 [ρ′]. 62–63. 65–66. 67 [ρε′].

Additamenta vel animadversiones recentioris librarii manu (cf. ff. 123ʳ⁻ᵛ; 124ᵛ) oris inscribuntur aeque ac lemmata seu ab ipso (cf. ff. 7. 88. 108. 162ʳ⁻ᵛ. 167ʳ⁻ᵛ. 174) seu a Latino nescio quo (cf. f. 72ᵛ) exarata: hic insuper textum conrexit subplevitque (ff. 72. 73. 106. 112ᵛ), pauca notavit (ff. 67. 68ᵛ. 117).

Subiciuntur [1] (ff. 217ᵛ–218) s. **Epiphanii Cyprii** *ὅτι εἰκοσιδύο ἔργα ὁ θεὸς ἐποίησεν ἀπ᾽ ἀρχῆς ἄχρι τῆς εὐδόμης ἡμέρας, ἅτινα ἐστὶ τάδε*, inc. *Τῇ α′· τοὺς οὐρανοὺς τοὺς ἀνωτέρω*, des. *καὶ εὐλόγησεν αὐτὴν, καὶ ἡγίασεν αὐτήν* (est excerptum e libro de mensuris et ponderibus, cf. P. G. 43, 276 B 11–277 B 11 nec non 41, III et X, et codd. Vindob. theol. gr. 89, ff. 117ᵛ–118ᵛ [Lamb.-Kollar 483 sq.], Barocc. 185 n. 7 [Coxe 307], Marc. 64 [Zanetti 44]); [2] (f. 218ᵛ) ⟨s. **Iohannis Damasceni** de theologia, qua ratione imaginem Dei homo referat⟩, inc. *Τὸ κατ᾽ εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν*, des. *ἀλλήλοις, ἀεί* (P. G. 95, 228 C 9–D 9); [3] (f. 219) quaedam de s. Trinitate in V. T., inc. *Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν· ὁ πατὴρ οὗτος*, des. *τρία πάλιν πρόσωπα*.

F. 170 manu saec. XVII in. exaratum cumque nostro libro errore conpactum frustulum exhibet nescio cuius chronici latini res gestas

saec. VII perstringens, inc. *Anno post domini adventum DCXX·* (litt. quadr.) *Sedente in Apostolico Throno Bonifacio V·* (*B. V.* litt. quadr.) *Imperij autem Heraclij Anno xij. Ex Arabia prodijt impius fallacissimusque Mahometes*, abrump. (anno 637, Severino papa sedente [!]) in vv. *Cuius praedae partem.*

Duae manus distinguendae (*a* ff. 60–63ᵛ. 66–146ᵛ. 148–153ᵛ. 156–163ᵛ, *b* cett. a f. 3 ad 218), quarum prior Damasceni opus de orthodoxa fide conscripsit, altera ipsius dialecticam praemisit, partes quae, antiquiore libro vel inperfecto vel male habito, desiderabantur subplevit, additamenta ex Epiphanio, Damasceno etc. supra laudata subiunxit, utriusque demum partis fasciculos graeca enumeratione seorsum notavit (⟨α'⟩-ζ' et ⟨α'⟩-κ', in angulo inf. int. primae et ultimae unius cuiusque fasciculi paginae, sed numeri non nulli, chartis teredine adrosis, effluxerunt: fasciculi sunt quaterniones, praeter 6, 16, 20 et 26, quiniones, primi tamen primum folium desideratur, supremi 5 dum taxat chartae servantur nunc arte conglutinatae). Inscriptiones, capitum numeri, litterae maiores et maximae minio picta, rudes ornatus (ff. 3 et 60) atramento delineati. Officinar. chartariar. insignia quae librum evolventes notavimus: [a] (ff. 11 + 12. 27 + 28) monoceros gradiens (cf. Briquet n. 9968), [b] (ff. 67 + 72. 101 + 102) an pirum? (cf. Likhacev n. 418, qui magnitudine differt), [c] (ff. 158 + 161. 159 + 160) cervi caput (cf. nr. 15484 ap. Briquet, qui maioris est moduli), [d] (ff. 175 + 180) trutina lancibus τριγώνοις instructa (nn. 2394–2413 ap. Briquet plus minusve discrepant). Liber udore blattisque sat male mulcatus, margines et anguli conplures chartacear. adminiculo laciniarum refecti sunt. Folior. sectio croceo colore lita.

F. 1ᵛ superne versiculi 4: *αρξον χείρ μου αγαθεῖ | γραφε γραματα καλα | μύ δαρῆς καὶ λοιποιθῆς | κ εἶς το φῶρον ἐντραποῖς*: quos versiculos, inter discentes pueros, ut vid., usitatos, aliae manus, pariter rudissimae, iteraverunt iu ipsa pag. et f. 217. F. 2 summo *Io: Damasceni logica, et de Orthodoxa fide*, inferius varior. calami temptamina: *ὁ πιὸν τοὺς αγγελους αυτον πιρος φλογα* (cf. Ps. 103, 4), *ὁ θεμελίον τη γι επι την ασφαλιαν αυττη⟨s⟩* (ib. v. 5), atque + *o pio tus agelus aftu pneumata. ch(e) tus* (bis), praeter alia non nulla superposita ac difficillima lectu, quae singillatim enucleare fastidiosum est. Ib. in ima ora *1499*, qua nota liber distinguebatur statim post Conlegii Graecorum libros manu scriptos in Vaticanas aedes delatos. Partem infer. folii 2ʳ et totum 2 av. occupant versus politici a manu inperitissima exarati, quibus titulus praefigitur + *Ροδος ολεσιχορες χερηνδεκι* (?): non nullos, quos haud sine labore legere potuimus, exempli gratia subiungimus (f. 2ᵛ, linn. 9 sqq.): *τοτες ὁ μεγας μαστορας το φρονιμο* (*φ⟨ο⟩υσσατο* del., atque iterum *φρονιμο*, errore) *κγεφάλη* (lege *φρόνιμον κεφάλι*) | *ης το τηχὸν ακοὺδισε το μορφο* (lege *τό'μορφο*) *παλικαρη* | *αβασαδορον εστιλε στο μεγαν Βοναφενδι*. F. 3 in ima ora siglum sigillumque s. Athanasii, f. 3ᵛ imo inscriptio dedicatoria *Gręcor(um) Coll(egi)o Romę, Gasp(ar) Viuianus Vrbinas. / dono dedit* (de Viviano cf. enarrat. cod. 1497). F. 219ᵛ superne + *θεῖτης, ανάξηος Φανοῦριο Μου/γκανάρης*; qui sacerdos admodum indocto calamo ibid. et alibi (ff. 217. 218ᵛ. 220ᵛ) quibus annis, mensibus, diebus eius liberi nati essent adnotavit. F. 218 imo iambi illi excribuntur + *στρωμνὴν κλίνην δάκρυα θάνατον κρίσιν, λούε βρέχε στάλλαττε πρόβλεπε τρέμε:* + Ff. 219ᵛ et 220 calami probationes latina atque italica lingua, sine ullo pretio. F. 220 inf. + *αφλγ εν μηνη*

<ι>ουνη / *Μακαρηος* (post *ρ* scripserat *θ*, sed delevit) *μοναχος* / *Σκορδηλης* / *λαπαδεσε* (intell. *λαμπάδες*) *ρβ* / *κατηνληα* (intell. *καντήλια*) *λγ'* (duo ultima vv. iterantur). F. 220ᵛ superne *μιν(ί) απριλιος κα* / + *ἐνθημισις μισὲρ Τζανι Κολονα, ε μισὲρ Μανου* / *Σορεμ.ντο* / (sequuntur verba aliquot quorum sensum elicere non valui) *ο Γιοβας καὶ ο Ντα* / *Φερμος καὶ ο κυρ Νικολος για ολο το σαβατο* / *ημερα*. Ibid. inferius *<·<·Jo Con(te?) Adrjgo di. C(astro?)* / ***Prinea*** (an *Πρινιάς* in insula Creta?), ***a uuj ser Mich(ele) Corner*** / ***far et operar tuto q(ue)llo,*** / ***rera*** (err. pro *serà*) ***d(e) bisogno*** (*i* conr. ex *e*), ***necesaria*** eiusdemque manu *<·<·Jo Coñi* (? cf. supra) ***Adrjgo di C. Prinea, a uuj*** / ***mis(er) n(ost)ro Manzos, far et operar tuto*** / ***q(ue)llo sera de bisogno, necesarja, et o/portuna, horam virtutis.***

Codicem tantum memorat P. Batiffol, *La Vaticane depuis Paul III* in *Revue des questions historiques* XLV (1889), pp. 183 n. 1 et 188, ubi perperam saec. XVI adsignat.

Integumentum simplici membrana contectum exhibet in dorso stemmata Pii IX P. M. et Io. Ba. Pitra card. bybl. (1869-1889).

1570 (olim 1500). Saec. XVI, chart., mm. 215 × 152, ff. 252, linn. 16.

1 (ff. 2-170ᵛ) **Ricoldi Pennisi** de Monte Crucis O. P. adversus Mahometem, ex interpr. Demetrii Cydonii (P. G. 154, 1037-1152, cf. U. Monneret de Villard, *La vita, le opere e i viaggi di Ricoldo da Montecroce*, Orientalia christiana periodica X [1944], pp. 267-71), sub tit. *Ἀνατροπὴ κεφαλαιώδη<ς> τοῦ νόμου Μωάμετ· ὑπὸ μὲν Ῥικάρδου τινὸς ἐκτεθεῖσα λατινικῶς· ὑπὸ δὲ Δημητρίου τοῦ Κυδώνη, ἑρμηνευθεῖσα ἑλληνικῶς* (ut in cod. Paris. 1191 [iam Reg. 1836], cf. Quétif et Échard, Scriptores ordinis Praedicatorum I, 505). Adcedit (ff. 170ᵛ-171) Ricoldi laudatio, auctore <Cydonio>, inc. *<Χ>άρις σοι τῆς διαλέξεως*, des. *περιουσίας ἀπόδειξις* (ed. post Quétif et Échard, loc. laud., et I. Sakkelion, *Πατμιακη βιβλιοθηκη*, p. 185, Io. Mercati, *Notizie di Procoro e Demetrio Cidone* etc. [*Studi e Testi* 56], p. 161) nec non (f. 171ᵛ) ipsius interpretis encomium *Τοῦ μεταγλωττήσαντος σόφωτάτου Δημητρίου — διὰ πάντων ἐνδεικνυμένου* (Quétif-Échard et Mercati, locc. citt.), litt. rubris.

2 (ff. 175ᵛ-251ᵛ) s. **Thomae Aquinatis** liber ad cantorem Antiochenum, ex interpr. eiusdem Cydonii. Inc. *Ὁ μακάριος ἀπόστολος Πέτρος ὁ παρὰ τοῦ κυρίου*, des. *περὶ ὧν ἀκριβέστερον ἀλλαχοῦ διελάβομεν*. Praecedit (ff. 174-175) opellae capitum *ι'* tabula, sub tit. *Κεφάλαια συντεθέντα περὶ τῶν λόγων τῆς πίστεως παρὰ τοῦ μακαρίου Θωμᾶ τοῦ ἀγχίνου* (!), *πρός τινα ψάλτην Ἀντιοχέα.*

Fasciculi 32 (22 binio, cett. quaterniones) in media ima ora primae singulor. paginae notis arabicis distinguuntur (graeca quoque subputatione interdum adstructa, cf. ex. gr. f. 57 : 8 *η*); marginibus tamen a bybliopego parum caute resectis, plerique numeri aut dimidiati sunt aut omnino effluxerunt. Librarius insuper primum vel prima verba unius cuiusque fasciculi in ang. inf. interno ultimae superioris paginae derecte adnotavit. Tituli, litterae grandioris moduli, animadversiones ac lemmata oris iniecta etc. rubro colore nunc sat evanido exarata. Officinar. chartariar. insignia tria obcurrunt: a (ff. 2 + 7, 3 + 6 etc.)

ancora in circulo, stellula radior. sex superinposita (cf. ex. gr. Briquet nr. 505) additisque litteris OO, quas inter lineola surgit in flosculum trium folior. desinens (cf. f. 4); b (ff. 9 + 16. 12 + 13 etc.) alia ancora, in qua dentes simplici linea efficiuntur (circulo pariter inserta, stellula ut supra insistente [cf. ex. gr. Briquet nr. 549]; adicitur quoque signum ж, cf. ff. 10 et 14); c (ff. 175 + 178. 232 + 233 etc.) cervus gradiens in scuto cui crux inpendit (omnino ut nr. 3338 ap. Briquet = nr. 4226 ap. Likhačev). Ff. 172–173ᵛ. 252ʳ⁻ᵛ scriptione vacant. Antiquam folior. seriem, utpote mendorum haud expertem (cf. f. 222 summo: *Salto di numero dal 220 al 229 ind.*), negleximus, novam typis inprimendam curavimus.

Folio 1 scidula mm. 125 × 97 adglutinatur, in qua ⟨Gaspar Vivianus⟩ (v. infra) notavit *Fr(ater) Ricardus ord(ini)s Predicat(orum)* (sic) / *Florentinus scripsit latinè / Confutationem Alcoranj. / quę postea uersa fuit in / grecum* (sic) *idioma p(er) Barth(o̤lomeu)m / de Monte arduo Picenum / Operinus* (err. pro *Oporinus*) *excussit / Basileę / It(em) Hispali anno 1520 / Claruit an: 1295.* F. 1ᵛ eiusdem Viviani inscriptio dedicatoria + / *Gręcor(um) Coll(egi)o Rome* (sic). *Gasp(ar) Viuianus / Vrbinas, ep(iscop)us Anagninus. / D. D.* (de viro cf. quae in enarrando cod. 1497 notavimus). F. 2 imo siglum sigillumque Conlegii Graecorum Athanasiani, e quo liber in Bybliothecam Vaticanam advectus primum nota numerali *1500* insignitus est (cf. cod. Vat. lat. 7139, f. 2).

Nulla de codice mentio fit ap. M. Jugie, *Démétrius Cydonès et la théologie latine à Byzance*, in *Échos d'Orient* XXVIII [1928], p. 393 n. 2, ubi codices graecam interpretationem Aquinatis opellae ad cantorem Antiochenum exhibentes recensentur. Pauca tantum ap. P. Batiffol, *La Vaticane depuis Paul III*, in *Revue des questions historiques* XLV [1889], pp. 183 n. 1 et 188.

Tegumentum *ἰδιοχρώμῳ* membrana vestitum, in dorso tesserae gentiliciae Pii IX P. M. et Io. Ba. Pitra card. bybl. (1869-89) inpressae cernuntur.

1571 (olim 1501). Saec. XIV ex. ... XVI ex. (ff. 1-74), XI (ff. 75-80), chart. (ff. 75-80 membran.), mm. 210 × 142 ... 215 × 155, ff. II. 81, linn. 16–28.

1 (ff. 1–2) **Iohannis Lampadarii** encomium metricum in ss. Deiparam, iussu Matthei ⟨I⟩ patr. Constantinopolitani (1397–1410) conscriptum, *ὁρισμὸς δ[ὲ] καὶ ζήτισις κυροῦ Ματθαίου κτλ.* cod., inc. *Ἦν πάλαι προεκύρηξαν, τῶν προφητων χορῖαι*, des. *σὲ δοξολογοῦμεν· τὴν τημιωτέραν τῶν χερουβίμ* (ed. K. Koikylides, *Καταλοιπα χειρογραφων ιεροσολυμιτικης βιβλιοθηκης*, Hierusalem 1899, pp. 72 sq.). Adcedit (f. 2ᵛ) megalynarium ex liturgia s. **Basilii Magni** * in Sabbato Sancto *Συγησάτω πᾶσα σαρξ κτλ.* Iohannis encomium al. manu iteratur ff. 64-65ᵛ, ubi def. in vv. *Πεπλανημενων ὁδῆγέ τιφλῶν ἡ βακτηρῖα* (Koikylides 73 lin. 15).

2 (ff. 3-8ᵛ) liturgiae s. **Iohannis Chrysostomi** * secundum consuetudinem Italo-graecorum particula, orationes a presbytero cum sacras vestes induit recitandas usque ad illam *Ὁ θεός, ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ τὸν οὐράνιον ἄρτον*

exclusive conprehendens (cf. *Λειτουργικον συν θεωι αγιωι κατὰ τὴν τάξιν τοῦ τυπικοῦ... τῆς Κρυπτοφέῤῥης*, Romae 1683, pp. 269–270 col. sin., lin. 12 a. i.; animum tamen adverte in codice post orationem *Δέσποτα κύριε ὁ θεος καὶ πάτῆρ*, op. cit. 269, aliam inseri *Ο ἐπισκεψαμενος ἐν ἐλέει καὶ οἰκτιρμοῖς* ex liturgia s. **Iacobi** * depromptam, cf. Brightman, *Liturgies eastern and western*, I, pp. 45 sq.).

3 *διακονικόν*, i. e. partes a diacono enuntiandae in liturgiis (ff. 9-22^{v}) s. **Iohannis Chrysostomi** * et (ff. 23-27^{v}) praesanctificatorum, def. in vv. *ἐκφωνει ὁ ἱερευς τὰ προηγιασμένα οὐ γὰρ ὑψοῖ ἀρτίως, τὸν ἄρτον, εἶ⟨τα ἀνακαλύψας αὐτὸν⟩ κτλ.* (cf. Swainson, *The greek Liturgies* etc., p. 185 col. dext., linn. 5–4 a. i.).

4 ⟨abbatis **Angeli Calabrò** *τοῦ Φιλλέτη?*⟩ doctrina in Circumcisionem ⟨et inpositionem nominis D. N. Iesu Christi⟩, duabus partibus digesta, quarum prior (ff. 30–35^{v}) inc. *Μεγάλη μὲν ἡ πλεονεξία*, des. *ἐν τῷ σταυρῷ ἐξετάνησαν*, altera (ff. 35^{v}–39^{v}) inc. *'Επειδὴ πολλὰ περὶ τῆς περιτομῆς*, des. *ἀφέντες πάντα ἐκεινης ἐχώμεθα τῆς ἀγάπης· ἵνα καὶ τῶν αἰωνίων αὐτῆς ἀγαθῶν κληρονόμοι γενώμεθα· ἐν Χριστῶ 'Ιησοῦ κτλ.*, utrique praemisso (f. 30) prologo *Καὶ βασιλεῖς μὲν, καὶ ἡγεμόνες — τὸ ὄνομα αὐτοῦ 'Ιησούς.* Doctrina haec latini potius quam graeci viri mentem artemque refert, qua re in libro Messana Romam adlato (v. infra) contentam similibus Angelo tributis adcommunandam censuimus, de quibus cf. Io. Mercati, *Per la storia dei mss. greci di Genova* etc. [*Studi e Testi* 68], p. 166 n. 1.

5 preces variae, exhorcismi etc.: [1] (f. 40-40^{v}) oratio s. **Basilii Magni** *, inc. *Δέσποτα παντοκράτορ· ἰατρὲ ψυχῶν καὶ σομάτων* (A. Dmitrievskij, *Описаніе литургическихъ рукописей* etc., II, *Εὐχολόγια*, pp. 197 sq., et A. I. Almazov, *Врачевальныя молитвы* in *Лѣтопись Истор.-филол. Общ. при Имп. Новоросс. Унив.* VIII [*Визант.-слав. отд.* V], pp. 468 sq.: cf. quoque Vat. gr. 1538, ff. 69–70); [2] (ff. 40^{v} linn. 8–15) oratio ⟨in animam iudicandam⟩, inc. *Κύριε ὁ θεός ἡμον· ὁ τῆ σῆ αρρήτο σοφία*, def. in vv. *δόξης καὶ βασιλειας* (I. Goar, *Ευχολογιον* sive rituale Graecorum etc., Lutetiae Parisiorum 1647, p. 741 col. sin., linn. 19-23) propter casum unius vel plurium folior. in exempl., quod librarius inprudens haud animadvertit; [3] (ff. 40^{v} lin. 15–46) ⟨exhorcismus s. **Basilii Magni** * in obsessos daemonibus et in quam libet infirmitatem⟩, inc. mut. *διά τῆς ἀρρήτος ἐξ αὐτοῦ γεννηθέντας τὸ τὴν ἀόρατον καὶ ὁρατὴν κτὶσιν* (Goar 729 col. sin., l. ima–731); [4] (f. 46–46^{v}) alius id. id. ⟨s. **Iohannis Chrysostomi** *⟩, inc. *'Ο θεός ὁ αἰώνιος, ὁ λυτρωσάμενος ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας* (Goar 733); [5] (ff. 46^{v}–47) alius id. in obsessos, inc. *Ο τὸν τιρανησαντα διάβολον* (cf. Goar 737 et F. Pradel, *Griechische u. süditalienische Gebete, Beschwörungen* etc.,

in *Religionsgeschichtliche Versuche u. Vorarbeiten hrsgg. v. A. Dieterich u. R. Wünsch*, III, 3, Giessen 1907, pp. 260 lin. 29-261 lin. 5); [6] (ff. 48-52v) exhorcismus s. **Iohannis Chrysostomi** *, inc. *Τὴν θείαν, καὶ ἁγὶαν καὶ μεγάλην* (omnino ut in Vat. gr. 1538, ff. 25-30); [7] (ff. 52v-64) oratio s. **Cypriani** *, eadem ratione atque in cod. Vat. gr. 1538, ff. 94v-113, omisso tamen psalmo LXVII, cuius in locum initio subficitur *Δόξα ἐν ηψυστῖς θεῷ καὶ ἐπι γῆς ειρήνη κτλ. γ΄.*

6 ⟨ex **Matthei Blastaris** syntagmate alphabetico⟩ [1] (ff. 66-67) litterae Δ cap. IX, cod. *ὅτι δὶς ἐκδἰκεῖν ἐπὶ τὸ αὐτὸ, οὐ χρή*, des. in vv. *τὴν καθαίρεσιν μόνην*, omitt. vero illa *εἴτε ἐν ἀναγνώστου — προκόψαι βαθμόν* (P. G. 144, 1252 B 8-1253 A 13 et 1253 B 5-10), [2] (ff. 67-68) e litterae *Α* cap. XVIII excerptum ⟨**Theodori**⟩ **Balsamonis** quod non oporteat absque causa rationabili aliquem excommunicare, usque ad vv. *κανόνες ἀπαγορεύουσι* + ⟨*οἱ νόμοι*⟩ usque ad vv. *δικαίως ὑπομείνῃ* (ib. 1096 A 13-C 1 et D 12-1097 A 10), [3] (f. 69) e litterae *Π* cap. VIII excerptum ⟨ex Epanagoges titulo III (de patriarcha) cc. *θ΄-ι΄*⟩, add. in fine vv. *ὡσαῦτως καὶ μετανοίας — διαιτητής τε καὶ γνώμων* ex cap. *ια΄* (P. G. 145, 109 A 3-B 6, et cf. C. E. Zachariae a Lingenthal, Collectio librorum iuris graeco-romani ineditorum etc., Lipsiae 1852, p. 68), *Λαοδικίας, κεφαλαιον, η*ον [!] cod., [4] (f. 70-70v) ex littera *Χ* cap. XVI, ⟨quod non licet episcopo ordinationes facere in districtu ipsi non subiecto⟩ (P. G. 145, 197 D 10-200 A 4), subditis canonibus 2-3 secundae synhodi universalis (Rhallis et Potlis II 169 sq. et 173) nec non 13 et 22 Antiochenae (ib. III 150 sq. et 164 sq.).

7 (f. 71-71v) ⟨s. **Basilii Magni** * interrogationes variae de sacerdotibus et responsiones s. **Gregorii Theologi** *⟩, inc. *Ἐρώτισεν ὁ μέγας Βασίλειος τὸν μέγαν Γριγόριον τὸν θεολόγον: ἤγουν διὰ τὶ ἱερεὺς· καὶ τί, ἱερεὺς*, abrump. in vv. *τὸ εἰς τας χείρας ἀυτου· διὸ ἔδισαν ἀυτόν* (ed. N. F. Krasnosel'tsev, Addenda *къ изданiю А. Васильева* « Anecdota graeco-byzantina » etc. in *Лѣтопись* supra laud. v. VII [IV], pp. 171 sq., ubi recensio parum discrepans legitur; cf. quoque ib. p. 113, nec non Io. Sajdak, Historia critica scholiastarum etc. Gregorii Naz., I [Meletemata Patristica I], Cracoviae 1914, pp. 229 sq.).

8 (f. 72-72v) evangelium secundum Mattheum XXI, 45-XXII, 13, a vv. *⟨πα⟩ραβολ[ὰς αὐ]του* ad vv. *ὁ βρυγμὸς τῶν ὀ⟨δόντων⟩*.

9 (ff. 73-74v) officium vesperarum Ascensionis, inc. mut. *οὐχὶ λαός μου*, abrump. in vv. *καὶ τὸ μέγα ἔλεος* (Pentecostarium, ed. Rom., pp. 309 lin. 4-310 lin. 7 a. i.).

10 (ff. 75-80v) conlectionis cuiusdam asceticae capita octo, hoc or-

dine: ex Vitis Patrum cc.: 189 [<μγ'> cod.], inc. mut. τοιαύτα πράσσοντες· εἰς κόλασιν, in fine ed. (F. Nau, ***Histoire des solitaires égyptiens*** in ***Revue de l'Orient chrétien*** XIII [1908], p. 274 linn. 4 et sqq.) auctius; 170 (περὶ ὑπομονῆς cod. [μδ'], ib. 55); 43 (περὶ μετανοιας), editis (*R. O. C.* XII [1907], pp. 174 sq.) in fine plenius; ex **Iohannis Moschi** Prato spirituali c. 3 (περὶ Κόνωνος τοῦ ἀπο Κιλικίαν) (P. G. 87, 3, 2853-56); ex Vitis Patrum cc. 171 (περὶ τοῦ πάσῃ σπουδῇ πρὸς ἔχειν ἀπὸ τῶν φαντασιῶν του δαίμονως, add. in fine vv. καὶ οὐκετι ἔκτοτε εἴασεν ὁ γέρων. τὸν υἱον ἀυτου πορευθῆναι ἐν τῇ πόλει (*R. O. C.* XIII, 55) et 211 (περι ὑπομονῆς cod., ib. 280-82), add. in fine ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν· χάριτι κτλ.; narratio περι σωφροσύνης καὶ παρθενίας, inc. Διηγήσατό τις τῶν ἁγίων πατερων· διήγημα ὠφελείας πλήρης· ὅπερ παρὰ πολλῶν ἀκηκοῶς· εὔλογον ἡγήσατο· συγγραφῇ παραδοῦναι· ὅτι παρθενος τίς πάνυ εὐειδὴς κτλ. (agitur de captiva virgine quae, ne honestatis detrimentum a Persa quodam pateretur, herbam se nosse finxit, cuius latice nemo unctus ferro laedi posset: cumque in semetipsam experimentum fieri voluisset, capite mulctata est: siquidem occumbere maluit quam conrumpi: de hac historia cf. E. Renaudot, Historia patriarcharum Alexandrinorum Iacobitarum, Parisiis 1713, p. 226; ***The Churches and Monasteries of Egypt attributed to Abû Ṣâliḥ*** etc., ***edited and translated by B. T. A. Evetts, M. A.*** etc., in Anecdotis Oxoniensibus, Semit. Ser., Part VII, Oxford 1895, pp. 240–243, ubi virgo Febronia indigitatur; ***History of the Patriarchs of the Coptic Church of Alexandria***, III, ab ipso edita in Patrol. Orient. V, p. 163 sq.; G. Levi Della Vida, ***A Christian Legend in Moslem Garb***, in ***Byzantion*** XV [1940–41], pp. 153 sq.); de abbate Daniele Scetiota [ν'], inc. Οὗτος τοίνυν ὁ ἀββᾶς Δανιὴλ ἐκ παιδόθεν ἀπετάξατο ἐν τῇ Σκήτῃ, abrump. in vv. ἰδὼν δὲ ὁ μαθητὴς αὐ<τοῦ> (ed. L. Clugnet, ***Vie et récits de l'abbé Daniel de Scété*** in ***Revue de l'Orient chrétien*** V [1900], pp. 71–73 lin. 4).

Centonibus variarum originum consarcinatus chartas usu multo iam omnino dissolutas, recenti verum artificio conpactas exhibet, ut fasciculorum rationem, quae quidem initio fuerit, dispicere nequeas, notis quoque numeralibus vel hodie deficientibus, ff. 40–63 si tantum excipias, quae in biniones sex olim partita esse numm. *α'–ς'* angulo inf. ext. primae singulorum paginae rubro inscripti demonstrant. Manus novem distinguendae, quarum *a* (saec. XV) ff. 1–2ᵛ exaravit, *b* (saec. XV–XVI) ff. 3–8ᵛ, *c* (id.) ff. 9–27ᵛ, *d* (saec. XVI ex.) ff. 30-39, *e* (ff. XV–XVI) ff. 40–65ᵛ, *f* (saec. XVI) ff. 66–68. 69. 70ʳ⁻ᵛ, *g* (saec. XV) f. 71ʳ⁻ᵛ, *h* (saec. XIV–XV) f. 72ʳ⁻ᵛ, *i* (id.) ff. 73–75ᵛ, *k* (saec. XI), ff. 75–80 (Petro Batiffol, *La Vaticane depuis Paul III* in *Revue des questions historiques* XLV [1889], p. 186, codex est « un ramas de feuillets mss. du XVᵉ siècle de style levantin » [!]). Tituli, litterae maiores et maximae, rubricae, ornamenta vel

rubra vel rubra et nigra, foliis 30–39v et 66 ... 70v dum taxat exceptis, ubi omnia atramento exarantur. Officinar. chartariar. insignia quae librum cursim evolventes notavimus: [a] (f. 8) forfices quaedam propter oram resectam dimidiatae, [b] (ff. 25 + 28) ancora cui stellula sex radior. inpendit, subponitur vero littera M (cf. Briquet nr. 531); [c] (ff. 31 + 38. 34 + 35) peregrinus baculum super umero gestans circuloque insertus, cui circulo subsunt litterae ARA (cf. Briquet nr. 7582 sqq.), [d] (ff. 56 + 59. 57 + 58) siren cui subiciuntur litterae CM (cf. Briquet nr. 13878), [e] (ff. 64 + 65) peregrinus alius circulo pariter inclusus baculumque ut supra gestans, subditis litteris A et Z (?). Codex madore aliquantulum male habitus, folia conplura (cf. ff. 1–3v. 72–74v) charta translucida ex parte contecta, anguli et margines laciniis chartaceis frequenter sarti.

Folio I plagula mm. 34 × 71 glutine adbaerescit, qua inscribitur *lib. 26 / BB / Diuerse Actiones Veterum / Patrum in fragmentis*: quibus notis liber instruebatur in sylloge a Fr. Accida (cf. infra) Xysto V oblata. Ipsa in pagina notatur *Collegii Graeci catal: in⟨s⟩cri: biblio:*, atque inferius, duplici linea deletus, num. *1501*, quo codex signatus est statim post Athanasiani phrontisterii supellectilem manu scriptam Vaticanis κειμηλίοις additam. F. II, rursus Accidae calamo, + / *βιβλίον ·κς· — B. B. / Διαφοροι πραγματίαι, π(ατε)ρων παλαιῶν, / κεφ(ά)λ(αια) κζ· φιλλα π*, eademque, inferius, latine. F. 81 dedicatio graeca Xysto V P. M., m. Fr. Accidae, eiusdem folii av. summo fastigio nescio quis adpinxit *N° 20 — fogli, 80, capitoli 27.*

Librum memorat Io. Sajdak, op. cit., p. 230, nec non Io. Mercati, *Per la storia dei mss. greci di Genova* etc. [*Studi e Testi* 68], p. 96 n. 2.

Integumentum simplici membrana vestitum exhibet in dorso scutum Pii IX P. M.

1572 (olim 1502). Saec. X, membran. (ff. I. 151 chart.), mm. 218 × 157, ff. I. 151, linn. 20–28.

1 (ff. 3–18v) Constantini imp. vita, *Ὑπόμνημα εἰς τὸν πανένδοξον καὶ ἅγιον βασιλέα Κωνσταντῖνον* [λόγ. α′] cod. (cf. BHG. 364), inc. *Ἄρτι τότε Διοκλητιανὸς ἀνελὼν Καρῖνον* (M. Guidi, *Un* ΒΙΟΣ *di Costantino* in *Rendiconti della R. Accademia dei Lincei*, Classe di scienze mor., stor. e filol., s. V, v. XVI [1907], p. 307 lin. 12), des. *ἵνα καὶ ὁ λαός σου ἐν τῇ αὐτῶν γαλήνῃ ἐν εὐφροσύνῃ καὶ πάσῃ χαρὰ διάγων, καὶ σοὶ τῷ δεσπότῃ τῆς δόξης ὕμνον εὐχαριστήριον ἀναπέμπει κτλ.* (ib., p. 655 linn. 8 sqq.); animum tamen adverte propter fasciculos non nullos inter ff. 10 et 11 deperditos commentarii maximam partem desiderari, a pag. 316 lin. 25 circiter edit. laudatae usque ad vv. *⟨τοὺς πέριξ τῆς Τι⟩βεριάδος*, ib. 646 lin. 2, reliqua vero codicis nostri (qui Michahelem A. Guidi forte latuit) ab illa plus minusve discrepare (cf. *Vita agiologica di Costantino il Grande da un codice greco vaticano*, in *Roma e l'Oriente* VI [1913], pp. [41, err. pro 301] sq.).

2 (ff. 19–41v) depositio vestis ss. Deiparae in Blachernis (BHG. 1058)

absque nom. auctoris, λόγος δηλῶν τὸν τόπον κτλ. (fere ut in Monac. gr. 146, cf. Khr. Loparev in *Византійскій Временникъ* II [1895], p. 584).

3 (ff. 41v–74) eiusdem ss. Deiparae miraculum seu de ἀκαθίστῳ, ed. e nostro codice A. Mai in Novae Patrum Bibl. tomo VI, 2, pp. 423–37 (BHG. 1061).

4 (ff. 75–84v) s. **Basilii Magni** * hom. in sanctam Christi generationem, ab ed. (P. G. 31, 1457–76) non nihil diversa. Initium homiliae nescio qua de causa sedulo abrasum grandioribus litteris idem restituit vir paullo recentioris aetatis qui exhorcismum infra laudandum f. 74–74v inseruit.

5 (ff. 84v–88v lin. 9 a. i.) s. Demetrii Thessalonicensis passio (fere ut BHG. 496, sed in quibusdam amplior), post quam conclusam (omissa doxologia) verbis *διὸ ἐκ τῶν ἐξ' αἰσίων* (l. *ἐξαισίων*) *αὐτοῦ θαυμάτων πολλῶν· ὀλίγα πάνυ ἀκούσωμεν προσεχῶς εἰ δοκεῖ* transitur (ff. 88v lin. 6 a. i. — 92) ad miraculorum novem enarrationem (respondent numeris I. III. XIII. IV. VII–IX. XI. VI apud Iohannem Thessalonicensem, cf. BHG. 500 sqq., sed longe pressiori sermone traduntur).

6 (ff. 92v–94v lin. 4) passio ss. Cosmae et Damiani (BHG. 372), cui adcedunt (ff. 94v lin. 5–95v) miracula 24. 1–2. 15. 36 (cf. BHG. 385 sqq.), omnia ab epitomatore in conpendium redacta (cf. L. Deubner, *Kosmas und Damian*, Leipzig u. Berlin 1907, p. 16).

7 (ff. 96–106v) protevangelium Iacobi (BHG. 1046), cuius conclusionem nescio cur praetermissam vir librario paullo recentior perquam rudi charactere subplevit.

8 s. **Gregorii Nazianzeni** orationes tres [λόγ. η'–ι'], nimirum (ff. 107–109v) 10, in se ipsum, *εἰς τὸν πατέρα ἑαυτοῦ καὶ εἰς Βασίλειον. ἡνίκα ἔμελλεν χειροτονεῖν αὐτὸν ἐπίσκοπον Σασίμωι* cod. (P. G. 35, 828–32); (ff. 109v–114) 9, apologeticus ad patrem, *εἰς τοὺς αὐτούς. μετὰ τὴν χειροτονίαν* cod. (ib. 818–25); (ff. 114–118v) 12, ad patrem, *εἰς τὸν πατέρα ἑαυτοῦ· ἡνίκα ἐπέτρεψεν αὐτωι φροντίζειν. καὶ τῆς Ναζιανζοῦ ἐκκλησίας* (ib. 844–49).

9 (ff. 119–128v) passio s. Panteleemonis [λογ. ιη'] (BHG. 1413), des. *οὐχ' ὑπ' ἐστράφησαν πρὸς τὸν βασιλέα· ἀλλ ὢ τίμιε μαρτύρων καὶ θαυματουργῶν ...· ἐτελειώθη ο ἅγιος μηνὶ ἰουλίω κζ'· ὧ ἡ δόξα κτλ.*

10 (ff. 129–129v lin. 2 et 134 lin. 4 a. i. — 137) s. **Iohannis Chrysostomi** * de obcursu Domini, de Deipara et Symeone, ed. (P. G. 50, 807–12) brevior, inserta post vv. *τὰ ἰουδαικὰ μαθήματα* (ff. 129v lin. 2–134 lin. 5 a. i.) s. **Gregorii Nysseni** * ⟨homilia de obcursu Domini etc.⟩ usque ad vv. *στέφος ἐπλέξατο* (P. G. 46, 1152–1177 D 2), in conpendium tamen redacta.

11 (ff. 137v–139) passio s. Theodori stratelatae a. Augaro (BHG. 1750), in compendium redacta.

12 (ff. 139–140 lin. 9 a. i.) passio s. Theodori tironis (BHG. 1761), qua (editis pressiore) verbis *τὴν μνήμην αὐτοῦ εἰς δόξαν θεοῦ παντοκράτορος* conclusa (cf. H. Delehaye, *Les légendes grecques des saints militaires*, p. 135 l. 10), pergit excerptor *διὸ ἀρχὴν ποιήσωι* (sic) *καὶ τῶν θαυμάτων αὐτοῦ* et (ff. 140 lin. 8 a. i. — 142v) miraculorum decem (*α'–η'* ms., err.) conpendium subdit (apud Chrysippum Hierosol. sunt nn. I–IV. VI–X. XII), def. mut. *πηγάζουσα καὶ τὸ εἰς* (cf. Acta Sanctorum Novembris, IV, p. 70 col. sin., l. 27, animumque, sodes, adverte ob notam numeralem in margine praetermissam Chrysippi miraculum IV, de fure nimirum pignus reddere abnuente, Socios Bollandianos latuisse: qui *θαύματα* novem dum taxat in codice nostro recensent, cf. ib. p. 20).

13 (ff. 143–150v) legum synopsis (*νόμιμος* cod.) in usum privati cuiusdam, ut videtur, capitibus ⟨11⟩ digesta, i. e. de poenis, de sponsalibus, de donationibus, de iure dotis, de emphytheusi, de testibus, de haereditate, de falcidia, de legatis, de procuratoribus, de operis novi nuntiatione [*λόγ. κβ'*]. Titulo praemittitur + *βιβλίον ἑξηκοστὸν: τίτλος θ'*, quae vv. ad Basilica quidem referri videntur, sed perperam. Inc. *οἱ κατάσκοποι· οἱ ἀποκομίζοντες μανδάτα τοῖς βαρβάροις· ἢ δηλοποιοῦντες αὐτοῖς τὰς βουλὰς τῶν Ῥωμαίων. οἱ τοιοῦτοι ἀποκεφαλίζονται,* des. *οὐδὲν ὀφείλει ποιεῖν οὔτε δουλεία κήπων καὶ δένδρων απόψεως φυλάττεται.* Singulae leges obcurrere videntur in variis graeco-romani iuris conlectionibus, textu tamen plus minusve diverso longeque alio ordine.

F. 74–74v manus fere coaeva (v. infra) exhorcismum quendam iniecit in obsessos a spiritibus impuris, inc. *ἐπὶ τῷ ὀνοματι σου κυριε ὁ θεος τῆς ἀληθειας καὶ του μονογενοῦς σου υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου σου πνευματος ἐπιτίθημι τὴν χεῖρα μου ἐπὶ τὸν δοῦλον σου ὁ δεῖνα τὸν ἐκ τῶν αἰσχρῶς βιοῦντων δεδεμένον τὴν του σώματος φύσιν καὶ ἐξαιτοῦντα τὴν λύσιν,* des. *τῇ σελήνῃ συναλοιούμενον ἔξελθε ὑπαναχώρησον κατ' ἐκείνου γάρ σε ὁρκίζω τοῦ πατρὸς κτλ.*

Praemittitur (f. 2–2v) codicis index, opellarum quoque ob fasciculos illos pone f. 10 abreptos (v. supra) deperditarum titulos subpeditans, scil. *ια'. + ἡ ἁγία κοίμησις τῆς θεοτόκου, ιβ' + ὅροι. τῶν ἁγίων πατερων, ιγ' + Γρηγορίου τοῦ θεολόγου διάλυσις τῆς ἁγίας λειτουργίας, ιδ' + τοῦ αὐτοῦ διήγησις ὧν ἐμνήσθη ἱστοριῶν τῶι εἰς τὰ φῶτα λόγωι, ιε' + τοῦ αὐτοῦ ἐξήγησις ... ἱστοριῶν ἐν τῶι περὶ θεολογίας λόγωι, ις' + τοῦ αὐτοῦ ἐξήγησις ... ἱστοριῶν ἐν τωι τοῦ μεγάλου Βασιλείου ἐπιταφίωι λόγωι.* Quos iuxta titulos nescio quis XVI saeculo in marg. externo f. 2v derecte notavit *οἱ τοιοῦτοι*

λόγοι ἐξέλιπον τοῦ βιβλίου idemque in utraque pagina quo singulae opellae folio inciperent subiunxit.

Praeter bifolium initio positum fasciculos novem et viginti conplectebatur (19 binionem, cett. quaterniones) in angulo sup. ext. primae singulorum paginae graeca serie distinctos, ex qua patet fasciculos *β'-ε'* post f. 10, *κ'-κε'* post 118 intercidisse (notae aliquot numerales, marginibus incaute resectis vel umore male habitis, effluxerunt). Manus tres exaraverunt, calami peritia valde inter se dispares, quarum *a* flavo liquore ff. 3-74 eleganter descripsit, *b*, multo rudior, ff. 75-106ᵛ et 119-150ᵛ, eodem usa pigmento, *c*, rudis pariter primoque saltem obtutu recentior, ff. 107-118ᵛ eaque atramento: quas omnes eidem fere tempori tribuendas vel hoc suadet, manum *b* (saeculi profecto X) reliquo quoque libro illa *λόγ. α', β'* etc. inscripsisse, varia in ipso *κειμένῳ* emendasse (cf. ex. gr. f. 118ᵛ), interpunctionem lineolis transversis constantissime constantem subplevisse, contentorum denique pinacem praemisisse, quem tamen inde a lin. 6 a. i. folii 2ᵛ alius, ni fallor, vir integravit (Socii contra Bollandiani partes codicis diversas diversis temporibus adsignant, saeculis nimirum XI-XIII, cf. Catal. codd. hagiogr. graec. Bibl. Vat., p. 127, in Actis vero Sanctor. Novembris, IV, p. 20 manus *b* saeculo XIV tribuitur!). Aliae manus, seriores haece, non nulla ff. 74-75 et 106ᵛ subpleverunt vel addiderunt, de quibus v. supra nec non ad numm. 4 et 7 enarrationis nostrae. Ff. 1-2 et 150 charta translucida teguntur, non nulla (145 sqq.) teredine paullulum laesa. Ff. 19 et 41ᵛ tituli minio describuntur, eisdem inpositae taeniolae minio ac subflavo pigmento pariter atque littera initialis f. 41ᵛ. F. I titulus graeco-latinus, m. Fr. Accidae, cuius in conlectione Xysto V P. M. oblata notas liber prae se ferebat *κβ'-χ* (idemque 22. Y). Ibid. notatur *Colleg. Greç. Cat. Inscript. Bibl.* inque ima ora siglum Athanasiani phrontisterii sigillumque inprimuntur (hoc in marg. inf. f. Iᵛ iteratur, utrumque vero ad calcem f. 2). F. 1 conscribillationes nihili faciendae atque rudissima imaguncula. F. 151ᵛ, perquam male habitum, occupat maximam partem inscriptio saeculo XIV-XV, ni fallor, iniecta, cuius, rudissimis characteribus exaratae, conpendiis horrentis vitiisque orthographicis laborantis verba pauca dum taxat interpretati sumus, quin tamen eius sensum elicere quiverimus. F. 152 inscriptio nuncupatoria graeca Fr. Accidae ad Summum Pontificem.

Librum olim nota 1502 distinctum esse testatur index in Vat. lat. 7139, f. 2-2ᵛ. Descripserunt Socii Bollandiani in operibus supra laudd.

Tegumentum simplici obductum membrana, scuta Pii IX P. M. et Io. Ba. Pitra, card. bybl. (1869-89), exhibet in dorso.

1573 (olim 1542). Saec. XV, chart., mm. 213 × 143, ff. 164, lin. 26.

Menaeum iulii synaxariis instructum libri 1559 (cuius enarrationem vide) fere ad verbum respondentibus. Canones ab ed. Romana exsulantes iidem obcurrunt qui in cod. laud. (uno dum taxat omisso, in ss. Stephanum et socc., die 5 iulii), nimirum: [1] (ff. 2ᵛ ... 7) in ss. Cosmam et Damianum (1 iul.), inc. *Τίς μὴ συγχορεύσει νοητῶς;* [2] (ff. 20ᵛ-24ᵛ) in s. Martham, matrem s. Symeonis Stylitae (5), inc. *Αἰνεῖν ἐφιέμενος*, Iosephi;

[3] (ff. 76v ... 79v) in Patres qui conciliis universalibus I-VII interfuerunt (16), inc. *Οἱ ἐκ Νικαίας,* G e r m a n i i u n i o r i s (i. e. Germani II patr. Cpolitani), ut in cod. 1559, quod nos primum fugerat (ed. Nicodemus Hagiorites in *Συναξαριστῇ* [3] etc., Athenis 1868, pp. 364-66); [4] (ff. 121 ... 127) in s. Christinam (24), inc. *Χριστοῖς ταις ἐλπίσι,* I o s e p h i (primum tantum troparium ab ed. Romana differt, cetera cum eadem omnino consentiunt); [5] (ff. 121v ... 127v) in s. Parasceven (eadem die), inc. *Ἐσκοτισμένην ἡδοναῖς;* [6] (ff. 134v ... 140) in ss. Olympiaden et Eupraxiam (25), inc. *Σαρκὸς ἀσθενία τὸν ἰσχυρόν,* I o s e p h i (ex acrostichide *Σεμναῖς γυναιξὶν σεπτὸν ἐξάδω μέλος. Ἰωσήφ,* cf. et subple descriptionem codicis 1559, qui, aeque ac noster, canonem oda secunda, cuius troparia litteris *(σεμν)αις γ(υναιξὶν)* incipiebant, mulctatum exhibet, cf. ex. gr. A. Papadopulos-Kerameus, *Σχεδιασμα περι των λειτουργικων μηναιων* in *Византійскій Временникъ* I [1894], pp. 367 sqq., vel W. Weyh, *Die Akrostichis in d. byz. Kanonesdichtung* in *Byzant. Zeitschr.* 17 [1908], pp. 65 sq.); [7] (ff. 163v ... 164v) profestivus in processionem s. Crucis (31), inc. *Σταυρὸς προέρχόμενος,* abrump. in vv. *ἄχραντος σταυρὸς· πί⟨στει⟩* in tropario secundo quartae odae (cf. cod. 1559, f. 246v lin. 10).

Animum, quaeso, adverte ob folia duo inter 19 et 20 deperdita (cf. infra) *τὸν ὄρθρον* diei 4 iulii inde a vv. *Ἁγίων, Ὅσιε, θεάσῃ* (*Μηναια* etc., ed. Rom., v. *ϛ'*, p. 32 lin. 19 a. i.) fere totum effluxisse.

Additamenta vel subplementa etc. non unius manu marginibus inscribuntur (ff. 35. 48 ... 110), quae inter *⟨ἀπόστιχα* vel *σύντομα⟩* non nulla in s. Marinam (f. 81), inc. *Ἄσμασιν ἱερεῖς* (intell. *ἱεροῖς*). / *ὑμνήσωμεν ἐνθέως·* / *Μαρίνης γὰρ τῆς θείας* etc. (cf. omnino similia in s. Parasceven f. 119).

Ff. 128v–132 inicitur passio s. P a r a s c e v e s, inc. *Ἡ ἀρχὴ τῶν ἰαμάτων τοῦ Χριστοῦ· καὶ τῆς ἀξιεπαίνου πολιτείας,* des. *ἀντι αἵματος, γάλα ῥυέν· μεθ' οὗ πρέπει πᾶσα δόξα κτλ.* (ut in cod. 1559, ff. 197–201v, cuius enarrationem vide).

A duobus librariis conscriptus, quorum alter ff. 112–132v exaravit, fasciculos complectitur unum et viginti, quaterniones uti plurimum (4 novem chartis efficitur, 17 quinque, tertii autem quaternionis bifolium intimum, i. e. ff. 4–5, effluxerunt, cf. supra): qui fasciculi ad ang. sup. externum primae singulorum paginae signabantur, sed marginibus a bybliopego parum caute resectis notae graecae numerorum perpaucae tantum modo superaverunt, cf. *θ'* (f. 64, dimid.), *ιβ'* (f. 88) et *ι⟨η'⟩* (vestigium dum taxat). Folior. subputationem, utpote *σφάλμασιν* depravatam (ff. 48–56 notis 47–55 instruuntur, f. 57 rursus numero 55 et sic deinceps) nescio quis, antiquus tamen, conrexit, sed novam lectu faciliorem enumerationem typis inprimendam curavimus. Litterae grandiores, inscriptiones, alia notabilia minio delineata, maioris vel minoris moduli ornatus, quibus

initia singulor. officiorum distinguuntur (ff. 1, 58, 93; 8. 13, 16ᵛ etc.), rubro colore atque atramento. Chartae conplures udore tactae, ubique tamen sine textus iniuria, si folia duo novissima (163 sq.) tantum excipias, quorum orae, ut saepe et in reliquo codice, laciniis chartaceis refectae sunt. Ex officinar. chartariarum signis notabimus: [a] (ff. 3 + 6. 4 + 5 ... 41 + 46) trimontium, ex quo segmentum egreditur, circulo inclusum, [b] (ff. 48 + 55. 49 + 54 ... 133 + 140) cerasa tria (cf. Briquet nr. 7423), [c] (ff. 141 + 148. 142 + 147 ... 159 + 162) coronam tribus liliis duabusque bacis exornatam.

Librum, ad Athanasianum Graecorum phrontisterium iam pertinentem (cf. indiculum in Arch. Bybl. t. 11, f. 261 *« Doi altri per Luglio duplicati »*, noster nimir. et 1559) nota numeri *1542* primum distinctum esse pinax ostendit in cod. Vat. lat. 7139 (f. 11ᵛ). Memoravit dum taxat P. Batiffol, *La Vaticane depuis Paul III* in *Revue des questions historiques* XLV (1889), pp. 183 n. 1 et 191.

Integumentum *ἰδιοχρώμῳ* membrana contectum praebet in summo dorso tesseram gentiliciam Pii IX P. M.

1574. Saec. XI-XII, membran. (ff. 1-3 chart.), mm. 210 × 145, ff. 170, linn. 24.

⟨**Nicephori presbyteri CP.**⟩ vita s. Andreae *τοῦ σαλοῦ* (Acta SS. Maii VI, pp. 4* D 14-E 9 et 5* B 3-111* = P. G. 111, 628 C 1-11 et 629 D 1-888, ad fidem codicis praesertim nostri [BHG. 117]), sub inscript. *Βίος καὶ πολιτεία τοῦ μακαρίου Ἀνδρέου τοῦ διὰ Χριστὸν σαλοῦ. τοῦ εἰς τὸ Βυζάντειον τῆς θεοφυλάκτου πόλεως ποιήσαντος ἑαυτὸν παραπαίοντα* (Acta SS., vol. cit. p. 3* = P. G., vol. laud., 625). Lemmata 38 (*περὶ τῆς ὀπτασίας — περὶ τῆς ἐσχάτης ὁμιλίας τοῦ ἁγίου πρὸς τὸν Ἐπιφάνιον*, cf. Acta SS. etc., pp. 4* F 1-5* A 20 = P. G., vol. cit. 629 A 1-C 10) seu *τῷ κειμένῳ* seu marginibus inseruntur, ad quae vir paullo recentior notavit *λόγος β'* ... *λόγος λϛ'* (36 enim et 37 absque nota relinquuntur).

Ipsius, ni fallor, manu praescribitur (f. 4ᵛ) illorum lemmatum vel capitum indiculus ex parte prorsus evanidus.

Ab uno eodemque scriba subflavo pigmento, crassiori autem ductu (licet non ineleganti) exaratus, fasciculos conprehendit 21, quaterniones (si novissimum dum taxat eximas, qui chartis quinque vel ad praesens constat), eosque ad ang. sup. externum primae singulor. paginae graeca subputatione distinctos; notae tamen admodum paucae, vel notarum vestigia tantum modo, deprehendi queunt, ceteris bybliopegi forficibus incaute absumptis (cf. Δ f. 30, ιζ' [dimid.] f. 134, nec non ff. 110, 118, 126 et 142). Adcedit initio binio custodiam propter cum reliquo codice conpactus (ff. 4-5). F. 6 vitae inscriptioni quam supra rettulimus (eodem quo *τὸ κείμενον* pigmento exaratae) taeniola superinponitur quinque flosculis decorata tribusque coloribus depicta, rubro nimirum, prasino et violaceo, quales in codicibus ad Italiam australem pertinentibus non raro obcurrunt. Ibid. littera initialis imaginem anguis palo inplicati exprimit. Singulorum capitum tituli sive lemmata nec non litterae initiales cinnabari delineantur. Codex non nullibi umore tactus (cf. ff. 6 sqq., 165 sqq.), scriptione tamen fere ubique incolumi.

F. 1v superne *1574.* / *Andreę Sali uita*, m. <L. Allatii>. F. 2r-v libri syllabus inperfectus, m. hieromonachi <Lucae Felicis Tiburtini>, praefixa nota *PP*, qua codex insigniebatur in sylloge Cryptensi (iteratur ad calcem f. 6). Alia nota *n.° 41*, Cryptensis pariter, bis obcurrit, scil. summis foliis 3 et 6 (hic insuper manus antiquior notavit) *s(a)n(c)t(o)r(um)* (?).

F. 4 res memorabiles non nullae annor. 1169–90 adnotantur, quas integre referre operae pretium visum est (scriptionem evanidam venenorum ope restituimus): 1) [+ ἐγέν]ετο (an [ἐγίν]ετο? cf. infra) ὁ σισμός· μη(νὶ) φε(βρουαρίῳ) εις τ(ὰς) γ' τῆς ἰνδ. β' / εν ἔτι ,ϛχοζ' (= 1169) κατὰ τὸν χρ(όνον) του χα/λασματ(ος) πόλε(ως) Κατάνης· καὶ ετερας χορας πολλας (cf. ex. gr. M. Baratta, *I terremoti d'Italia — Saggio di storia, geografia e bibliografia sismica italiana*, Torino 1901, p. 27, vel *I terremoti in Italia* [*Pubbl. d. Commiss. Ital. per lo studio delle grandi calamità*], Firenze 1936, pp. 99 et 172): — 2) + ['Єγ]ίνετὸν ἡμερ(α) νήκτα (l. νύκτα) μη(νὶ) σε(πτεμβρίῳ) εις τ(ὰς) ιγ' / τῆς ἰνδ. ιβ' ωρ(ᾳ) ζ' ἡμε(ρᾳ) δ' ἒν ἔτι ,ϛχπζ' (= 1178) (de hoc solis defectu cf. J. Fr. Schroeter, *Sonnenfinsternisse von 600 bis 1800 n. Chr.*, Kristiania 1923, p. 117 et ibid. tabulam 70 b). 3) + ἐκημι[θ](η) ὁ μακάριος κρατεος ρηξ Γου(λίαλ)μ(ος) ο βος / μη(νὶ) νο(εμβρίῳ) εἰς τ(ὰς) ι' ημε(ρᾳ) σαββάτου του ετο (sic) ἀπο / κτισε(ως) ,ϛχϟη' (= 1189): — (Guilelmus tamen 18 novembris vita functus esse videtur, cf. ex. gr. Fr. Chalandon, *Histoire de la domination normande en Italie et en Sicile*, II, Paris 1907, p. 417, 10 autem illius mensis in feriam sextam incidit). 4) + ἀνεβι το / σκήπτρον του ριγ(ὸς) Τανκρεδ(ου) υἱοῦ δουκὸς / ει[ς] τ(ὴν) Σι[κε]λιαν μηνι (μηνι cod.) ιαννου(α)ρ(ίῳ) εις τ(ὰς) ιη' ημ(έρᾳ) ε' / [τοῦ] ετους ,ϛχϟη' (=1190) ἰνδ. η' (cf. et subple Chalandonum, op. cit., pp. 424 sq.). Adnotationes uno eodemque tempore, anno scil. 1190 vel post illum, exaratas esse scripturae suadet (ni fallor) aequalitas. Subest alphabetum arabicum.

Qui librum descripserit (nisi ff. 4–5 ex alio forte codice decerpta putes nostroque adglutinata) ex possessoris inscriptione f. 5v iniecta discimus, cuius tamen pleraque verba ob atramentum evanidum membranamque tineis conrosam ne chemicis quidem remediis in subsidium vocatis legi queunt: + ἐγρά(φη) ἡ τοιαῦτ(η) βίβλος διά χειρός τοῦ ἀπο .... νας / Γέωργ(ίου) τοῦ νοτ(α)ρ(ίου) μου τοῦ Ταραν[τηνοῦ? .....] / ἐν Ζακύνθ(ῳ) κατὰ τὴν .... + (in sequentibus lineis, 8 numero, verba paucissima dum taxat expiscati sumus, ex. gr. lin. 4 ἐτελιώθ[η], lin. 5 μρς, μητρὸς scil., etc.). F. 170 + κ(ύρι)ε Ἰ(ησο)υ Χ(ριστ)ε ο θ(εο)ς ω σ(ωτ)ηρ ἡμῶν ὁ θέλων / πάντας ἀν(θρώπ)ους σωθῆναι ἀντι/λαβοῦ τοῦ δουλ(ου) σοῦ· Νύμφου ἀμαρ/τολοῦ, man. saec. XIII. Ib. in summa pagina <s. Gregorii Nazianzeni> versus iambici acrostichi κατ' ἀλφάβητον 1–2 (P. G. 37, 908 A 14–909 A 1). F. 170v vir ipse bis conscribillavit ἔκλινεν τῶ εὐαγγέλιον αὐτοῦ ἐκ τῶν Ἰουδαί[ων] εἰς τὰ θεοφόρητα ἔθνη nec non illud ταφος ἀνεογμένος κτλ. (cf. Ps. V, 10).

Codicem paucis memorat A. Rocchi, De coenobio Cryptoferratensi etc., Tusculi 1893, pp. 270 (sub num. 52), 273 et 278, nec non P. Batiffol, *L'abbaye de Rossano*, p. 93 n. 4, qui Rhegii anno 1190 exaratum esse perverse adseverat; ipse unde librum saec. XIII ad monasterium τοῦ Θεοῦ Λόγου in Rhegina dioecesi pertinuisse resciverit (cf. ib. et *La Vaticane depuis Paul III* in *Revue des questions historiques* XLV [1889], pp. 209 n. 3 et 212 sq.), equidem ignoro. An quod in cod. 1595 f. 1v cuiusdam Niphonis καθηγουμένου τῆς μονῆς τοῦ Θεοῦ Λόγου, ῥακενδύτου subscriptio obcurrit (cf. supra 'Νύμφου ἀμαρτολοῦ')? At huius scriptura ab eiusdem nominis viri qui librum nostrum prae manibus habuit toto coelo differt.

Integumentum simplici membrana vestitum exhibet in dorso tesseras gentilicias Pii IX P. M. et Io. Ba. Pitra (1869-89).

1575. Saec. XVI, chart., mm. 208 × 141, ff. I. 184, linn. 27.

1 **Apollonii Pergaei** conicorum (ff. 1–48ᵛ) lib. I, (ff. 49–78) lib. II, (ff. 80–111) lib. III, (ff. 111ᵛ–131) lib. IV (ed. I. L. Heiberg, Apollonii Pergaei quae graece exstant etc., Lipsiae 1891–93, I [2]–II 96).

2 (ff. 133–183ᵛ) **Eutocii** commentaria in Apollonii conica (op. laud., II 168–360).

⟨Iohannis Honorii⟩ nostri calamo eleganter descriptum figurasque geometricas diligentissime praebentem exaratas fasciculi efficiunt quinque ac viginti (16–17 terniones, quinque folior. novissimus, cett. quaterniones), nulla nota de more a librario insigniti, qui tamen alterius operis folia numm. 1–131, alterius 1–51 distinxit, chartas scriptione vacuas neglexit: multo autem recentior aevo nescio quis folia post 131 notis numeralibus usque ad 183 subputavit. Plagularum partem internam ac superiorem *τὸ κείμενον* occupat, ora ima et externa (utraque valde lata) figuras exhibent. Librorum inscriptiones, parvis litteris ex parte quadratis expressae, rubro colore nunc pallescente delineantur, pariter atque capitum numeri, litterae grandiores et maximae, lemmata, litterulae denique figuris adpictae (si paucas dum taxat excipias alia manu, aeque ac voculas non nullas, subfectas, cf. ff. 18. 27. 32ʳ⁻ᵛ. 33ᵛ et 34ᵛ). Arabicae subputationis vestigia inde a f. 44 marginibus adpictae saepe deprehendes, qua spatia ubi geometricae figurae delineandae essent Iohannes vel sibimet ipsi vel alii indicavit (id. id. notatur in exemplari infra laudando), monitis quoque interdum adstructis (cf. ff. 85 « [......] *q(ua)n(do) no⟨n⟩ si facciano mene carco*, i. e. *me ne incarico* », 94ᵛ « *un altra uolta*, 100ᵛ « *il resto* », etc.). Officinar. chartariarum quae vidimus insignia: ᵃ (ff. 2 + 3 ... 133 + 134 etc.) sagittae duae decussatae, stellula sex radiorum superinposita (cf. Briquet 6289 sqq.), ᵇ (f. 34) conus, ᶜ (ff. 12. 18. 43 etc.) aliae incertae quibus inmorari supervacaneum duximus. Ff. 78ᵛ. 79ʳ⁻ᵛ. 131ᵛ–132ᵛ pura. Libri facies summa, dextera, ima ornatibus inpressae.

F. I superne num. *120*, an quo liber signabatur in aliqua sylloge antequam Vaticanus fieret? Ib. in pagina av. summa num. *1575* codicisque indiculus, m. ⟨L. Allatii⟩.

Librum breviter descripsit Heiberg, op. laud., II, pp. [XI], XVI et cf. VI, quo iudice Apollonii textus a cod. Vat. gr. 206 pendit, Eutocii vero a 204: ipse nescio quo errore apographum nostrum e bybliotheca Columnensi in Vaticanam fluxisse adfirmavit.

Tegumenti dorso simplici membrana obducti tesserae gentiliciae imprimuntur Pii IX P. M. et Antonii Tosti card. bybl. (1860–66).

1576. A. 1619 (pp. IX et XVI), chart., mm. 208 × 154, pp. XXII. 280, linn. 16–17.

Eusebii Caesariensis (pp. 1–81) de martyribus Palaestinae libellus brevior (BHG. 1193) nec non (pp. 83–114) antiquorum martyriorum conlectionis fragmentum (BHG. 1182), sub iisdem inscriptionibus atque in cod. Escu-

rial. R. III. 7 (Iriarte 547 sq., Revilla, I, 168 sq.), ex alio libro eiusdem bybliothecae, deinde pessum dato (Iriarte, loc. cit., et cf. C. Graux, *Essai sur les origines du fonds grec de l'Escurial* etc. [*Bibliothèque de l'École des Hautes Études* etc. XLVI], Paris 1880, p. 330), pariter atque noster a Vincentio Marinerio (Vicente Mariner) Valentino (de quo cf. Iriarte 503 sqq.) descripta. Subditur eiusdem Marinerii latina interpretatio utriusque operis, nempe (pp. 115–217) de martyribus Palaestinae, inc. *Annus hic fuit decimus nonus Diocletiani Imperij*, des. *hęc quidem palinodia describenda est*, et (pp. 219–260) de antiquis martyribus fragmentum, inc. *Sub Marco Antonino, et Lucio Vero Smyrnę in Asia, persequutio exorta fuit*, des. *ut maiori malorum afficerentur supplicio, condemnabantur*, praecurrunt vero [a] ad Paulum V P. M. [1] (pp. VII–XI) epistula dedicatoria, inc. *Si magnam Virorum decet strenuitatem*, des. *in summum te possit excitare delectamentum. Vale. Madriti. pridie Idus Iulij 1619* etc., [2] (pp. X–XI) epigrammata duo, quorum alterum inc. *Petri altam vectas lucescens undique sortem*, alterum *Παῦλε θεοῦ κῦδος, πάντων γεραρώτατε λαῶν* (huius insequitur f. XII interpretatio latina metrica, inc. *Paule Dei numen, cunctę Augustissime gentis*); [b] ad card. Scipionem Cobelluzi [1] (pp. XIII–XVI) ⟨epistula⟩ propter casum folii unius (v. infra) initio mutila, inc. *Hic itaque hanc mihi prouinciam demandauit* (praecedunt vv. non nulla cancellis obducta), des. *suis cumulet beneficijs, et gratia. Vale* etc., ut supra, [2] epigrammata duo, i. e. (pp. XVII–XVIII) *φέγγεα Μουσάων μεν ἐνὶ φρεσὶ σεῖο χαράττεις* cum latina versione metrica *Lumina Musarum toto tibi concipis ore*, nec non (p. XIX) *Sacra Camoenarum immenso petis inclytus orbe.*

Operculi anterioris interni summo fastigio *μει απόστρέψῆς· το πρόσōπόν σοῦ.* perquam rudi charactere. F. I superne iteratur (an ipsius librarii manu?) inscriptio *τοῦ συνοδικοῦ* in Orthodoxiae festo (f. 1). F. Iv summo nota (an possessionis?) + *Ιω(ά)ν(νου) του μακαρηωτ(ά)τ(ου)· καὶ πρωτοπαπα* (*α͞π͞π* cod.), manu saec. XII-XIII, non autem XV, ut perperam adfirmavit P. Batiffol, loc. infra laud. Ibid. Ludovicus Bavaricus eiusque adsecla Petrus a Corvaro (qui antipapa sub nomine 'Nicolaus V' aa. 1328–1333 fuit) anathemate percelluntur: *Λοδοῆκους· δε Βαβάρια Τῆσκων* (cf. Teutiscus et simil.) *ἀνάθεμα / φράτε Πέτρου δε Κορβάρου* (de huius nominis recta forma cf. A. Mercati, in Arch. Francisc. Historico XX [1927], p. 262, n. 1) *ανάθεμα / ἀνάθεμα καὶ πάντες της γίης* (*υἱοῖς* scil.) *αὐτοῦ / καὶ πάντες τῆς δουλης αὐτοῦ.* Ib. in media pag. *Τοῦτο τὸ βιβλίον ἦν τῆς μονῆς τῆς / Κρυπτωφέροης*, paulloque inferius libri numerus *1600* nec non contentorum indiculus latinus, utrumque manu <L. Allatii>. Folii 1 in margg. sup. et inf. nota Cryptensis *n.° 45*, in hoc tantum alia nota, pariter Cryptensis, *ΦΦ*. F. 5v Cryptensium monachorum duos *πολυχρονισμοὺς* in ora ima exhibet, scil. *τοῦς εἶσαγγέλοῦς· καὶ πν(ευματ)ικοῦς π(ατέρ)ας ἡμῶν / ἱερομονάχων Κρήπτοφέρρης: πôλλâ* <*τὰ ἔτη*>: et *τοὺς μοναχοὺς καὶ πάντας τους ἀμφιερωμ(έ)ν(ους) τῆς αγίας / μον(ῆς) ἡμων θεοτοκου τῆς Κριπτοφέρρης πολλὰ τα ἔτι*, folio autem 6 similes Romani pontificis, cardinalium, hegumeni iniciuntur: *πολυχρόνιόν ποιῆσι κ(ύριο)ς ὁ θ(εὸ)ς ἡμῶν τῶν ἁγιώτατον / καὶ ἐνδοξώτατὸν ἡμῶν κύριν πάπαν ὁ δ. καὶ πάντας / τοὺς καρδιναλίους· π. τ. ἔ.* et *πολ. ποι. κ͞ς ο θ͞ς ἡμ. τον τιμιώτατον καὶ / ἐνδὸξώτατὸν κύριν ὁ δ. καὶ μέγαν καθυγούμενον τῆς Κρι/πτοφέρρης π. τ. ἔ.* Subest aliud *πολυχρονισμὸς* diligenter abrasus, in quo vv. *ιερομοναχους* (lin. 2) et *τα ἔτη* (lin. 3) dumtaxat expiscari licuit. F. 178v in marg.

sup. dextro pia invocatiuncula *Κ(ύρι)ε Ἰ(ησο)υ Χ(ριστ)ὲ ὁ θ(εὸ)ς ἡμων ελε(ησον) η[μᾶς]*, inferius *καὶρὸς ἦν θερῆτατ(ος?)· καὶ ἡ μὲν τεττηγες τὶν ὁδὶν / ἐπίγοντ(αι) ἦλθεν* an initium fabellae ex aliquo *προγυμνάσματι* derivatae? Ibid. *κ(α)γῶ Βαρσάνουφ(ιος) μοναχος τῶν μρ.* (?).

Librum recenset P. Batiffol, ***La Vaticane depuis Paul III***, in ***Revue des questions historiques*** XLV (1889), pp. 209 n. 3 et 211: qui tamen, cum in inscriptione folii I^v supra relata *Κορβάρου* ut *Κανζάρου* legisset atque 'Catanzaro' interpretatus esset, fabellam romanensem de codice a Petro quodam Cataciensi monacho donato intexuit, ratus nimirum voces *ἀνάθεμα* et *ἀνάθημα* unum idemque declarare.

Asseres, corio subflavo signato vestiti, tesseras gentilicias exhibent Gregorii XV P. M. (in tab. ant.) et (in tab. post.) Scipionis Cobelluzi card. bybl. (1618-26).

1601 (olim 1534). Saec. XII, membran., mm. 238 × 180, ff. 192 (+ 103^a), coll. 2, linn. 21-22.

Evangeliarium totius anni.

A. Lectiones pro festis mobilibus, eadem fere ratione atque apud C. R. Gregory (***Textkritik*** etc., pp. 344-64), iis tantum exceptis quae infra notabuntur.

[1] (ff. 1-39^v) Iohannes a Pascha usque ad Pentecosten. Feria sexta 5 hebd. ut apud Scholz et Scrivener. F. 14 summo notatur ad evang. feriae quartae 3 hebd., manu saeculi XIV: *τῇ ε´* (tertiae scil. hebdomadae): *τοῦ τημιου, σώματος. καὶ αἶματος του κυρίου· ευα(γγέλιον)· εις τ(ὸν) ὄρθρον*, folii vero 15 ad calcem, alia manu eaque forsitan paullo antiquiore + *τοῦτο τὸ εὐαγγέλιον* (feriae nimirum sextae 3 hebd.) *λέγεται καὶ τῇ ε´ εἰς τὴν ἑορτὴν τοῦ σώματος καὶ αἷματος τοῦ κ. ἡμ. Ἰ. Χ.* [2] (ff. 39^v-61^v) e Mattheo lectiones *σαββατοκυριακαί*, quas inter discrepant: sabbati 16 hebd. (ut Evl. 32), dominicae 16 hebd. (ut Evll. 32 et 292). In fine (f. 62) animadversiones *Χρὴ γινώσκειν ὅτι οὐδέποτε ἀνεγνώσθησαν ιζ´ κυριακαι τοῦ Ματθαῖου, ἀλλ' αὐτὸ τὸ εὐαγγέλιον τῆς Χανανέας λέγεται κυριακη τῇ πρὸ τοῦ Φαρισαίου· εἰ ἄρα καὶ λήψει ὁ Λουκᾶς διὰ τὸ μὴκύνεσθαι τὸ πάσχα*: et *Δεῖ εἰδέναι ὅτι ὁ Λουκᾶς ἄρχετε κυριακη τῇ μετὰ τῆς ὑψώσεως· τότε καὶ ἠσημερία γίγνεται.* [3] (ff. 62-77^v) e Luca lectiones sabbato-dominicae, ex quibus differunt: dominicae 4 hebd. (ut Evl. 292), dominicae 6 hebd. (ut Evl. 316), dominicae Filii prodigi (ut Evl. 32). Notandum est post f. 72 duos, ut conicio, fasciculos intercidisse, quibus continebantur lectiones a sabbato 9 hebd. (inde a vv. *ἀποτέξα|σθαι* [err. pro *ἀποτά-*] *τοῖς εἰς τὸν οἶκον μου*, Luc. IX, 61) ad sabbatum ante dom. Filii prodigi (usque ad vv. *ἡ πτωχὴ πλεῖον πάντων*, ib. XXI, 3). Subduntur (ff. 77^v-78^v) pericopae in pervigiliis 1 hebd. ieiunior. recitandae, cum suis *προκειμένοις* (duae primae atque ultima indicantur dumtaxat). [4] (ff. 79-91) e Marco lectiones *σαββατοκυριακαὶ* Quadragesimae; dominica 1 hebd. legi-

tur Ioh. I, 43-51 (ap. Gregory 44-52, sed perperam), dominica autem Palmarum tria exhibentur evangelia matutina, nempe (praeter consuetum ex Mattheo) Marc. XI, 1-10 et Luc. XIX, 29-38. [5] (ff. 91-113v) lectiones Magnae hebdomadae, quas inter differunt: feriae 2 mane (ut ap. Scrivener), feriae 4 mane (ut Evl. 32), feria autem 5 evang. α' lavacri legitur Ioh. XIII, 1-11 (ut Evl. 330), inter vero missarum sollemnia recitatur Matth. XXVI, 1-20 + Ioh. XIII, 3-17 et cett. ut apud Gregory. [6] (ff. 113v-132v) evangelia s. Passionis D. N. Iesu Christi. [7] (ff. 132v-134v) evangelia horarum Magnae Parasceves, ut in Evl. 32, si horam primam tantum excipias pro qua remittitur ad evang. ϵ' s. Passionis i. e. Mt. XXVII, 3-32 (lectio quoque horae sextae indicatur dum taxat). [8] (ff. 134v-138v) magna et sancta feria VI, vespere. [9] (ff. 138v-139v) lectiones Sabbati sancti (pericopa *τοῦ ὄρθρου* tantum indicatur).

Adcedunt (ff. 140-143v) evangelia matutina *ἀναστάσιμα* (1. 2. 5. 6. 9. 11 indicantur dum taxat).

B. (ff. 143v-191) Lectiones pro festis inmobilibus, saepe indicatae, rarius integre descriptae, diebus conpluribus omnino vacantibus (cf. Menologium ap. Gregory pp. 365-384, quo cum nostrum conferentes, ad nomina sanctorum adque pericopam primo loco illic adlata respicimus, libri varietates nunquam non memoramus): septembris 1*, 2*, 3* ut Evl. 303, 4*, 5* ut Evl. 303, 6 *τ. ἀρχιστρ. Μιχαήλ* ut Evl. 303, 7 ut dom. 15 Mt, 8**, 9 — *τ. ἁγ. Σεβηριανοῦ*, 10, 11 ut Evl. 292, 12 ut feria tertia 6 hebd. Ioh. (certe legendum feria secunda, cf. Ev. 292), *13*, dom. ante Exaltationem Crucis*, 14* (evang. *τοῦ ὄρθρου* ut in Evl. 32), sabb. post Exalt. ut feria sexta 4 hebd. ⟨Ioh.⟩, i. e. ut Evl. 32, dom. post Exalt. ut Evl. 13, 15* cum lect. Mt. X, 16-22, 16*, 17 ut sabb. 17 Mt., 18 ut 15 sept., 19 — *Σαβατίου*, ut 10 oct., 20* *τ. ἁγ. μρ. Εὐσταθίου κ. τ. συνόδ.* ut Evl. 17, 21*, 22 ut 4 sept., 23 *εἰς τ. γενέσιον τ. Προδρόμου*, 25 *ἡ λειτῇ ἐν τῷ κάμπῳ*, 27 *τ. ἁγ. μρ. Καλλιστράτου* ut sabb. 3 hebd. Ioh., 29 ut ap. Scholz, 30*; octobris 1 ut 2 sept., 2 ut 3 sept., 3* cum lect. Mt. XIII, 45-54 (non omissis nimirum verss. 49-50), 5 ut 4 dec., 8*, 9 ut dom. 1 hebd. L., 10* ut Evl. 32, 11* *τ. ἀγγ. πρρ. τῆς ζ' συνόδου*, 12 *τ. ἁγ. Ἀνδρονίκου κ. τ. σὺν αὐτῷ* ut 20 sept., 13*, 15 *τ. ἁγ. μρ. Λουκίου* ut 27 iul., 16 ut evang. ζ' Passionis, 17* *τ. προφ. Ὠσιέ*, 18*, 19 ut 5 sept., 20 ut dom. 3 ieiunior, 21*, 22 ut sabb. 11 hebd. L., 23*, 24 ut 15 sept., 25*, 26* ut Evl. 303 i. e. Mt. VIII

* Cf. animadversionem ad calcem p. 71.

(III, err., ap. Gregory), 23-27, 27 τ. ἁγ. Νέστορος ut sabb. 3 hebd. Ioh., 28 ut 10 oct., 29 τ. ὁσ. Ἀβραμίου ut Evl. 303 i. e. Mt. IV, 25-V, 12, 31 τ. ἁγ. Μαρκιανοῦ ut 13 nov.; novembris 1*, 2 ut 15 sept., 4 τ. ὁσ. Ἰωαννικίου ut 10 ian., 5 ut 10 oct., 6 ut dom. 1 hebd. Mt., 7 ut 15 sept., 9 τ. ἁγ. Ματρώνας ut sabb. 17 hebd. Mt., 10 τ. ὁσ. Θεοδώρου τ. Στουδίτου ut 21 oct., 11 ut 20 sept., 12 — Νείλου ut 10 ian., 13* (ad matut. ut 3 sept., intra missarum solemnia Ioh. X, 1-9), 14 ut dom. 1 ieiunior. (heic Gregory perperam habet Ioh. X, 44-55), 15 ut 25 oct., 18 — Ῥωμανοῦ, 19 τ. προφ. Ἀβδιοῦ ut 17 oct., 20 τ. ἁγ. Γρηγορίου τ. Δεκαπ. ut 2 sept., 21, an ad matut. quoque ut 8 sept.?, 22 τ. ἁγ. Πρόκλου ut 11 oct., 23 τ. ἁγ. μρ. Κικιλίας ut sabb. 17 hebd. Mt., 24 τ. ἁγ. Γρηγορίου τ. Ἀκραγ. ut 30 sept., 25 τ. ἁγ. Αἰκατερίνης ut 13 oct., 28 ut 10 oct., 29 τ. ἁγ. Εἰρηνάρχου ut 13 oct.; decembris 1 ut 5 sept., 3 id. id., 4*, 6 ut 10 ian., 7 ut 21 oct., 8 ut 13 nov., 9 ut feria quarta 1 hebd. ieiunior. (cf. Gregory, p. 361), 10 ut 10 oct., 11 τ. ὁσ. Δανιὴλ τ. Στυλ., 12* inscript. ut Evl. 32, lectio fere ut Evl. 33 (Lc. XI, 1-13), 14*, 15 ut dom. 3 hebd. ieiunior., 16 ut 17 oct, 17 ut 5 sept., 18 τ. ἁγ. Μιχαὴλ τ. ὁμολ. ut 25 oct., 19 ut 15 sept., 20* (κ. Λουκᾶν, err.), 21 ut 16 sept., 23 τ. ἁγγ. ι'. μρρ. τ. ἐν Κρήτῃ ut 15 sept., dom. τῶν προπατόρων ut dom. 11 hebd. L., sabb. ante Nativitatem ut sabb. 12 hebd. L., dom. τῶν πατέρων* cum lect. Mt. I, 1-25, vigilia Nativitatis *, 25* (evang. aurorae perperam indicatur κατα Μάρκον), 26*, 28 τ. ἁγγ. δισμυρίων ut 25 oct., 29 (indicatur Mt. II, 13-18), 30 τ. ἁγ. μρ. Ἀνυσίας ut 16 sept., 31 τ. ὁσ. Μελάνης ut 4 dec., sabb. post Nativ. *, sabb. ante ss. Lumina * (Mt. III, 1-11), cum animadv. Χρὴ γινώσκειν· ὅτι ἐὰν τύχωσι δύο κυριακαὶ κτλ. (cf Gregory 373), dom. ante ss. Lumina *; ianuarii 1*, 2 τ. ἁγ. Σιλβέστρου ut 2 sept., 3 τ. ἁγ. μρ. Γορδίου ut Evl. 303, 4 τ. ὁσ. Θεοκτίστου ut 5 dec., 5*, 6**, 7*, sabb. post Lumina *, dom. post Lumina *, 8 τ. ὁσ. Δομνίκης κ. τ. ἁγ. μρ. Ἰουλιανοῦ ut sabb. 10 hebd. Mt., 9 τ. ἁγ. μρ. Πολυεύκτου ut 15 sept., 10* τ. ἁγ. Γρηγορίου τῆς Νύσσης, 11 τ. ὁσ. Θεοδώρου τ. κοινοβ. ut 21 oct., 13 τ. ἁγγ. Ἑρμύλου κ. Στρατονίκου ut 20 sept., 20*, 21 ut 25 oct., 22 ut 13 oct., 23*, 24 ut 5 febr., 25 ut 13 nov., 26 τ. ἁγ. μρ. Κλαυδίου κ. τῆς συν. αὐτοῦ ut 20 sept., 27 ut 13 nov., 30 τ. ὁσ. Ξενοφῶντος κ. τ. συν. αὐτοῦ ut sabb. 11 hebd. L., 31 τ. ἁγγ. Κύρου κ. Ἰωάννου ut 1 nov; februarii 1 ut 10 oct., 2* (ad matut. ut 8 sept.), 5* cum lect. Luc. XV, 3-10, 6 ut 2 sept., 7 τ. ἁγ. μρ. Θεοδώρου ut sabb. 11 L., 8 ut 17 oct., 9 ut 21 maii, 10 ut sabb. 3 hebd. Ioh., 11 ut 13 oct., 14 ut 1 nov., 15 ut 18 oct., 16 ut 10 oct., 17 ut sabb. 3 hebd. Ioh., 19 ut 14 oct., 20 τ. ἁγ. Λέοντος Κατάνης κ. Εὐσταθίου Ἀντιοχ. ut 13 nov., 22 τ. ἁγγ. τῶν ἐν τοῖς Εὐγενίου ut dom. 1 hebd. Mt., 23* (in marg.

sup. folii 177v notatur manu, aeque atque inferius memoratae, saec. XIII-XIV, *τῇ αὐτῇ· ἡμέρα τ. ὁσ. πρ. ἡμ. Ἰωάννου τοῦ Θεριστοῦ*), 24*, 25 ut 13 nov., 26 *τ. ἁγ. Πορφυρίου Γάζης* ut 10 ian., 28 *τ. ἁγ. Βάσσου ἐπ. Δαμασκοῦ* ut 10 ian., 29 *τ. ἁγ. Βασιλείου τ. ὁμολ.* ut 25 oct., martii 1 ut 5 febr., 2 *τ. ἁγ. Θεοδότου Κυρηνίας* ut 10 ian., 3 ut 15 sept., 4 *τ. ὁσ. Ἡσυχίου* ut 2 sept., 5 ut sabb. 8 hebd. Ioh., 6 ut 25 oct., *7–8*. 9* (in marg. sup. folii 179v notatur *μηνι: τω αὐτῷ εις τας ιβ: τ. ὁσ. πρ. ἡμ: Νικωδήμου· τὸν Κελλαράνον, ζητ. εὐάγγ. ἰάν. κ'*; de monte Cellarano vel Cellerano a quo sanctus Nicodemus heic nuncupatur conferre potes *Vita di S. Nicodemo abbate dell'ordine di S. Basilio Magno raccolta e descritta dal P. Maestro D. Appollinare Agresta* etc., Romae 1677, pp. 20, 36 et pass.), *10–24*, 25*, *30–31*; aprilis 1 ut 8 oct. (in ora sup. folii 180v notatur *μηνι τω αυτω· εις τας η' τ. ὁσ. πρ. ἡμ. Φιλαρέτου*), *2–21*, *24*, 25* cum lect. Mc. VI, 7–13, *27–29*, 30 ut dom. 1 hebd. L.; maii *3–7* (marg. summo f. 181v adscribitur *τω αὐτω μηνι· εις τας ·ζ· ἡ ἀνάμνησης· τοῦ ἐν οὐρανοῖς· φανέντος· σημιου τοῦ σταυρου*), 8* (in marg. ext. eiusdem folii notatur *τῇ αυτῇ η' τοῦ αρχαγγέλου Μιχαήλ*), 9 ut feria quarta 6 hebd. ⟨Ioh.⟩ (in marg. inf. eiusdem folii notatur *τῇ αὐτῇ θ'· ἡ ἀνακομιδῆ του λυψάνου· τ. αγ. Νικολάου ἐν τὴ Βάρη· ἑορτάζεται λαμπρὸς*), 10 ut sabb. 3 hebd. L., 11 *τ. γενέθλιον τ. πόλεως κ. τ. ἁγ. Μωκίου, ζήτ. ε. τ. διαθήκην*, 12 ut 11 oct. (in marg. sup. folii 182 bis obcurrit animadv. *τῇ αὐτῇ ιβ' τ. ὁσ. πρ. ἡμ. Φιλίππου τοῦ Ἀργυρίου· ζήτ. ἰανν. κ'*), 13 *τ. ἁγ. μρ. Γλυκερίας* ut 5 febr., *16–19*, 20 ut dom. post Exaltationem s. Crucis, 21* cum lect. Ioh. X, 2–5. 9, 23 ut 25 oct., 24 ut 20 ian. (in marg. sup. sin. f. 182v *εις τας κε' τ. ὁσ. πρ. ἡμ. Ἰουν(ία?)*, 26 ut 23 oct., 27 *τ. ἁγ. Θεράποντος* ut 1 nov., 28 *τ. ἁγ. ἀπ. Κάρπου* ut 25 apr., 30 *τ. ἁγ. Ἑρμία* ut 2 sept., 31 *τ. ὁσ. Ἰσακίου* ut 5 dec.; iunii 1 ut 20 sept., 3 *τ. ἁγ. Λουκιλλιανοῦ* ut 15 sept. (in marg. sup. dext. eiusdem folii notatur *εις τας γ' του ὁσ. πρ. ἡμ. Κόνου*), 4 ut 2 sept., 5 *τ. ἁγ. μρ. Δωροθέου, ζήτ. εὐαγγ. εἰς μάρτυρα*, 6 *τ. ἁγ. ἱερομρ. Θεοδότου* ut 11 febr., 7 *τ. ἁγ. Κυρίλλου* ut 2 sept., *8* (in marg. inf. eiusdem folii 182v [*τῇ*] *η' τ. αὐτοῦ* [*μηνὸς*], iunii scil. *τ. ἁγ. μεγαλομρ. Θεοδώρου*), 9 *τ. ἁγ. Ἀλεξάνδρου* ut 11 oct., 10 *τ. ἁγ. Τιμοθέου ἐπ. Κύπρου* (!) ut 22 ian., 13 ut 16 sept., 14* *τ. ἁγγ. Ἠλιοῦ κ. Ἐλισσαίου* (*κ. Ματθ.*, err.), 15 ut 17 oct. (in marg. ext. 183v derecte scribitur *τη αὐτὴ ἡμ. τ. ἁγ. μρ. Βήτου*), 16 ut 15 sept., 17 ut 3 nov., 18 ut 20 sept., 19 *τ. ἁγγ. ἀπ. Θαδδαίου κ. Φορτουνάτου* ut 18 oct., 20 — *Ἀσυγκρίτου* ut 10 ian., 21 ut sabb. 3 hebd. Ioh., 22 *τ. ἁγ. Βασιλείου Πατελλαρίας* ut 6 dec., 23 ut 4 dec., 24*, 26 ut 21 oct., 27 ut sabb. 11 hebd. L., *28*, 29* (*κη'*, err.), ad matut. eadem lectio praescribitur atque in sabb. Pentecostes, 30* cum lect. Mc. III, 14–19. VI,

7-13; iulii 2 ut 8 sept. ad matut., 4 ut 11 maii, 5 τ. όσ. Παλλαδίου κ. τ. άγ. ἱερομρ. Στεφάνου τοῦ νέου, 6 τ. όσ. Σισώη τοῦ μεγ. ut 6 dec., 7 τ. άγ. Κυριακῆς ut 5 febr., 8 ut 17 oct., 10 ut 20 sept., 12 ut 25 oct., 13 τ. άγ. ἱερομρ. Πέτρου Κρήτης (καὶ Ὑππολυτου add. manus recentior) ut 11 febr., 16 τ. άγγ. χλ' πρων τ. ἐν Χαλκιδόνι, ζήτ. εἰς τ. διαθήκην (in marg. sup. folii 187ᵛ εἰς την ις' τ. άγ. ἱερομρ. Ἀνθηνογένη), dom. qua canuntur τὰ ἀλλακτά ut 11 oct., 18 ut sabb. 3 hebd. Ioh., 20 ut 14 iun., 21 τ. όσσ. Συμεὼν κ. Ἰωάννου ut 4 sept., 22 τ. άγ. Μαρίας τ. Μαγδαληνῆς ut ἑωθινὸν η' (ap. Gregory perperam, ut vid., Ioh. XX, 19-31, i. e. ἑωθ. θ'), 23 τ. προφ. Ἰεζεκιὴλ ut 17 oct., 24 ut 10 oct., 25 τ. άγ. Ἄννης κ. Εὐπραξίας κ. Ὀλυμπίας ut sabb. 10 hebd. L., 26 τ. άγ. ἱερομρ. Ἑρμολάου κ. τ. άγ. Παρασκευῆς ut 15 sept., 28 τ. άγ. μρ. Ἀκακίου ut 10 oct., 29 ut 15 sept., 30 ut 25 apr., 31 εἰς τ. προσκύνησιν τ. τιμίων ξύλων; augusti 2* cum lect. Mc. XII, 1-11, 4 ut 5 febr., 5 ut 20 sept., 6**, 7 εἰς τ. ἀνάμνησιν τ. βαρβάρων ut 12 dec., 8 ut 25 oct., 9 κ. τῆς άγ. Ἱερουσαλη[μ] add. in marg. manus posterior, 10 ut 10 oct., 11 τ. άγγ. Φωτίου κ. Ἀνικήτου ut 15 sept., 12 τ. άγ. μρ. Εὔπλου ut sabb. 3 hebd. Ioh., 13 ut 25 oct., 16 τ. άγ. Διομήδους, 17 ut 15 sept., 18 ut 10 oct., 19 ut 20 sept., 20 ut 21 sept., 21 τ. άγ. άπ. Θαδδαιου ut dom. 1 hebd. L., 22 ut 15 sept., 23 τ. όσ. Μελετίου ut 11 oct., 24 ut 10 oct., 25 ut 18 oct., 26 ut 10 oct., 27 τ. όσ. Ποιμένος, 28 τ. όσ. Μωσῆ τ. Αἰθίοπος, 29* (propter folium post 190 abreptum desiderantur in lectione vv. ὅτι Ἠλίας ἐστίν — καὶ ἦραν τὸ πτῶμα, Mc. VI, 15-29), 30 τ. άγ. μρ. Φίλικος ut sabb. 3 hebd. Ioh., 31 ut 8 sept.

Subduntur (ff. 191-192ᵛ) evangelia pro variis circumstantiis: in encaenia (ut 29 iun. vel ut feria sexta 5 hebd. [Iohannis] ἀπὸ τὸ μέρος); in terrae motus memoriam (ut 26 oct. vel ut 12 dec.), in gentium incursionem * (Luc. XIII, 1-9, illis in fine subfixis ταῦτα λέγων ἐφώνει· ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν ἀκουέτω); in pluviae penuriam *; in angelos (ut feria sec. post Pentec. vel ut 18 oct.); in prophetas (ut 5 sept. vel ut 17 oct.); in apostolos (ut 18 oct. vel Luc. V, 1-11); in martyres (ut 15 sept. vel ut 10 oct.), in hieromartyres (ut 23 febr. vel ut 13 oct.); in pontifices (ut 10 ian. vel ut 11 oct.); in plures ὁσίους (ut 21 oct. vel ut 20 ian.); in monachi vestitionem; in monialis vestitionem; in ἐπινίκια regis (ut feria quarta 1 hebd. ieiunior. vel ut 12 dec.); in infirmos (ut feria sec. 3 hebd. Ioh.).

Animum, quaeso, adverte initium primae pericopae in libro adlatae (f. 1ʳ) notatione ecphonetica, quae dicitur, instrui.

Subflavo pigmento, litteris autem erectis exaratus adque eandem australis Italiae scholam pertinens, ex qua codices ex. gr. 2017 et 1993, ff. 132 sqq. prodierunt (huius confer ff. 155 sqq.), fasciculos 25 conplectitur, quaterniones omnes (praeter novissimum,

bifolium), sed ultimum paenultimi fasciculi folium, ut iam supra notavimus, effluxit: quaternionum notae numerales paucae dum taxat superant, angulo uti plurimum inf. externo primae et ultimae unius cuiusque fasciculi paginae ab ipso librario inscriptae (cf. ff. 81. 151^v–152. 159^v–160. 167^v–168. 175^v–176. 183^v–184), nescio tamen qua de causa fasciculus 11 numero *ζ'* signetur, 20 numero *ις'* et sic deinceps, ita ut subputatio usque ad *κ'* tantum modo producatur (f. 184). Ornamenta (ff. 1. 41. 62. 79. 113^v. 140), inscriptiones, pericoparum litterae initiales aliaque notabilia rubro tinguntur.

Notae inscriptionesque varior. temporum (interdum adcuratissime abrasae) marginibus frequenter adpictae, quas operae pretium referre videtur. F. 106, in ora inf. *ἐγώ διακονός Θομάς Αρμασι*, m. saec. XIV-XV (?). Folii 143 aversi in margg. externo atque inferiore exhibetur satis longa *⟨κατα⟩λαλια εἰς πληγ(ήν)*, exhorcismum scil., quem maximam partem evanidum probe enucleare nequivimus, cf. linn. 3–2 a. i. *ὄνομ(α) τοῦ π(ατ)ρ(ὸ)ς καὶ του υιοὺ καὶ του αγ(ίου) πν(εύματο)ς· καὶ ειπ(ὲ)· ουτ(ως)· πὸς* (*πῶς* scil.) *ὁ ...... ὁ Λογγίν(ος). ελογχευσεν τὸν κ(ύριο)ν ημων / Ἰ(ησοῦ)ν Χ(ριστὸ)ν κτλ.* (manus saec. XIII). Ff. 147^v–148 inferne notam diligentissime abrasam offendes, cf. ad ang. inf. internum folii 147^v *ινδ(ικτιῶνος) γ' κα ...*; alia similis fastigio folii 171^v adpingebatur, qua in pauca tantum verba expiscaberis: *τὸν αγιον [Ἰ]ω(άννην?)*, lin. 3, *τα δύο μερι*, lin. 4, *καὶ αὐτὸς ὄμοσεν*, lin. 5. F. 178 summo *Τη ·λ̄·ᾱ ἥμερ(α) του αυγ(ού)στ(ου) μη(νὸς) τῆς ινδ(ικτιῶνος) ·θ'· εκημηθ(η) εν μακαρια τη* (conr. ex *της*, ut vid.) *μνήμ(η) ὁ / ἀδε(λφὸς) Αμβροσιος αρχ(ιμανδρίτης) μο(νῆς) αγιου Φιληππ(ου) Αργ(υρίου) του Ἱέρακος: ἡμερ(α) ·ς' ωρα ·θ·' / του ετους ,ςϡ·λ·γ·* (= 1425) *ινδ(ικτιῶνος) θ'* (recte *γ'*; inscriptionem, aeque ac subsequentes duas, ed. P. Batiffol, *L'abbaye de Rossano*, p. 167, qui tamen *αὖ* perperam interpretatus est *αὐτοῦ* i. e. — cf. sequentem inscriptionem 38 annis antiquiorem — 31 aprilis!). Eiusdem paginae in ora inf. ipsa nota iteratur, abrasa tamen. Folii 181 in marg. sup. notatur *τη ιβ' ημ(έρα) του ἀπρηλλ(ίου) μιν(ὸς)· τῆς ινδ(ικτιῶνος) ι'· ἐκημίθ(η)· ὁ εν μακαρῆ[α] τι μνη[μη]· ▪ αδελφ[ὸς] Κυπρη/ανὸς· αρχ(ι)μανδρήτ(ης)· τεὶς μ(ο)ν(ῆ)ς τοῦ αγ(ίου) Φιλήππ(ου) τοῦ Ἵέρακος· εν ημ(έρα) ε' · ωρ(α) ε' τῆς νικτὸς· τοῦ / έτους ,ςωϟε* (= 1387, adverte tamen illo anno 12 aprilis in feriam sextam incidisse). F. 188 summo leges + *τη α' ημερ(α) του αὔγουστ(ου) μη(νὸς) της ινδ(ικτιῶνος) ε'· εκημι[θη] εν μακαρια τη μνημ(η)· αδε(λφὸς) / Νεὄφιτ(ος) αρχ(ι)μανδριτ(ης) μονῆς αγ(ίου) Φιλιππ(ου) του Ἵἔρακος: ἡμέρ(α) δ'· ὤρα θ'· του / ἔτους ,ςωξ'* (= 1352)· *ινδ(ικτιῶνος) ε'*. F. 189^v superne inscriptio omnino erasa. F. 191 summo notam perquam evanidam sic enucleavimus *τη λ' ημ(ερα) τ[οῦ] αυ[γούστου] μ[ηνὸς] της ινδ(ικτιῶνος) ς' εκημιθ(η) ο εν μακαρια τι μνη[μη ......*: reliqua verba huius lineae omnino effluxerunt] / *εν ιμ(έρα)· παρασκευι· ορα· ι' τῆς νικτ(ὸ)ς· τοῦ ετους ,ςϡς'* (= 1398). Folii 191^v in summo fastigio inscriptio diligenter abrasa, ibid. inferne nota alia pariter male mulcata .... *εἰς την μονην αγ(ίου) Φιληππ(ου) [τοῦ] Ἵἔρακος· ὁ ἱερ[εὺς ....] / Βερζ[...... αφ]ιερωσεν .... καννουλατ(ον) κατανικτηκον* (an catanycticon in rotuli formam, barbarico parce verbo, « incannulatum », cannulae nimirum i. e. umbilico circumvolutum?). Ibid. inferius *Ego fra.* Folii 192 in ora summa *Καγῶ διάκὼν(ος) Κωστάς τη λ* (an *Τηλ ....*?), m. saec. XIV. Ad calcem f. 192^v *τῆ ιγ' του μαΐου μη(νὸς) ινδ(ικτιῶνος) ι' ἡμέρ(α) ε' ωρ(α) ἑσπερεινοῦ αφιἔρωσεν· ἡ δονν(α) Μαργ(α)ρ(ί)τα ἡ γυνι τοῦ / μαΐστ(ο)ρ(ος) Πέρραι Βούττ( ) αλογα β'· ἡ πρώτ(η) αληθ(ι)ν(ὴ)· καὶ ημέτερ(α) πράσι* (?)· *εις τ(ὸν) ἅγ(ιον) Λουκὰν του Χοστην(ου) / ἐν τῆ αὐτὴ εκκλι(σία) του ἁγί(ου) Λουκ(ὰ)· που ειναι έξο τοῦ κλάστρου τῆς μο(νῆς) ἁγ(ίου) Φιλήππ(ου) τοῦ Αργ(υ)ρ(ίου) / Ἱερακος· εις τ(αῖς) σπίσαις* (an 'spese', expensas?) *του ἡγουμ(έ)ν(ου) τῆς αὐτῆς μο(νῆς) αγ(ίου) Φ[ι]ληπ-*

π(ου) .... τον αδε(λφὸν) Κυπρ(ιαν)ὸν / ἡγουμ(ε)ν(ον) τοῖς αὐτοῖς· μο(νῆς) τοῦ ἔτους .... ἐτ .... F. 193 Francisci Accidae inscriptio nuncupatoria graeca ad Xystum V P. M.

Codicem breviter describit Gregory (Evst. 550) nec non Scrivener (Evst. 384) (qui minus recte, ut mihi quidem videtur, saeculo XIII tribuit), memorat dum taxat P. Batiffol, *La Vaticane depuis Paul III*, in *Revue des questions historiques* XLV (1889), pp. 183 n. 1 et 186.

Integumentum corio rubro vestitum exhibet in dorso tesseras gentilicias Pii VI P. M. et Fr. Xav. de Zelada card. bybl. (1779–1801).

1602 (olim 1536). A. 1542 (f. 361ᵛ), chart., mm. 240 × 170, ff. III. 364, linn. 20.

Menaeum septembris, cum synaxariis vulgatis, in quo canonem unicum a Romana exulantem editione invenimus, nimirum (ff. 42 ... 50) in s. Anthimum ep. Nicomed. (3 sept.), inc. Δίπλοκον εὐσεβείας (cf. cod. Crypt. Δ. α. I [Rocchi 289], ubi Germano tribuitur).

Praeter binionem initio atque bifolium in libri fine pro custodia conpacta (huius altera charta, prima illius operculo interno adglutinatur), fasciculos offendes 46 eosque quaterniones, primo tantum excepto, 7 folior., nec non postremo, ex quo non nisi quattuor chartae hodie adservantur: qui fasciculi ab ipso librario, Georgio scil. Constantinopolitano (v. infra), in medio marg. inf. primae singulorum paginae notis graecis distincti sunt. Litterae maioris ac maximi moduli, rubricae quae vocitantur, tituli, rudes ornatus (cf. ff. 1. 39ᵛ. 67 etc.), interdum οἱ εἱρμοὶ quoque rubro colore descripta. Officinarum chartar. insignia duo notavimus, i. e. in ipso libro (ff. 4–5 ... 362) lunulam sub qua litterae F B, cum desuper cruce cuius bracchia in geminos petalos desinunt, in foliis vero additis (f. I) chirothecam cum litteris AI, quam flos 5 folior. supereminet. Liber circa margines humore non nihil tactus blattisque perforatus. Chartae Iᵛ–IIIᵛ. 362–364ᵛ vacant. Orae libri clausi externae inscribitur + μὴν σεπτέ(μ)/βριος.

Operculi anterioris interni summo fastigio manu saec. XVI adpictum Τζαπετρος δε Αζαρο· παλερμι/τανος· κοτζατορες· στεκι στην κο/τζαριαν, summo autem folio I tempore fere eodem notatum + Ριγίνας· Στασινὴ χίρα· Γεόργίου· Νικολαου Σάντα. F. 361ᵛ, transscribendi munere absoluto, subiunxit librarius Ἐτελειώθη ἡ παροῦσα δέλτος, διὰ χειρὸς κἀμοῦ / τοῦ ἁμαρτωλοῦ Γεωργίου ἐκ τῆς Κωνσταν/τινουπόλεως· διὰ συνδρομῆς καὶ ἐξό/δου, τοῦ ὁσιωτάτου ἐν ἱερομονάχοις καὶ / πν(ευματ)ικοῦ π(ατ)ρ(ὸ)ς κυροῦ Κυρίλλου ἐκ Παλαιῶν / Πατρῶν, ἐν πόλει Μησύνῃ: Ἐπὶ / ἔτους ,ζν' (= 1542) ἐν ινδ(ικτιῶνι) ιβ^{ης} (!) (re autem vera ιε^{η})· Ἐν μηνὶ / μαρτίῳ α'· ἡμέρα τετράδι ὥρα ς' (ed. P. Batiffol, *L'abbaye de Rossano*, p. 166, et cf. ib. p. 98, nec non Vogel-Gardthausen, *Die griech. Schreiber*, p. 79).

Librum paucis memorat P. Batiffol, *La Vaticane depuis Paul III*, in *Revue des questions historiques* XLV (1889), pp. 183 n. 1 et 191.

Integumenti tabulae ligneae, tergore signato fusci coloris contectae, fibularum vestigia dum taxat retinent, anteriori autem scidula mm. 36 × 110 glutine adhaerescit cum inscr. *September* litteris gothicis (quae vulgo dicuntur) exarata.

1603 (olim 1568). Saec. XIII, chart. (ff. 1–4. 81–84 membran.), mm. 258 × 171, ff. 84, linn. 26–55.

ss. **Cosmae Hierosolymitani** et **Iohannis Damasceni** canones in dies anni sollemniores, commentariis Theodori Prodromi intermixtis elucidati (ed. ex parte H. M. Stevenson senior, Theod. Prodromi comment. in carmina sacra melodorum Cosmae Hierosol. et Ioannis Damasc. etc., Romae 1888): [1] (ff. 5–9^{v}) ⟨Cosmae canon in Exaltationem s. Crucis⟩, comment. inc. mut. *πρὸς τοῦτον ἀνερχομένῳ· οὐχ' ἵν' Ἐρυθράν* (Stevenson, pp. 13 lin. 10–29), [2] (ff. 9^{v}–17) eiusdem canon in Nativitatem Domini (ib., pp. 30–31 lin. 10 et 32 lin. 10–57, omisso nimirum capite *Περὶ τῶν ὀκτὼ Ἤχων*), [3] (ff. 17–21) Iohannis canon in Theophania (ib., pp. 57–58 lin. 17 et 59 lin. 7–74, omissa scil. interpretatione in acrostichidem), [4] (ff. 21–27) Cosmae canon in ss. Lumina (ib., pp. 75–76 lin. 12 et 76 lin. 26–98, explanatione *τῆς ἀκροστιχίδος* ut supra omissa), [5] (ff. 27–30^{v}) Iohannis canon in eandem festivitatem (ib., pp. 99 lin. 15–116 lin. 11 et 116 lin. 19–117, omittuntur enim prohoemium et interpretatio in hirmum nonae odae), [6] (ff. 30^{v}–33^{v}) Cosmae canon in Hypapantem (ib., pp. 117–120, sed tantum usque ad troparium tertium primae canonis odae inclusive), comment. des. *ἐν τούτῳ τῷ ῥήματι, τὴν ᾠδὴν ἐπεσφράγισεν* (cf. Stevenson, p. xxv), [7] (ff. 33^{v}–37^{v}) eiusdem canon in Ramos Palmarum, prohoem. inc. *⟨Τ⟩ὸ ὡσανὰ Ἑβραίοις ἐστὶ λέξις*, comment. inc. *⟨Τ⟩ὴν κατὰ τὸν Ἐρυθραῖον κόλπον*, des. *εἰς σωτηρίαν τῶν εὐσεβῶν ἀναστήσεται*, [8] (ff. 37^{v}–39^{v}) eiusdem triodium in feria II Magnae hebdomadae, prohoem. inc. *⟨Ε⟩ἰ μὲν οὖν ὑπέστρωται ἴαμβος τῇ δευτέρᾳ καὶ τρίτῃ καὶ τετράδι*, comment. inc. *⟨Τ⟩ῆς κατὰ Μωϋσέα πρώτης ᾠδῆς*, des. *εὑρήσει ἂν μὴ διεψευσμένους ἡμᾶς* (utrique praecurrente brevi animadversione sub tit. *⟨Ἀ⟩κολουθία τῆς μεγάλης ἑβδομάδος*, inc. *⟨Φ⟩έρε δὴ μεταβῶμεν ἐκ τῶν προλαβόντων ἱερῶν κανόνων*), [9] (ff. 39^{v}–40^{v}) eiusdem diodium in feria III Magnae hebdomadae, comment. inc. *⟨Μ⟩άταιος ἂν εἴη· καὶ πέρα τοῦ μετρίου*, des. *τίς ὑποστήσεταί σοι*, [10] (ff. 40^{v}–42) eiusdem triodium in feria IV Magnae hebdomadae, comment. inc. *⟨Ὥ⟩σπερ ἐν τῷ τῆς δευτέρας τριῳδίῳ*, des. *ὁμοίως τοῖς πρὸ αὐτοῦ δυσὶ ὡς προείρηται*, [11] (ff. 42–47) eiusdem canon in feria V Magnae hebdomadae, comment inc. *⟨Τ⟩ὴν περὶ τὴν Ἐρυθρὰν θαυματοποιίαν*, des. *καὶ τὸ ἐν οἷς δεικνὺς ἀληθέστερον*, [12] (ff. 47–49^{v}) eiusdem triodium in Parasceve, comment. inc. *⟨Ἡ τ⟩οῦ παρόντος τριῳδίου ἀκροστιχίς*, des. *ἡ τῶν ἀνθρώπων φύσις, σεσώσμεθα*, [13] (ff. 49^{v}–58) eiusdem canon in Magno Sabbato, prohoem. inc. *⟨Π⟩οίημα ἐκ μὲν πρώτης ᾠδῆς*, comment. inc. [*Ὁ*] *παρὼν εἱρμὸς ὀνειδίζει*, des. *ὑπὲρ ὅλου τοῦ βροτησίου γένους ταῦτα υπήνεγκε*, [14] (ff. 58–65) Iohannis canon in s. Pascha, pro-

hoem. inc. ⟨Ε⟩ὶ συνεσταυρώθημεν Χριστῷ, comment. inc. [Ἰ]στέον πρὸ τῶν λοιπῶν, des. τὴν ἄρρητόν σου τοῦ προσώπου δόξαν θεάσασθαι, [15] (ff. 65-72) Cosmae canon in Pentecosten, prohoem. inc. ⟨Τ⟩ὰ μὲν δὴ τοῦ υἱοῦ, πέρας ἔχει, comment. inc. ⟨Ο⟩ἱ τοῦ παρόντος κανόνος εἱρμοί, des. πῶς οὐ παρα[δοξον], [16] (ff. 72-80v) eiusdem canon in Transfigurationem, prohoem. inc. ⟨Εἰ⟩ δὲ φῶς ἡμέρας τὸ ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν, comment. inc. [Αὕτη ἡ ἀκ]ροστιχὶς διὰ μὲν στίχου ἡρωϊκοῦ, des. ἡ θεολογικὴ φωνὴ τοῦ Γρηγορίου αὐτὸν προσηγόρευσεν.

Canonum textus paullo grandiori charactere descriptus, minutis vel minutissimis litteris commentarii exarati.

Ff. 1-4 et 81-84, e codice fere coaevo decerpta cumque nostro pro custodia conpacta, idiomela et doxastica non pauca conplectuntur musica notatione aucta, nimirum: [a] (ff. 1-3) ⟨ex officio s. Procopii Gazensis (8 iul.)⟩ (primum inc. mut. ⟨χωρι⟩σει της αγαπης του Χριστου, cf Μηναια, ed. Rom., vol. ϛ', p. 70 lin. 12 a. i., cetera leguntur ib. pp. 63...64 et 70...71), [b] (ff. 3-4v) ex officio ss. Ciryci et Iulittae (15 iul.), abrump. in vv. τη γαλου⟨χω⟩ (ib. pp. 134...135 et 128, linn. 5-8), [c] (ff. 81-82v) ⟨ex officio in Dormitionem ss. Deiparae⟩, abrump. in vv. Πετρος δε (ib. pp. 409...411, lin. 1), [d] (f. 83) ⟨ex officio ss. Adriani et Nataliae⟩ (26 aug.) doxast. Ὦ ζεῦγος ἄμωμον inde a vv. τον ενδοξον· γνωρημων (ib., p. 506 lin. 1), [e] (ff. 83-84v) ex officio in Decollatione Praecursoris (29 aug.), ultimum δοξαστικὸν abrump. in vv. αλλ εν τουτω απεκρυ⟨ψε⟩ (ib. p. 540 lin. 7, cetera fere ad unum leguntur ib. pp. 527...529).

Liber, quem viri docti duo exaraverunt emendationis magis quam ductus elegantiae studiosi (alter ff. 5-62 lin. 7 a. i. nec non 74-80v atramento descripsit, subflavo alter liquore cetera ipseque paullo grandioribus litteris), quaterniones 10 conplectitur, quorum primi chartae 1-3 effluxerunt, ultimi vero ultima (scriptione vacans) desideratur, quorumque notae numerales graecae a priori, ut videtur, librario imo medio margine primae unius cuiusque fasciculi paginae iniectae sunt. Litterae initiales ubicumque desunt, quas uterque scriba minio pingendas rubricatori reliquerat. Codicem mucore blattisque praesertim circa margines perquam male habitum (magno cum damno scriptionis) glutinatores Vaticani parum eleganter resarserunt. Folia membranea in custodiae locum addita e codice italo-graeco fluxisse bene perspexit L. Tardo hierom. Crypten., *I codici melurgici della Vaticana* etc., in *Archivio Storico per la Calabria e la Lucania* I [1931], p. 246, cf. potissimum litteram initialem f. 83 conspicuam, quae rubro ac viridi coloribus exornata pingendi rationem in Italia australi servatam hau dubie refert.

Chartae ante f. 1 obcurrenti (haec et praecedens nec non alia codicis in fine saeculo XVII custodiae gratia sunt addita) scidula mm. 60 × 121 adglutinatur, in qua num. antiquior (vel erroneus) *1568*, linea deletus, atque inscriptio *Theodori Prodromi expositio in Canones SS.ᵗ(um) / Cosmę et Ioannis Damasceni qui cantari / solent in solem-*

nitatibus Dominicis, utrumque m. <L. Allatii>. F. 80ʳ superne notatur calamo nescio cuius + ρεπόνζολον / πιμπινέλλες, herbarum videl. nomina, ibidemque aliae paucae conscribillationes flocci faciendae obcurrunt.

Librum breviter describit hierom. L. Tardo, loc. laud., prorsus ignoraverat Stevenson, cf. op. cit., p. XXVII.

Tegumentum corio rubro vestitum exhibet in dorso stemmata Pii VI P. M. et Fr. Xaverii de Zelada card. bybl. (1779-1801).

1604 (olim 1567). Saec. XIII-XIV, chart., mm. 225 × 170, ff. II. 451, linn. 29-30 (ff. 1-2. 4-11. 392-419), 37-38 (cetera, praeter ff. 384-390, minutioribus litteris exarata).

1 Iohannis monachi * **Xiphilini** homiliarum in totius anni dominicas (Paschatis atque Pentecostes tantum modo exceptis) conlectio a S. Eustratiade absque nomine auctoris ex parte typis evolgata (*Ομιλιαι εις τας κυριακας του ενιαυτου ἐκ χειρογράφου τῆς ἐν Βιέννῃ αὐτοκρατ. βιβλιοθήκης ... ἐκδιδόμεναι ... ὑπὸ Σ. Ε. κτλ., τομ. α', εν Τεργεστῃ* 1903: de quarum homiliarum auctore fuse egit A. Ehrhard, *Überlieferung u. Bestand d. hagiogr. u. homilet. Lit. d. griech. Kirche* etc., III [*Texte u. Untersuch. z. Gesch. d. altchristl. Lit. ... hrsgg. v. E. Klostermann u. W. Eltester*, IV R., VII B.], pp. 525-559), *τοῦ ἁγιωτάτου ἀρχιεπισκόπου Κ.πόλεως καὶ οἰκουμενικοῦ πατριάρχου Ἰωάννου τοῦ, τοῦ Χαλκηδόνος ἑρμηνεία κτλ.* (ed. Ehrhard, op. cit., pp. 532 sq.), ad calcem vero folii 1 rubro notavit librarius *Οὗτος ὁ τοῦ Χαλκηδόνος ἦν ἱερομνήμων τῆς μεγάλης ἐκκλησίας ἐπὶ τῆς βασιλείας τοῦ κυρ. Ἀλεξ[ίου .... ανε]νεχθη εἰς τὸν πατριαρχικὸν θρόνον εν ῷ διέπρεψεν [ἔτη] κγ'* (ed. Ioh. Mercati, op. infra laud., loc. cit., cuius lectionem in aliquibus integramus): [1] (ff. 4-16) in dominicam ante Christi nativitatem (Eustratiades, pp. [1]-30); [2] (ff. 16-24ᵛ) in dominicam post Christi nativitatem (E. [31]-54). [3] (ff. 24ᵛ-32) in dominicam ante Lumina (E. [55]-69), des. *καὶ τῆς τοῦ ἁγίου πνευματος δωρεᾶς, χάριτι καὶ φιλανθρωπία κτλ.*; [4] (ff. 32-40ᵛ) in dominicam post Lumina (E. [70]-91); [5] (ff. 40ᵛ-48ᵛ) in dominicam XII Lucae (E. [92]-113); [6] (ff. 48ᵛ-56) in dominicam XIII Lucae (E. [114]-136); cuius initio notatur *ἰστέον ὅτι ἡ ιβ' κυριακὴ τοῦ Ματθαίου ἡ αὐτή ἐστι κατὰ τὴν ἐξήγησιν καὶ τὴν ἔννοιαν τοῦ κειμένου, τῇ παρούσῃ κυριακῇ* (cf. Ehrhard, op. cit., p. 530 n. 2); [7] (ff. 56-63) in dominicam XIV Lucae (E. [137]-156); [8] (ff. 63-70ᵛ) in dominicam XV Lucae (E. [157]-175), cum doxol. ed. breviore; [9] (ff. 70ᵛ-77ᵛ) in dominicam Publicani et Pharisaei (E. [176]-194); [10] (ff. 77ᵛ-86ᵛ) in dominicam Filii Prodigi (E. [195]-218); [11] (ff. 86ᵛ-95) in dominicam Carnisprivii (E. [219]-241); [12] (ff. 95-102ᵛ) in dominicam

* non autem patriarchae, cuius noster nepos erat.

Lacticiniorum (E. [242]-262); [13] (ff. 102v–112v) in dominicam Orthodoxiae (E. [263]-291); [14] (ff. 112v–122) in dominicam II Quadragesimae (E. [292]-316), cum doxol. ed. ampliore; [15] (ff. 122–131) in dominicam III Quadragesimae (E. [317]-340, sed iam ediderat I. Gretser, Opera omnia de Sancta Cruce, Ingolstadii 1616, coll. 1449–1475 = P. G. 120, 1260–1288), des. *μετὰ ἀνδρικοῦ φρονήματος ἀντιπαραταξώμεθα· ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ κτλ.*; [16] (ff. 131–139) in dominicam IV Quadragesimae (E. [341]-362); [17] (ff. 139–148v) in dominicam V Quadragesimae (E. [363]-388), cum concl. paullo breviore quam in ed.; [18] (ff. 148v–158v) in dominicam Palmarum (E. [389]-417), cum doxol. edita paullo longiore; [19] (ff. 158v–167v) in dominicam Thomae (E. [418]-443); [20] (ff. 167v–175v) in dominicam *τῶν Μυροφόρων* (E. [444]-466); [21] (ff. 175v–183v) in dominicam Paralytici (E. [467]-488), des. *καὶ τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν, καταξίωσον*; [22] (ff. 183v–194) in dominicam Samaritanae (E. [489]-518); [23] (ff. 194–203v) in dominicam Caeci (E. [519]-545); [24] (ff. 203v–212) in dominicam ss. Patrum (E. [546]-569), cum doxologia breviore quam in ed.; [25] (ff. 212–220) in dominicam Sanctorum omnium (E. [570]-594; prohoemium iam ediderat Io. A. Mingarelli, Graeci codd. manu scripti apud Nanios... asservati, Bononiae 1784, pp. 253 sq. = P. G. 120, 1289–1292); [26] (ff. 220–226v) in dominicam post omnes Sanctos, inc. *Φέρε δὴ τὸ τῆς διδασκαλίας τουτὶ διακόνημα*, des. *μέγας κληθήσεται ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν. οἷς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν κτλ.*; [27] (ff. 226v–233) in dominicam III Matthei, inc. *Οὐδὲν φιλαργυρίας αἰνότερον*, des. *δογμάτων ὀρθότητι· εὐαρεστεῖν τῷ θεῷ· ᾧ ἡ δόξα κτλ.*; [28] (ff. 233–239v) in dominicam IV Matthei, inc. *Οὐδὲν τῆς ἀδιστάκτου πίστεως ἰσχυρότερον*, des. *καὶ ἀπὸ κακίας εἰς ἀρετὴν· ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ κτλ.*; [29] (ff. 239v–246v) in dominicam V Matthei, inc. *Πηγὴ πάλιν ἡμᾶς ἀδελφοὶ περικλύζει σωτήριος*, des. *τῆς ἐκ τούτων βλάβης· γενέσθαι ἀνώτερον· ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ κτλ.*; [30] (ff. 246v–253) in dominicam VI Matthei, inc. *Οἱ τὸ φιλεργὸν καὶ φιλόπονον*, des. *εἰς θεωρίαν φθάσαντες, δοξάσωσι τὸν θεόν· αὐτῷ ἡ δόξα κτλ.*; [31] (ff. 253–260) in dominicam Unionis, inc. *Οὐδὲν ἀγάπης ἡδύτερον*, des. *καὶ κατ' αὐτὰς πολιτευόμενοι· ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ κτλ.*; initio notatur litteris rubris *ελεχθι· οτε ο βασιλευς Λέων τέρτατον* (sic) *γάμον συνήφθη και στάσεις μέσον τῆς εκλήσιας εγένετο· και πάλιν ενταύθα ένωσης* (cf. Ehrhard, op. cit., p. 528); [32] (ff. 260–267v) in dominicam *τοῦ ὅρου*, inc. *Ὑπόθεσις προοιμίου γενέσθω μοι*, des. *ἀπηρτησμένος ᾖ, μέγας κληθήσεται ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν· οἷς γένοιτο κτλ.*; notatur initio, ut supra *ελέχθι εν τη δ' συνοδου* (sic) *κατα Διοσκόρου και τὸν Ιακωβειτὸν* (cf. Ehrhard, ib.); [33] (ff. 267v–275v) in dominicam *τῶν ἀλλακτῶν*, inc. *Ἄλλοι μὲν ἄλλα τεθήπασί*

τε καὶ ἐκθειάζουσι, des. *κληρονόμους ἀποδεικνυούσης, τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν· ἧς εὐχόμεθα πάντας ἐπιτυχεῖν κτλ.*; initio notatur, ut supra *ελεχθη εν τη ε΄ συνοδ(ῳ) κατα Οριγένους* (cf. Ehrhard, ib. p. 529), in fine vero, rubris pariter characteribus *τελος του προτου βιβλιου* (cf. Ehrhard, ib. p. 533); [34] (ff. 276–283v) in dominicam VIII Matthei, inc. *Ὁ μὲν τῆς ἡμετέρας σωτηρίας κηδόμενος κύριος*, des. *εἰς μέτρον ἡλικίας τοῦ πληρώματος τοῦ Χριστοῦ· αὐτῷ ἡ δόξα κτλ.*; initio notatur *αρχη του δευτέρου βιβλίου*; [35] (ff. 283v–291v) in dominicam IX Matthei, inc. *Καὶ αἰσθηταὶ πανδαισίαι*, des. *ἀπο πάσης κακίας εἰρηνευσάντων· μεθ᾿ ὧν καὶ ἡμεῖς αὐτῆς ἐπιβαίημεν· ἐν Χριστῷ κτλ.*; [36] (ff. 291v–297) in dominicam XI Matthei, inc. *Φοβερὸν ἡμῖν ἡ παροῦσα ἡμέρα*, des. *ἡμαρτηκότες καταλλάξωμεν· καὶ τῶν μελλόντων ἀγαθῶν ἐπιτύχωμεν· ἐν Χριστῷ κτλ.*; [37] (ff. 297–303v) in dominicam XII Matthei, inc. *Οὐδὲν οὕτως ἀγαπητοί θολοῦν οἶδεν*, des. *ἐπὶ τῷ ἀφάτῳ τούτῳ θησαυρῷ τρυφὴν καὶ ἀπόλαυσιν ἕξομεν· ἐν Χριστῷ κτλ.*; [38] (ff. 303v–310v) in dominicam qua Decollatio Praecursoris conmemoratur, inc. *Δεινὸν ἀγαπητοὶ τὸ τῆς πορνείας ἁμάρτημα*, des. *τὰς ἀπάτας φεύγειν σπουδάζωμεν ἅπαντες ἐν Χριστῷ κτλ.*; [39] (ff. 310v–317) in dominicam XIV Matthei, inc. *Ἐπὶ πολυτελῆ πανδαισίαν*, des. *καὶ τῆς βασιλικῆς εὐωχίας κατατρυφήσωμεν· ἐν Χριστῷ κτλ.*; [40] (ff. 317–322v) in dominicam ante Exaltationem ⟨s. Crucis⟩, inc. *Φέρε δὴ καὶ σήμερον τὴν συνήθη τοῖς καλοῖς*, des. *οὕτω τῶν ἀτελευτήτων ἀ | ἀπολαύσομεν· ἐν Χριστῷ κτλ.*; [41] (ff. 322v–330) in dominicam post Exalt. ⟨s. Crucis⟩, inc. *Ὥσπερ πολλὰ μέν εἰσὶ τὰ τὸν* (conr. ex *τῶν*) *γενναῖον στρατιώτην χαρακτηρίζοντα*, des. *τῆς ἀτελευτήτου εὐκλείας ἐπιτευξώμεθα· ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν κτλ.*; [42] (ff. 330–336v) in dominicam I Lucae, inc. *Ἐπειδὴ τῆς θείας ἀπορραγέντες ζωῆς*, des. *ὃς γὰρ ἂν φησι ποιήσῃ καὶ διδάξῃ, μέγας κληθήσεται ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν· ἧς γένοιτο κτλ.*; [43] (ff. 336v–344) in dominicam II Lucae, inc. *Οὐδὲν ἀγάπης ἀνώτερον· οὐδὲν τῆς κατὰ θεὸν ἑνώσεως ὑψηλότερον*, des. *καὶ τὴν πρὸς τοὺς πλησίον ἀπέχθειαν· οὕτω γὰρ τῶν ἀτελευτήτων ἀγαθῶν ἐπιτευξόμεθα· ἐν Χριστῷ κτλ.*; [44] (ff. 344–352v) in dominicam Sationis, inc. *Ἡ τῶν θείων λογίων ἀνάγνωσις*, des. *εἴτε τελείως· εἴτε μέσως· εἴτε ὑφειμένως ἐν Χριστῷ κτλ.*; [45] (ff. 352v–359) in dominicam IV Lucae, inc. *Πάλιν ἡμῖν ἡ τῶν εὐαγγελικῶν φρεάτων ἀναβλύζει πηγή*, des. *εἰς δόξαν θεοῦ διαπραττώμεθα· ἵνα καὶ τῆς ἀρρήτου δόξης τούτου κατατρυφήσωμεν· ἐν Χριστῷ κτλ.*; [46] (ff. 359–367v) in dominicam VI Lucae, inc. *Οὐ μόνον αἱ διδασκαλίαι καὶ δημηγορίαι τοῦ σωτῆρος*, des. *εἰς τοὺς κόλπους τοῦ Ἀβραὰμ ἀναπαύσῃ ἡμᾶς, ἐν τῷ αἰῶνι τῷ μέλλοντι· χάριτι κτλ.*; [47] (ff. 367v–376v) in dominicam Divitis et Lazari, inc. *Πάντα μὲν τὰ θεῖα λόγια χρηστά*, des. *καὶ ἐν τοῖς τοῦ Ἀβραὰμ κόλποις ἀναπαυσώμεθα· ἐν Χριστῷ κτλ.*; [48] (ff. 376v–383v) in dominicam qua conmemoratur s. Paulus

confessor, inc. Ὑπόθεσις προοιμίου γενέσθω μοι σήμερον, des. τῆς ἀπορρήτου δόξης, κοινωνοὺς ἀπεργάσηται· ἧς γένοιτο κτλ.; [49] (ff. 384–390) in dominicam qua legitur evangelium Iairi, ὁ Ἰάειρος cod., inc. Δυσάγωγον τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, des. καὶ θεραπείας ἀξιωθεῖσα, τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν κατατρυφᾷ· χάριτι κτλ.; [50] (ff. 421–428) in dominicam VIII Lucae; inc. Μέγα δεινὸν ἡ οἴησις, des. καὶ τῆς εἰς ἀρετήν, ὁδοῦ ὁδηγός· ἐν Χριστῷ κτλ.; [51] (ff. 428–436v) in dominicam IX Lucae, inc. Οὐδὲν φιλαργυρίας δεινότερον, des. μὴ ἀποστερῶμεν τὸν θεὸν τῶν αὐτῶν ἀγαθῶν· ᾧ ἡ δόξα κτλ. (ed. K. G. Bonis, Προλεγομενα εις τας « Ερμηνευτικας διδασκαλιας » του Ιωαννου VIII Ξιφιλινου etc., Athenis 1937, pp. [73]–93); [52] (ff. 436v–443) in dominicam X Lucae, inc. Πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως ἀγαπητοί, τὸν ἰουδαϊκὸν λαὸν ἄνωθεν διεξάγων, des. καὶ τῆς ψυχικῆς σωτηρίας ὁλοψύχως φροντίζομεν· ἧς γένοιτο κτλ.; [53] (ff. 443–449v) in dominicam XI Lucae, inc. Ἀβροτέραν ἡμῖν τὴν τράπεζαν ὁ θεῖος Λουκᾶς ἀγαπητοί, τίθησι σήμερον, des. ἐν καθαρᾷ καρδίᾳ καὶ συνειδήσει τούτου κατατρυφήσωμεν· ἐν Χριστῷ κτλ.

Praecurrit in folio add. 3–3v homiliarum tabula, manu paullo recentiore subpleta, sub inscript. + πίναξ πέφυκε τῆς βίβλου τῆσδε οὕτως, rubro charactere perquam evanido: quam inscriptionem, verborum ordine tamen inmutato, manus XV-XVI (?) saeculi iteravit. Marginibus textus subplementa, animadversiones, lemmata sive librarii manu (cf. ff. 51v. 52. 62v. 430 etc.; 101v. 157. 167v. 176v etc.) sive recentiorum (cf. 30v. 44v etc.; 12v. 17. 19r-v. 20. 21 etc.), frequenter iniciuntur: initio autem plerarumque homiliar. (numeris videl. 1. 3–5. 7. 19–21. 23–24. 31–35. 39. 43. 48. 50–51 enarrationis nostrae dum taxat exceptis) quaeCeramei quoque homilia illa die recitaretur, λ(έ)γ(ε)τ(αι) καὶ ὁ Κ(ε)ραμ(εύς), minio notatum, idque manu eiusdem recentioris a quo pleraeque omnes animadversiones modo laudd. (rubris pariter litteris) descriptae sunt.

2 **Theophanis Ceramei** [1] (ff. 392–396v) hom. LIII, in Adnuntiationem ss. Deiparae (P. G. 132, 928–941), τοῦ αὐτοῦ ὁμ. κτλ. cod. [2] (ff. 396v–407) hom. LIX, in Transfigurationem D. N. Iesu Christi (ib. 1020–1048), add. doxol. in fine, τοῦ σοφωτάτου ἀρχιεπ. Ταυρομενείας... τὸ ἐπίκλιν Κεραμέως κτλ. cod.; [3] (ff. 407–416v) hom. XXV, de iusti Lazari resurrectione, ed. (ib. 512–541) hic illic brevior, om. enim ex. gr. illa Δηλωθήσεται τοίνυν — τῆς σαρκὸς ἐπαγόμεναι (ib. 513 B 7–516 A 3); [4] (ff. 417–420) hom. LXII, de siccitate quae eo tempore contigit (ib. 1069–1077).

Ff. 1–2 (an ad ipsum codicem pertinentia, nescio, certe tamen ab eadem manu conscripta librique initio nunc adglutinata) iam laudatae homiliae in Transfigurationem fragmentum exhibent, a vv. nimirum πρὸς

τὸ εὐαγγέλιον· ὁμοφωνεῖν γὰρ σημαίνει ad vv. *ἀλλὰ τί λογισάμενος* (P. G. vol. cit., 1036 B 10–1041 C 6).

Librum efficiunt codices duo, scriptione atque aetate diversi, quorum alter (ff. 392-420) fasciculos 4 conplectitur in margine inf. dextro primae singulor. paginae ab ipso librario distinctos (*γ'* ternio, cett. quaterniones, secundi tamen fol. septimum nullo textus detrimento excisum est), alter vero, in duas partes (ut iam supra notavimus) distinctus duabusque saltem manibus* exaratus (*a* ff. 4–275ᵛ. 380–383ᵛ. 421–449ᵛ, *b* 276–379ᵛ. 384–390) fasciculis 53 constat (quaternionibus, praeter 48, binionem, nec non ultimum, ternionem cuius ultima charta desideratur, addito bifolio custodiae in loco, i. e. ff. 450-51): qui fasciculi graeca subputatione ad angulum sup. ext. primae singulor. chartae rectae instruuntur, adverte tamen notas numerales in altera parte (inde a f. 276) obcurrentes non ab ipso scriba (ut, ni fallor, in parte priore) adpositas esse hancque ipsam partem propria quoque distingui fasciculorum enumeratione ora inf. media earundem paginarum (an librarii manu?) iniecta, ex quo Xiphilini homiliarium non solum in geminas partes distinctum, sed in duo prorsus volumina primitus divisum esse concludi posse videtur. Utriusque codicis textus fusco pigmento exaratur, tituli autem et litterae initiales in altero codice rubro, in priore subviolaceo colore delineata, in hoc vero litterae maioris moduli nec non illa *κείμενον, ἑρμήνεια, ἠθικὸν* etc. marginibus adscripta plerumque rubra. Officinarum chartar. insigne nullum adparet. Liber umore non nullibi maculatus, integro tamen textu. Chartae Iᵛ–IIᵛ. 390ᵛ–391ᵛ scriptura carent.

Ff. I–II, minoris moduli (mm. 210 × 135), saec. XVII iniecta sunt, fortasse ab ipso L. Allatio, qui f. I summo codicis notam antiquiorem *1567*, postea deletam, nec non recentiorem *1604* adpinxit. Ibid. eiusdemque manu subicitur contentorum indiculus, i. e. ***Ioannis Chalcedonis Patriarchę Constantinopolit(a)ni / enarratio in omnia euangelia Dominica/lia, ex Patribus collecta. / Ceramei homelię in Transfigurat(ion)e(m) Domini / in Lazari ressurrect(ion)e(m), et alię***, nec non animadversio ***Donum Leonis Allatij*** (Vaticanae scil. Bybliothecae): quae animadversio f. 3ᵛ inferne iteratur. F. 390 in parte inf. possessor codicis nescio quis XIV saec. non nulla de libris a se vel sibi conmodatis notavit *εχο α' βιβλίον του αδελφου μου π(ατ)ερηκῶν και επιρεν το ο Χριστοφορ[ος] / αλλ(ο) του αδελφου του πισκοπ(ου) Χρισοστομ(ον) και επιρεν το ο Χριστοφορος / αλλο μεγ(άν) Βασιλιο και επιρεν το ο Χριστοφορος / εχο α' λεξικο του Πετρ(ου) / εχο α' βιβλιον ομορφ(ον) του Πετρ(ου) / εχο αλλ(α) β' τις πισκοπης* (an Chiensis? cf. paullo infra) / *εχο α' του Φλαγκι / εχο διο βιβλια του παπ(ᾶ) Πετρ(ου) / και ενα μελιαρα·* (an *ὁμιλιαρᾶ⟨ν⟩*, homiliarium?) *και επιρεν τ(ο) ο Χριστοφορος.* Idem fortasse vir vel certe coaevus f. 451ᵛ alia quaedam non magni pretii notavit, cf. ex. gr. lin. 5–6 *εχο του κουμπαρου μου οστισίμερ(ον)* (lege *ὡς τῆς σήμερον*) *τες λα' ημερα κιριακιν ομου / παν α'* ⟨*νόμισμα*? (cf. supra lin. 2)⟩. *κ(ουκκιὰς?) ζ*. F. 450 medio, manu saec. XV (?) notatur *μετὰ γὰρ τὸ ἀπωθανεῖν τὸν ἄνθρωπον, ἡ ψυ/χῆ αὐτοῦ ἕως τὴν τρίτην ἡμέραν, / τῶ ἰδίῳ σώματι ἐπισκέπτεται* (iam ed. A. Ehrhard, op. cit., p. 533 not.).

Ff. 450ᵛ et 451ᵛ alius codicis possessor e chiensi (vel potius ligustico) genere « Mazzini » (quo de cf. G. I. Zolotas, *Ιστορια της Χιου*, I, 2, Athenis 1923, pp. 558 et 594)

* F. 276ʳ⁻ᵛ et folii 277 linn. 1-9 manu a subsequenti diversa conscripta videri possunt, sed hoc adfirmare non ausim.

non nulla inscripsit quae haud supervacaneum exscribere visum est: (f. 451ᵛ) 1550. *νοενβρίο 26 / + ἔδοκα τὴν σίμαιρον / της Παντους του Δικαὶ/ο τις κόρις του Κοντιλα / μαὶταξην φιο[λ]ιν (?) λι/τρες 4 / ογγιες 3 και γκουερια (?) 6. βερουν ο/μου λιτρες 7/8*; (f. 450ᵛ) + 1562 · *νόένμβρίο ·8· / εκιμιθιν ι θιγατέρα μού· η Μπερτὸλύνα η μακαρι/ριτισα*; (ib.) + 1564 *ἰουνιο 23· εκιμιθι ο ῑος μου Ισιδορος / η μακαρίτις· ο Μαζίνος εις στην Βλαχίαν / στην μπουκα ταγιου* (i. e. *τ' ἁγίου, τοῦ ἁγίου*) *Γιόργίου* (i. e. *Castel S. Giorgio*, apud urbem *Giurgiu*, quo de cf. ***Marele dicționar geografic al Romîniei, alcătuit și prelucrat dupa dicționarele parțiale pe județe de George Ioan Lahovari*** etc., III, București 1900, p. 544) · *καὶ τὸ μαντάτον / ηρτεν στις ·23· του δευτεροουλυ* (iulii scil.) *κιριακίν ιμαι/ραν το αργά* [.] *ὁ ιος του εγένιθιν στις ·3· γ' / του μαγιου στα* 1564; (ib.) + 1579 *μηνί ιουλυο ιθ' ημαὶρα κιριακί / εγορὰσα το ιποσστατικὸν τουὶ Γιανι Μαζυνο εκί/νου Νηκόλα στους Ποὐτους· για δουκατα Χίου· ρδ' εκατον / τέσερα· την αὐτὴν ιμαιραν εκάμαμε χαρτην νομι/κατον στον Στεβανι· ντὲ· Πορτου εκινου Νικοροζο / κα νοταρίου εδόσα του τα ανὸθεν δουκατα Χίου / ρδ' · εκατον τέσερα μαιτριτα* (*μετρητὰ* scil.) · *εδοσα του δουκατα / χρισα βενετικα μδ' καὶ ασ(πρα?) ὀτουμανία ιβ' δοδε/κα διχος τις ὀξοδες· καὶ διὰ ενθίμισμαν γρα/φο νὰ πληρόνο καὶ 4 κου(κκιὰς) δια χροστιχον* (sic) */ τὸν καθεν χρόνον μαρτιρες μὶσε Γιάκουμος / ντε Καυμπις εκινου Βισενσου μισε Νὶκορόζος / Μαρενγκος του εκὶνου Φρανσέσκου μὶσε Φὰ/μπρισιους 'Ιουστουνια⟨ν⟩ ντα Ραφουρνετος / εκινου Γιουζέπέ μισε Μπρίσις 'Ιουστουνια⟨ν⟩ ντα / Ραφουρνετος εκίνου Ζανε μὶσε Φράνσεσκος / Πατες εκινου Μπεπια μίσε Στεβας / Πατες ἐκινου Βισενσου και ετέρι* (de generibus hic obcurrentibus cf. opus supra laudatum Zolotae, pass.).

Codicem descripserunt Ioh. Mercati in ***Theol. Revue*** IV (1905), coll. 143 sq. (= *Op. minori* II, 451) nec non A. Ehrhard, op. laud., pp. 532 sq., prorsus ignoravit vel neglexit K. G. Bonis, op. cit., cf. pp. 36 sqq.

Tegumentum prasina membrana contectum tesseras gentilicias exhibet Urbani VIII P. M. (in tab. ant.) et (in tab. post.) Francisci Barberini card. bybl. (1626–33), dorso autem *ιδιοχρωμωι* membrana refecto scuta Pii IX P. M. et Angeli Mai card. bybl. (1853-54) inprimuntur.

1605. Saec. XI, membran., mm. 260 × 212, ff. 58, linn. 24.

⟨**Heronis * Byzantini**⟩: ¹ (ff. 1–42) ⟨liber de machinis bellicis⟩ (edd. C. Wescher, ***Poliorcétique des Grecs*** etc., Paris 1867, pp. 197–276, et R. Schneider, ***Griech. Poliorketiker*** etc., in ***Abhandl. d. kön. Gesells. d. Wissens. zu Göttingen***, phil.-hist. Kl., N. F., Bd. XI, 1 [1908], pp. [4]–80, uterque ad fidem potissimum codicis Bonon. Univ. 1497, qui e nostro, aeque ac ceteri, quotquot huc usque innotuerunt, descriptus est, cf. K. K. Müller, ***Handschriftliches zu den sogen. Hero***, in ***Rhein. Museum***, N. F., v. XXXVIII [1883], pp. 454–63, et praesertim A. Dain, ***La tradition du texte d'Héron de Byzance***, ⟨***Collect. d'études anciennes publiée sous le patronnage de l'Assoc. G. Budé***⟩, ⟨Paris 1933⟩, pp. 41–51). Operi (pariter atque subsequenti) nulla praecurrit inscriptio librarii manu exarata, in spatio autem ad illam excipiendam relicto nescio quis XV-XVI saec. notavit *'Ηρων: — προοίμιον*. Ad v. *ἐπιμονιδίοις*

(Wescher, p. 203, l. 3) minio exscribitur in marg. folii 3ᵛ satis longum scholion (ib. pp. 277–79). Machinarum bellicarum, turrium etc. imagines variis coloribus adfabre pictae crebriter obcurrunt (similes e codice Bonon. laud. ed. Schneider, op. cit., Tafel I-XI, e nostro unam dum taxat, fol. 36 conspicuam, in *Zeitschr. für hist. Waffenkunde*, V, p. 85, cf. *Byzant. Zeitschr.* XIX [1910], p. 191): quibus imaginibus notulas interdum latinas XV saeculi manus adstruxit (cf. ff. 18. 22ᵛ. 36 etc.), ab alia XIII-XIV saeculi, quae textus inter lineas temptamina latinae interpretationis iniecerit (sic Dain, op. cit., p. 28, sed cf. infra) nimirum diversa. ² (ff. 42–57ᵛ) ⟨liber de geodesia⟩ (ed. A. Vincent in *Notices et extraits des mss. de la Bibliothèque Imp.* etc., t. XIX, 2 [1858], pp. 348–400), schematibus atque figuris instructus. Folior. 46ᵛ–47 marginibus longum scholion ad vv. τὴν ἀναμέτρησιν (ib. p. 366 lin. 10 a. i.) litteris rubris, ut supra, adpingitur, inc. *τὰ γὰρ πρὸς ἀναμέτρησιν καὶ σχηματισμὸν πόρρωθεν κατὰ μεγεθ(η) ἐπιγινωσκόμενα χωρία*, des. *τοὺς ἐναντίους καταγωνιζόμενοι.*

Subditur (f. 58) zodiaci effigies ex graeco exemplari saeculo XIV, ut videtur, depicta, qua in media circellus cum inscr. *γη*: eodem fere tempore luminum signorumque caeli nomina graeca (interdum conrupta) manus procul dubio latina circum notavit: *Kryos* (*κριός*), *Thaurus, Dydimi, Karthinus* (*καρκῖνος*), *Leon, Parthenus, Zygos, Scorpius, Thoxotis, Egotzeros* (*αἰγόκερως*), *Ydrochos, Ychlyes.*

Flavo pigmento ab una manu elegantissime descriptum fasciculi efficiunt hodie 8, quorum tertius binio, sextus ternio, quaterniones ceteri, sed omnes quaterniones exstitisse singulumque quaternionem post quartum et sextum fasciculum effluxisse propter lacunas illis locis hiantes coniecit Dain, op. cit., pp. 29–32: qui tamen quo modo libri detrimenta tam adcurate conputare potuerit equidem miror, cum Heronis codices ad unum e nostro manaverint neque aliunde (puta ex antiqua interpretatione) integer textus ad nos usque pervenerit, quo nisi de lacunarum amplitudine iudicare queamus, neque insuper fasciculorum notae numerales ullibi nunc adpareant, membranarum autem utraque subputatio (v. infra) ad aetates pertineat quibus liber iam mutilus esset. Adde quod virum diligentissimum inscriptiuncula imo f. 57ᵛ saeculo XIII ex. vel XIV in. adpicta (*Carte scripte. lxxiij*) forte fugisse videtur, ex qua aut codicem longe aliter inde ab initio conpositum esse atque sibi ille persuaserit aut iam tunc temporis folia non nulla decidisse patet.

Membranarum ordinem antiquitus turbatum cum litterae *β*b-*η* saeculo, ni fallor, XV in fronte folior. nunc 2–7 (olim 37. 39. 41. 38. 40. 42) ad rectam seriem restituendam inscriptae, tum enumeratio saec. XVII unius cuiusque folii recti angulo sup. ext. iniecta (quam nescio qui recentioribus aetatibus usque ad f. 42 emendaverunt), tum denique textus perversiones in ceteris libris manu scriptis obcurrentes indicant (cf. Dain, pp. 29 sqq. et 41 sqq.). Folii 9 oram infernam abreptam sordidissima membrana Vaticani glutinatores refecerunt.

Saec. XII-XIII Alexii cuiusdam Chrysomalli parum docti (an possessoris alicuius?) nomen codex recepit (cf. folii 58ᵛ ad calcem + Ἀλεξίως ὁ Χρίσωμάλως), quorum autem in manus non multo postea devenerit notula ostendit summo folio 58 adpicta sed a Dainio neglecta: *lib(er) de ingeniis A* (del.) *And* (cf. 57ᵛ iterum *And*, et 58, codice inverso, alia manu *liber ingenior(um)*): cuius modi notis libros a Normannorum regibus conlectos atque a Carolo Andegavensi papae oblatos insigniri docuit A. Pelzer in *l'Antiquité classique* VII [1938], pp. 268-70. Codex, igitur, ad pontificiam bybliothecam saec. XIII ex. spectans, Bonifatianae, quae indigitatur, conlectionis in indicibus, praesertim in Perusino anni 1311, fortasse quaerendus, quo in libri non nulli graeci aut membranis conpacti aut de quorum materia nihil constat nullumque prae se nomen auctoris ferentes sub numm. 600. 611. 616. 623 obcurrunt (cf. F. Ehrle, Historia bibliothecae Romanor. Pontificum etc., Romae 1890, pp. 96-98). An autem progressu temporis Avenionem quoque delatus fuerit (ubi a. 1369 in curia pontificia codex saltem unus membraneus graeca lingua descriptus exstabat, cf. Ehrle, op. cit., p. 398 sub num. 1512), prorsus incertum neque hoc satis notae probare valent Heronis inter lineas non nullibi iniectae atque postea diligentissime abrasae (cf. ff. 4ʳ⁻ᵛ. 6ᵛ. 7. 53-54), quas Dain, op. cit. p. 28, nescio quibus fretus latinae interpretationis temptamen putavit, cum verbum unum alterumve vix aegreque explicari possit neque latinum (uti plurimum) neque cum Heronis textu aliquid habens commune, narbonense vero (' provençal ') adque medicamentorum quorundam (puto) confectionem pertinens, cf. ex. gr. f. 53ᵛ lin. 12 *Recipe*, lin. 13 *cu(m) vinagro blanch i(n) vas*, lin. 14 *algust*, lin. 23 *abolime(n)t*, f. 54 lin. 1 *auripame(n)t*: quae verba non Avenione tantum, sed iam in Italia australi, antequam Romam codex deferretur, vel curia in ipsa a quodam Gallo inseri potuerunt. Quidquid ceterum de hac re sentiendum sit, certum est librum nostrum, a bybliotheca pontificia iam antiquitus egressum, in Vaticanam non ante saec. XVII denuo receptum esse, quod bene perspexit R. Devreesse conlega ap. Dain, op. cit., p. 33. Nota denique f. 58ᵛ verbum *chiens* (manu saec. XIV?), quo inductus primum sibi (non recte, ut opinor) persuaseram codicem olim in insula Chio adservatum, deinde ab ipso L. Allatio (ut praecedentem 1604) Romam delatum Vaticanaeque bybliothecae oblatum fuisse: an verbum quoque illud gallice interpretandum, ut ' canes ' nimirum?

Librum fuse descripsit Dain, op. cit., pp. [25]-33.

Tegumentum corio rubro vestitum, dorsum vero tergore coloris castaneae (non eodem tempore) obductum tesseras gentilicias prae se fert Pii IX P. M. et A. Mai card. bybl. (1853-54).

1606 (olim 1549). Saec. XIII-XIV, chart., mm. 268 × 189, ff. III. 183 (II-III. 182-183 membran.), linn. uti plurimum 15.

Ἀσματικὸν italo-graecum, i. e. conlectio, musica notatione instructa, τῶν ὑπακοῶν, contaciorum, oecorum, τῶν ἀλληλουϊαρίων cum suis versibus, nec non τῶν κοινωνικῶν diebus anni sollemnioribus a protopsalta canendorum (f. 130 μαίω ιβ' τοῦ οσ. πατρ. ἡμ. Φιλίππου τοῦ Ἀργύρου). Lacunas hiare notavimus vel suspicati sumus post folia: 14 (inter officia s. Thomae, 6 oct., et s. Demetrii, 26 oct.), 30 (in officiis s. Nicolai Myrensis, 6 dec.,

et Conceptionis s. Annae, 9 dec.), 31 et 32 (in officio *τῶν Προπατόρων*), 122 (in officiis Mesopentecostes et Ascensionis), 132 (in officio Nativitatis s. Iohannis Baptistae, 24 iun.).

Adcedunt: [a] (ff. 151–152ᵛ) *θεοτοκίον ψαλλόμενον εἰς πρεσβείαν*, i. e. contacium *Προστασία τῶν χριστιανῶν ἀκαταίσχυντε* (cf. *Ὡρολογιον*, ed. Rom., p. 84), quod excipit oecus *Ἐκτεινόν σου παλάμας, ἐν αἷς ὁ πάντων δεσπότης κτλ.*; [b] (ff. 152ᵛ–168ᵛ) *τὰ ἀλληλουϊάρια* et *αἱ ὑπακοαὶ* dominicarum secundum octo tonos, ultimus tamen abrumpitur in medio *κοινωνικῶι* propter lacunam inter ff. 168–169 exstantem (animum insuper adverte in uno quoque tono *τὴν ὑπακοὴν* duplici notatione musica instructam exhiberi, alteram autem *τοῦ ἀσματικοῦ* inscribi); [c] (ff. 169–171ᵛ) *τὰ προκείμενα* vesperarum per hebdomaden psallenda (cf. *Ὡρολογ.* laud. p. 102), initio mut.; [d] (ff. 171ᵛ–179ᵛ) officium genuflexionis in s. Pentecoste, antiquitatis vestigia in vesperarum *τάξει* retinens (cf. N. Borgia, *Ὡρολογιον* etc., Orient. christiana XVI, 2 [1929], pp. 184–194 et 235 sqq.), subdita notatione alleluiae sec. tonum plag. 4; [e] (ff. 180–181) *κοντάκιον παρακλητικὸν* ss. Deiparae, inc. *Προστασία ἄμαχε τῶν θλιβομένων*, cum oeco *Δέξαι τὴν δέησιν ἡμῶν, εὐπρέπεια τοῦ κόσμου.*

F. IIᵛ–III manus fere coaeva illud *Δόξα πατρὶ καὶ υἱῷ κτλ.* secundum octo tonos inseruit, foliis vero 181ᵛ–182 aliquanto recentior eaque rudissima troparium nescio quod in ss. Apostolos, inc. *Των αποστολων των χορων· ανημνησωμεν· παντες· ως δι αυτων ελπιζομεν*, notis musicis pariter instructum.

F. I, palimpsestum, vestigia servat antiquioris scripturae, saeculi, ni fallor, XI-XII: quae legere potuimus (*σήμερον ὡς βρέφος· δι' εὐσπλαγχνίαν ἄφατον .... σήμερον, ὡς βασίλειος ...... τὴν ψυχὴν ὡς δεσπότου*) sive ad officium quoddam liturgicum sive ad homiliam in Christi nativitatem vel Circumcisionem referri posse videntur.

Fasciculorum ratio, quae quidem initio exstiterit, dispici nequit, folia enim singula udore circa margines conrupta atque omnino dissoluta recentior bybliopegus conglutinavit idemque loca quae blattae perforaverant scidulis chartaceis superinductis parum concinne reconcinnavit. Litterae maiores et maximae, inscriptiones, interdum notae quoque musicae rubro colore descriptae. Officinar. chartariar. insignia nulla nullibi obcurrunt. Libri sectio flavo colore lita.

F. I summo, m. saec. XVII notatur *q(ue)sta musica e del colegio di greci trasferito di Constantinop(oli)*, eiusdem folii aversi fastigio codicis notam antiquiorem *1549* adpinxit ⟨L. Allatius⟩. F. II superne *τω τιμιωτ(άτῳ) ἐν Χ(ριστ)ῷ κῦρ [Νή]φω καθηγουμ(ένῳ) μο(νῆς) αγ(ίου) Φιλιππ(ου) τοῦ Μακ[................. ὁ ἱερο]/μόναχος Βαρναβας εντελ(ης) καθηγ(ού)μ(εν)ος τῆς μο(νῆς) αγιου Φαντ(ί)ν(ου) χωρας [Τούκκων? ....] / ως π(ατ)ρι μάρ(τυρῶ?)*

οτι οἱ ὑπεναντ(ιοι) ελα[σαν?] ἐν τι χώρα Τοῦκων και πολλα[......] / σαν ζώα, ἀλλὰ χάρητι θ(εο)ῦ τὰ υμετ(ερα) ζώα διεσώθεισαν· ὁ δε οἰκονομος Τουκων / εζήτησεν δεκατισθην(αι) τα ζώα· καὶ ὁ α[δελφὸς?] Βαρσανούφιος (manu saec. XIII). Ib. inferius Francisci Accidae ad Xystum V P. M. inscriptio nuncupatoria graeca, margini autem imo scidula chartacea mm. 16 × 84 glutine adhaerescit, in qua notatur *Libro di musica Greca* (eius modi inscriptionibus libri muniebantur non nulli Graecorum in Conlegio Athanasiano olim servati, ex quo noster in Vaticanam denuo inlatus est, cf. Arch. Bybl. t. 11, f. 261 « *Dui libri di Canto greco, con note musicali alla greca* », noster scil. et 1562).

F. III^v, m. saec. XII-XIII, legitur *μηνῆ νοέμβρίω ·ε'· τῆς ινδ(ικτιῶνος) ιδ'· ἐτέλεύτησεν ὁ κυρης Ιω(άννης) / τοῦ Κάλατατζερουν(η)· καὶ ὁ κύρης Ιω(άννης) ὁ Μικρὸς ἔπαρα/τίθ(ει) τὸ χαράφην* (sic) *τὸ ἄπερ ἐκράτισεν ὁ κυρίος του· χρό/νους ·λ'· τὸ ἄπερ ἠτὸν τῆς μονῆς καὶ οὗτος τὸ ἐπα/ρατίθ(ει) της αὐτης ἠμερ(ας) παρουσία μαρτίρων· / ἐν πρὸτοις· ὁ κύρης Ιω(άννης) τοῦ Μαλέττα. / ὁ κὺρης Ιω(άννης) τοῦ Καλβέλλου· / ὁ κὺρης Συμεὼν του Ἄσκουλα. ὁ κυρης Γίδ* (gallicum scil. 'Guide'!) *Φηλιγγέρης* (i. e. 'Filangieri') / *ὁ κύρης Γαλτέρης ὁ Φισάβουλος· ὁ κύρης Βρὰνκας / ὁ κύρης Γουλιέλμος του Καβαλλὰρη· / ὁ κριτὴς Ρουβέρτος· ὁ κριτης Θωμὰς· / ὁ Πέτρος τῆς Τζεσάριας.*

F. 182 superne inscribitur + *εις τ(ὰs) ιη' του ιουνιου ἐστιχισ[εν] Νικο[λαος] τῆς Μαζαλ[ης] εις τ[ὸ] δουλευσε / εις τ(ὴν) μο(νὴν) εις ἅπασα δουλιαν δια ολου* (conr. ex *ουλου*) *αὐγ(ού)στ(ου) δια ταρια ς' / κα...... ημέραν τοῦ σεπτ(εμβρίου) της ινδ(ικτιῶνος) ς' εως ὀλου αυγ(ού)στ(ου) τῆς αυτ(ῆs) ινδ(ικτιῶνος) εμου/σεν* (i. e. *ὤμοσεν*) *εις τ(ὰ) αγια τοῦ Χ(ριστο)υ εβαγγέλια εις τ(ὸ) δουλευσε εις τ(ὴν) μο(νὴν) δια καρπ(οῦ) / γουμαρια δυο το [ἐ]ν σιταρην καὶ το ἕτερ(ον) αναμηγὸν καὶ οφιλι / σπιρ[ειν] τοῦ αὐτ(οῦ) γέρου Νικολ(άου) σιτ(άριν) θουμ(ενα) α' καὶ φάβαν θουμ(ενον) α' παρου/σια μαρτ(ύρων) Ιακοβὸs Καρουσους καὶ Θεόδορ(os) τοῦ Αγέλου* (manu praecedentis fere coaeva). Ibid. inferius inscriptio prorsus evanida.

Folii 173 partem superiorem occupat exhorcismus ad furem detegendum, inc. *φέρε τώ λευκὸν· τὸ ὠοὺ καὶ τὸν ζομὸν τῆς μίνθας*, des. *ἄκον μετα ζημίας ομολογίσι* (cf. sat similem quem ed. A. Delatte, Anecdota Atheniensia, I [*Bibl. de la Faculté de phil. et lettres de l'Univ. de Liège*, fasc. XXXVI], Liège-Paris 1927, p. 625 linn. 17–22, quemque iam ex eodem codice in lucem protulerat A. Vassiliev, Anecdota graeco-byzantina, I, Mosquae 1893, p. 341 linn. 1–6). Ibid. inferne leges, eadem, ni fallor, manu folii 182 supra laudata: + *εις τ(ὴν) α' ἡμεραν τοῦ σεπτ(εμβρίου) ἐστίχησεν Νικολ(αοs) Πελαγινίτης εις τ(ὸ) φιλάξε / τα μοχθηρα της μο(νῆs) δια ὀλού τοῦ σεπτ(εμβρίου) τῆς ινδ(ικτιῶνος) ς' δια / σιτάρην γουμαρὴν α' καὶ μητζαρόλες δύο καὶ γηρμ(..)/νὸν* (?) *γουμ(άριν) α' καὶ θουμ(ενα) δὺο καὶ ζοῦγουλιν(ον?) θουμ(ενα) ε' καὶ φαβαν / θουμ(ενα) δ' καὶ πηστον θούμ(ενα) γ' παρουσία· αξιοπιστων μαρτύ(ρων) / Ιακῶβοs Καροὺσους, συν τοῦ ιυου αυτ(οῦ) Γουλιέλμου· κ(αὶ) / Νικολάου Χοῦρηάτι· καὶ αδε(λφοῦ) Νικοδιμου εκλησιάρχ(ου) καὶ / αδε(λφοῦ) Κοσμά καὶ αδε(λφοῦ) Βενιαμή· καὶ ὑπαρχ(ει) ὁμοτης εν/ της ἀχράτης* (intell. *ἀχράντοις*) *ευβαγγελης*. In ima pagina nota perquam evanida, quam enucleare praetermisimus.

Codicem breviter descripsit hierom. L. Tardo, *I codici melurgici della Vaticana*, in *Arch. stor. per la Calabria e la Lucania*, I (1931), p. 244.

Tegumentum simplici obductum membrana; scuta Pii IX P. M. et A. Tosti card. bybl. (1860-66) in dorso inprimuntur.

1607. Saec. X ex. (ff. 151–154 saec. X-XI), membran., mm. 268 × 189, ff. III. 156 (III chart.), coll. 2, linn. 28–31.

ss. Cyri et Iohannis vitae, miracula, in eosdem encomia ab A. Maio e nostro codice in Spicilegii Romani tt. III-IV edita, hac ratione (cf. Th. Nissen, De ss. Cyri et Iohannis vitae formis, in Analectis Bollandianis, LVII [1939], pp. [65]–71): [1] (ff. 1–4) vita (BHG. 470; Mai, IV, pp. 242–48 (= P. G. 87, 3, 3689–96]); [2] (ff. 4–6) s. **Cyrilli Alexandrini** oratiunculae tres (BHG. 472–74; Mai, ibid., pp. 248–52 et Nova Patrum Bibl., II, pp. 472–75 [= P. G. 77, 1100–5]); [3] (ff. 6–12ᵛ) vita et miracula (BHG. 469; Mai, ib., pp. 230–41 [= P. G. 87, 3, 3677–89]; cf. Th. Nissen., art. laud., pp. 68–71); [4] (ff. 13–33) s. **Sophronii** patr. Hierosolymitani laudatio (BHG. 475–76; Mai, III, pp. 1–94 [= Migne, vol. cit., 3380–421]), adcedentibus epigrammatis (f. 33–33ᵛ) eiusdem de se ipso, et (f. 33ᵛ) Senecae iatrosophistae in sanctos (Mai, ib., pp. 95 sq. [= Migne, 3421–24]); [5] (ff. 33ᵛ–150ᵛ) s. **Sophronii** miracula (BHG. 477–79; Mai, ib., pp. 97–669 [= Migne, 3424–676]).

Subduntur [a] (f. 151–151ᵛ) synhodicum in festo Orthodoxiae, inc. mut. *ἤγουν τοῖς εἰκονοκλάσταις· ἀναθεμα.... Τοῖς ἐκλαμβάνουσιν τὰς παρὰ τῆς θείας γραφῆς ῥήσεις*, des. *συν τῇ συνκλίτω καὶ ἄρχουσι· καὶ τῶ πιστοτάτω στρατῶ καὶ παντὶ πολιτεύματι· ὅτι αὐτῶ πρέπε κτλ.* (cf. *Τριώδιον*, ed. Rom. 1879, p. 243 linn. 5 et 16 a. i. et sqq., cuius tamen recensio a libri nostri haud parum discrepat, deque Synhodici historia et vicibus cf. A. Michel, *Humbert u. Kerullarios*, II [*Quellen u. Forsch.... hrsgg.... v. d. Görres-Gesells.*, XXIII B.], Paderborn 1930, pp. 1–12); [b] (ff. 151ᵛ–152) **Thalassii** abbatis capitula ⟨selecta⟩, sed propter folia duo post 151 excisa servantur dum taxat centuriae IV cc. 95–96, inc. mut. *φυλά|ττουσι καὶ ἀσυγχύτους* (P. G. 91, 1469 A 2–10), addita in fine doxol.; [c] (ff. 152–153ᵛ) s. **Dorothei** abbatis ⟨doctrina XV⟩, de ieiunio sancto, abrump. in vv. *τοὺς θησαυροὺς αὐτῶν εἰργάσαν|το* (P. G. 88, 1788–92 C 7), in folio tamen 154, cuius frustulum tantum modo superat, alia pauca legere poteris, i. e. *νηστεύομεν τῇ κ[οιλίᾳ] - ἀναιδῶς* (ib. 1792 D 5–11).

Codex, quem australis Italiae intra fines cum ductus tum ornamenta exaratum testantur, minime autem eiusdem viri calamo a quo liber 1650 perscriptus (quod perperam docuit infra laudandus P. Batiffol), fasciculos conplectitur 21, quaterniones (praeter 2 et 17, terniones, ac 20, binionem), primi tamen fasciculi bifolium externum effluxit, ultimi vero, alia manu eaque paullo recentiore descripti, non nisi chartae quattuor ad huc servantur (ff. 151–154): qui fasciculi graeca serie primae singulor. paginae in angulo sup. externo inscripta distinguebantur, oris tamen incaute resectis notae duae numerales dum taxat restant, *θ'* nimirum (f. 61) et *ιγ'* (f. 93). Inscriptiones, variantes

lectiones vel lemmata vel additamenta non nulla marginibus inserta, numeri denique aliquot litteris uncialibus parvis, quae dicuntur, exarantur (cf. ff. 15. 29. 33. 44ᵛ), ornamentis litterisque initialibus, calamo eodemque subfusco quo τὸ κείμενον atramento delineatis, animalium imagunculae interdum adstruuntur (cf. ff. 13. 16ᵛ. 33ᵛ. 142ᵛ). Primum ac praesertim duo ultima folia ignis et udoris vim experta non sine scriptionis detrimento. Chartae Iᵛ-II. 155–156ᵛ vacant.

F. IIᵛ superne inscribitur *1607. / Vita, Martyriu(m) et miracula SS.rum / Cyri et Ioanis. / ex / Cyrillo et / Sophronio Monachis*, m. ⟨L. Allatii⟩. Folium III, aliquanto minoris moduli (mm. 207 × 132) occupat index graecus a Luca Felici mon. Cryptensi confectus, quo in liber graeca nota *NN* signatur, ibid. alia nota Cryptensis *n.° 37* (iteratur in summo marg. folii 1), inferne autem alia manus notavit Τοῦτο τὸ βιβλίον (ιβ conr. ex λι, ut vid.) ἦν τῆς μονῆς / τῆς Κρυπτωφέρρης.

Codicem descripserunt Hagiogr. Bollandiani, Catal. codd. hagiogr. graecor. Bibl. Vaticanae, pp. 136 sq.; non nulla de eo apud A. Mai, Spicilegium Romanum, III, pp. VII–VIII (ubi saeculo XIII tribuitur!), P. Batiffol, *La Vaticane depuis Paul III*, in *Revue des questions historiques* XLV (1889), pp. 209 n. 3 et 212, et A. Rocchi, De coenobio Cryptoferratensi etc., Tusculi 1893, pp. 278 et 305.

Integumenti tabulae ligneae subflavo tergore contectae tesserasque gentilicias Gregorii XV P. M. (in tab. ant.) et (in tab. post.) Scipionis Cobelluzi card. bybl. (1618–26) prae se ferentes fibularum vestigia solum modo retinent.

1608. Saec. XI in., membran., mm. 267 × 205, ff. II. 208 (+ 75ᵃ et 170ᵃ; ff. I–II et 208 chart.), 2 coll., linn. 23–45.

s a n c t o r u m v i t a e ac p a s s i o n e s, hoc ordine: [1] (ff. 1-12) s. T h o m a e apostoli acta I-III. XII-XIII (cf. BHG. 1800. 1802. 1808. 1824 et 1827), ab editis discrepantia: I inc. mut. καὶ συνεφώνησεν μετ᾽ αὐτὸν (M. Bonnet, Acta Philippi et ... Thomae, Lipsiae 1903, p. 101 lin. 11), II des. in vv. καὶ ἐκεῖ δείξω ἐν σοὶ τὴν ἐμὴν δόξαν (ib. 146, 8), III in conpendium redigitur, des. βαπτίζων· καὶ ἐκκλησίας οἰκοδωμῶν εἰς δόξαν τοῦ θεοῦ ἡμῶν· αm(en), XII [ι′] (qui solus in codice titulo gaudet, i. e. Μαρτύριον τοῦ ἀποστόλου Θωμᾶ) inc. Ἐισελθῶντος τοῦ μακαριωτάτου ἀποστόλου Θωμᾶ εἰς τὸν οἶκον Ἰουζάνου (ib. 264, 13 et cf. quoque pag. xxv); [2] (ff. 12–15ᵛ) s. A n a s t a s i a e ⟨Romanae⟩ passio [ια′] (ed. H. Delehaye, *Étude sur le Légendier Romain* etc. [Subsidia hagiogr. 23], Bruxelles 1936, pp. [250]-58); [3] (ff. 15ᵛ–19ᵛ) s. M i c h a h e l i s archangeli miraculum in Chonis a. Archippo (BHG. 1282), διήγ. κ. ἀποκάλ. τ. ἀρχαγγ. Μιχαὴλ· ἐν τ. Χῶναις· κ. τ. όσ. Ἀρτίππου κ. πρὸσμοναρίου cod. [ιβ′]; [4] (ff. 19ᵛ–24) s. E p h r a e m S y r i vita (BHG. 584), des. τὴν ἐκδεχομένην τ ο ῦ κ υ ρ ι ο υ λαμπρότιτα· ἐν Χριστῷ Ἰησου κτλ. (f. 19ᵛ imo nescio quis, XVII tamen saeculi, notavit *Est haec Vita per Sym. Metaphrasten descripta, et extat latine iam in principio 2i Tomi Operum S. Patris Ephraem Syri edita à Vossio*) [ιγ′]; [5] (ff. 24–31ᵛ) ss. XL M u l i e r u m et

s. Ammonis passio (ed. H. Delehaye in Analector. Bollandianor. t. XXXI [1912], pp. 194-207, e codice nostro) [ιδ']; [6] (ff. 31v-39v) ss. Iohannis et Pauli passio [ιε'], inc. Ἐν ταῖς ἡμέραις Κωνσταντίνου τοῦ εὐσεβεστάτου αὐγούστου καὶ μεγάλου βασιλέως· ἦν τίς ἀνὴρ θαυμαστὸς ἐν πολέμοις ὀνόματι Γαλλικάνος, des. ἐξηγήσαντο πάντα· τὰ κατὰ τὴν ἄθλησιν τῶν ἁγίων ἐγγράφως· χάριτι κτλ. (f. 31v summo notatur μηνι ιουνίῳ κε'); [7] (ff. 39v-45v) ss. Caesarii et socior. passio (BHG. 284; ed. e nostro cod. in Actis Sanctorum Nov. I, pp. 106-17) [ις']; [8] (ff. 46-51v) eiusdem miracula et translatio Romam (BHG. 285) encomio quodam inserta, inc. Οἱ τοῖς νοεροῖς συμβόλης τῆς καθ ὅλην τὴν οἰκουμένην, des. σὺν πᾶσι τοῖς ἁγίοις Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ θεοῦ ημῶν κτλ. (miracula translatioque in Actis Sanctor. Nov. I, 126-29, e libro nostro), cum schol. οὐκ ἔστι τοῦτο ὡς ἐνταῦθα ἐμφέρεται ἀλλ' ὁποῖαν ἔσχε· γυναῖκαν ὁ μακάριος Οὐαλεντινιανὸς κτλ. (ad p. 126, ll. 5 a. i. et sqq. editionis laud.), manu saec. XIII-XIV [ιζ']; [9] (ff. 51v-61) s. Eugeniae acta, inc. Ἐπι εβδόμῳ ἔτι τῆς ὑπατείας Κομώδου τοῦ βασιλέως ἀπέστειλεν τὸν μεγαλωπρεπέστατον Φίλιππον, des. πόσοι δὲ νεώτεροι διὰ Προτὰς καὶ Ὑακίνθου· τῶ κυριω ἡμῶν Ιησου Χριστω ἐπίστευσαν· ᾧ ἡ δόξα κτλ. (cf. H. Delehaye, *Étude sur le Légendier Romain* etc., p. 178) [ιη']; [10] (ff. 61-64v) eiusdem passio, inc. Βασιλεύοντος Βαλεριάνοῦ καὶ Γαλλίνου ἐπι της Ῥώμης· ἀνέτειλεν στάσις κατὰ τῶν χριστιανῶν, des. τοῦτο μόνον ἐννοήτω· ὅτιπερ τὸ ὀνόματι Ιησου Χριστου καὶ τοῦ ἁγίου πνευματος· ἐν αὐτοῖς ὕμνης ἀπεκρίναντο· δόξα τὸ πατρι κτλ. (cf. librum Paris. gr. 1491, ff. 182-186, ap. Hagiogr. Bollandianos, Catal. codd. hagiogr. graecor. Bibl. Nation. Parisien., p. 177) [ιθ']; [11] (ff. 65-77) s. Martinae passio (BHG. 1176) [κ']; [12] (ff. 77-80v) ss. Guriae et Samonae passio (BHG. 733; ed. E. v. Dobschütz, *Die Akten der edessenischen Bekenner* etc., in *Texte u. Untersuch.* XXXVII, 2 [1911], pp. 3 ... 63) [κα']; [13] (ff. 81-83v) s. Abibi passio (BHG. 734; ed. v. Dobschütz, op. laud., pp. 65 ... 99) [κβ']; [14] (ff. 83v-89) eorumdem sanctor. Guriae, Samonae et Abibi miraculum (BHG. 739; ed. v. Dobschütz, op. cit., pp. 148 ... 199) [κγ']; [15] (ff. 89-97v) ss. Chrysanthi et Dariae vita (BHG. 313), des. ut in cod. Colbertino (cf. Acta SS. Oct. XI, 487) [κδ']; [16] (ff. 97v-101) s. Tryphonis ⟨vita et⟩ miracula (ed. H. Delehaye in Actis Sanctor. Novemb., IV, pp. 336-43) [κε']; [17] (ff. 101v-105) eiusdem passio (BHG. 1856; denuo ed. H. Delehaye, op. cit., pp. 329-36); [18] (ff. 105-115v) s. Clementis Ancyrani e passione (BHG. 352) excerptum, ἐκ τὸ ἐλλύποντι (!) μαρτύριον τ. ἁγ. Κλ. ἐπ. Ἀγκ. cod., inc. Κελεύει σοῦβλας ἐνεχθῆναι πεπυρωμένας, des. τῶν ἀγῶνα τὸν καλὸν ἀγωνισαμενος, εἰς δόξαν καὶ ἔπαινον τοῦ μεγάλου θεοῦ καὶ σωτηρος ἡμῶν Ι. Χ. κτλ. (cf. Acta Sanctor. Ian., II, pp. 465

col. sin., lin. 12 a. i. — 470) [κς']; [19] (ff. 115v–119) s. Ianuarii passio (ed. P. Franchi de' Cavalieri, *Note agiografiche*, fasc. 4 [*Studi e Testi* 24], pp. [105]–114) [κζ']; [20] (ff. 119v–125) ss. Quattuor Coronatorum (BHG. 1600, ed. e nostro codice H. Delehaye, Acta SS. Nov., III, pp. 765–79) [κη']; [21] (ff. 125v–153) s. Demetrii Thessalon. miracula I-II. VI-IX. XI. XIV-XV, in unum caput conflata (cf. BHG. 500-501. 505–508. 513 et 516), auctore s. Iohanne Thessalon. episcopo, praecurrente prohoemio (BHG. 499), cum schol. *εἶπεν πρὸς Μωϋσῆν ὁ δεσπότης· ἔασόν με — ἐπικάμψαι πρὸς οἶκτον θεόν* ad vv. *ταῦτα τοῦ εὐσπλάγχνου* (P. G. 116, 1320 D 15), manu saec. XIII-XIV [κθ']; [22] (ff. 153–170a) ss. Cosmae et Damiani miracula I-III. IX-XI. XIV-XVIII. XX (BHG. 385 et 387) [λ']; [23] (ff. 171–182) Iohannis Thessalonicensis ep. oratio de dormitione ss. Deiparae (BHG. 1144, ed. M. Jugie in Patrol. Orientalis t. XIX, pp. 375–401 et 403) [λα']; [24] (ff. 182–187) s. Patapii vita (BHG. 1424) [λβ']; [25] (ff. 187–190v) s. Ephraem Syri oratio in ss. martyres (Assemani II, 306–312 [BHG. 1183]) [λγ']; [26] (ff. 190v-206v) de gestis in Perside (BHG. 802) [λδ']; [27] (ff. 206v–207v) s. Parasceves passio, inc. *Μετὰ τὴν ἐπὶ γῆς τοῦ σωτ. ἡμ. Ἰ. Χ. ἔνδοξον παρουσίαν, πολλοὶ μὲν ἐν ἀρετῇ*, abrump. in vv. *ὁ ἡγεμὼν λέγει τοῖς δημίοις· ἀνοίξατε* [λε'].

Vitarum in fine saepe *amen*, latinis nimirum litteris, ab ipso librario exaratum deprehendes (cf. ff. 7v, 15v, 31v etc.).

Liber utrimque mutilus, quem variorum manibus primo quidem obtutu descriptum rearis, unus tamen idemque vir Italo-graecus modo elegantiori modo currentiori calamo sed ubique recte emendateque scribendi rationis parum callido exaravit (cf. ex. gr. ff. 40, 88, 117v, in quibus lineae non nullae longe secus atque reliqua pagina exaratae ad scriptionem inde a f. 125v communiorem evadentem propius accedunt), fasciculos hodie 27 dum taxat retinet, quorum 23 ternio, 16 novem folior., 22 chartas nunc tres, 24 septem conplectitur, ceteri sunt quaterniones: qui fasciculi in angulo sup. externo primae singulor. paginae graeca serie glutinatorum ob cultrum codicemque male habitum lacunis laborante distinguuntur, ex qua decem initio effluxisse satis constat, folium enim 17 notam ιγ' prae se fert, 80 notam κα' et sic deinceps (animum, quaeso, adverte fasciculum λβ' numero β' nescio quo errore insigniri, duos vero insequentes notis λα' et λβ'). Taeniolae quibus vitarum initia plerumque decorantur, ornamentum folio 171 conspicuum (quod angues tres inpliciti atque avicula efficiunt), litterae denique initiales rubro flavoque coloribus fere semper distinctae, a folio verum 125v ad 170 flavo dum taxat: quo colore inscriptiones quoque uti plurimum liniuntur. Membrana non bene polita scripturamque recipere abnuente, fenestrae hic illic hiant (cf. ff. 36v. 57v etc.), oras foliorum superiores umore maculatas mures insuper paulum adroserunt. Codicis initio inque fine bifolium singulum ex charta custodiam propter saeculo XVII conpactum, sed primi primum, alterum alterius folium operculo interno adglutinatur. Scriptione carent ff. I.

170$^{a\,v}$ (huius non nisi frustulum ad huc servatur, cuius in facie recta τὸ κείμενον desinit) et 208^{r-v}.

F. I^{v} summo nota *1608* atque inscriptio *Vitę et Martyria diuersoru(m) Sanctoru(m)*, utrumque manu ⟨L. Allatii⟩. F. II, multo minoris moduli (210 × 137 mm.) exhibet in utraque facie libri pinacem graecum a Luca Felici mon. Cryptensi confectum, praecurrente nota *HH* (eadem inscribitur margini inf. folii 1) nec non, aliorum manibus, alia nota *n.° 37* (quae iteratur in ora sup. folii 1) atque animadversione τοῦτο ⟨τὸ⟩ βιβλίον ἦν τῆς μονῆς τῆς Κρυπτωφέρρης.

Codicem descripserunt Hagiogr. Bollandiani, Catal. codd. hagiogr. graecor. Bibl. Vaticanae, pp. 137–140, qui non recte saec. XII-XIII adscribunt (id. id. ap. H. Delehaye in Actis Sanctor. Nov. III, 751, in IV autem tomo, p. 319 saec. XI ab ipso tribuitur), sed iam P. Franchi de' Cavalieri, Hagiographica (*Studi e Testi* 19), pp. 22 et [44] et *Note agiogr.*, fasc. 4 (*St. e Testi* 24), p. 94 saeculo XI bene restituerat: quo cum non omnino vel omnino non consentiunt E. Bratke, *Texte u. Untersuch.* XIX (1899), 3, p. 69 (saec. XII), E. von Dobschütz, ib., XXXVII, 2, 1911, p. XIX (saec. XII), L. Deubner, *Kosmas u. Damianos*, p. 8 (saec. X-XI), M. Jugie, Patrol. Orient. XIX, p. 353 (saec. XII-XIII). Librum memorant insuper P. Batiffol, *La Vaticane depuis Paul III*, in *Revue des questions historiques* XLV (1889), pp. 209 n. 3 et 212, atque A. Rocchi, *De coenobio Cryptoferratensi* etc., pp. 270 (sub num. 39), 272 et 278.

Integumentum omnino ut in praecedente codice.

1609 (olim 1547). Saec. XV, chart., mm. 275 × 190, ff. I. 169, linn. 17–20.

Typicum Studitanum quod indigitatur, σὺν θεῷ τυπικὸν περιέχων την ἅπασαν ἀκολουθήαν τῆς ἐκλησηάστηκῆς· κα⟨τασ⟩τάσεως· Θεοδόρου τοῦ Στουδίτου και λοιπ(ῶν) cod., litteris maiusc. rubris: a (ff. 1–117) ⟨ordo divini officii persolvendi in festis vel conmemorationibus menologii⟩, b (ff. 117–169^{v}) Συναξάριον σὺν θεῷ τῆς ἁγίας τεσσαρακοστῆς ἀρχομένων· ἀπὸ τῇ κυριάκῇ· τοῦ τελώνου καὶ τοῦ φαρισαίου· ἕως τῆς κυριακῆς τῶν ἁγίων πάντων (typicum tamen desinit in officio vesperarum Pentecostes, cf. E. Dmitrievskij, *Описаніе литургическихъ рукописей* etc., I, Τυπικα, 1, Kiev 1895, pp. 898 sq.; qui vir doctus varietates quoque libri nostri ibid. protulit, cf. pp. 837–92 in notis).

Fasciculi 21, litteris ⟨α⟩ — *q. i. u. x. ax* et ξ in margine inf. medio primae singulorum paginae a nescio quo subputati, quaterniones omnes exsistunt (novissimo excepto, quinione), primi tamen folium primum, scriptione videl. carens, excidit. Inscriptio (cf. supra) nec non litterae grandioris moduli rubrae, ornamenta (ff. 1. 19. 26 etc.) rubro atramentoque delineata. Officinae chartariae insigne obcurrit (cf. ff. 2 + 5. 11 + 12 etc.) flos quidam ad numm. 6650–51 ap. Briquet proxime adcedens. Margines, interni praesertim, scidularum adminiculo saepe refecti, fol. I (add.) blattis perterebratum, insequentis utraque facies charta flavescente contecta. Fol. I vacat.

F. 158 + ἐτελειώθ(η)· τὸ παρὸν βιβλίον τυπικὸν διὰ χυρὸς Γεωργ(ίου)· / ἁμαρτωλοῦ: τῷ ἔχοντι καὶ γράψαντι (sic) Χριστέ μου / σῶσον (deest ap. Vogel-Gardthausen, *Die griech.*

Schreiber etc.): — ; in pagina aversa *ἁμαρτίαν ἔχω οἶδας· ἔχεις οἶδας· / + ἁμαρτίαν ἔχω οἶδας· ἐυσπλαχνίαν / ἔχεις οἶδας· ἔχω οἶδας· ἔχεις· / οἶδας· σῶσον με Χριστὲ ὡς εἶδας*: aliaeque invocationes quas referre superfluum visum est. F. I[v] titulus utraque lingua, calamo ⟨Fr. Accidae⟩, cuius in conlectione liber notas *ΚΓ-Ψ* et 23 — Z ferebat, atque inscriptio nuncupatoria graeca Xysto V P. M. (ed. A. Mai, Nova Patrum Bibl. V, 3, pp 103 (= P. G. 99, 1691 sq.)).

Codicem, in Athanasiano Graecorum Conlegio iam adservatum (cf. Arch. Bybl. t. 11, f. 261 « *Tipicon Theodori Studiti* ») adcurate describit Dmitrievskij, loc. cit., paucis memorant A. Mai, loc. cit., Th. Toscani, Ad Typica Graecorum etc. animadversiones, Romae 1864, p. 36 n. 2, P. Batiffol, *La Vaticane depuis Paul III*, in *Revue des questions historiques* XLV (1889), pp. 186 sq., qui saeculo XVI perperam adscribit.

Tegumentum *ἰδιοχρώμῳ* membrana contectum exhibet in dorso scuta Pii IX P. M. et A. Tosti card. bybl. (1860-66), antiquioris tamen fragmenta duo ad huc adservantur operculis internis adglutinata, quibus in Gregorii XV P. M. et Sc. Cobelluzi card. bybl. (1618-26) arma inpressa exstant.

1610. Saec. XVI, chart., mm. 303×197, ff. X. 389 (+ 329[a]), linn. 30.

Macarii Chrysocephali metrop. Philadelphiensis ⟨magnum alphabetum i. e. in loca singularia evangelii sec. L u c a m (potissimum) c a t e n a sive mutila sive inperfecta in 16 *λόγους* distributa⟩ (qua de cf. praesertim I. Sickenberger, *Titus von Bostra* etc. [*Texte und Untersuch. z. Gesch. d. altchristl. Literatur*, XXI, 1], 1901, pp. 47-50, nec non Karo-Lietzmann, Catenar. graecar. catal., pp. 142 sq.), praemissis [a] (f. II) versiculis 4 *Εὐαγγελικων διάνοιαν ῥημάτων* etc., litt. rubris (edd. Fabricius-Harles, VIII, p. 679 = [Migne in P. G. 150, coll. 171 sqq.]; I. Pasini, Codd. mss. Bibl. Reg. Athen. Taurin., I, p. 188; H. O. Coxe, Catal. codd. mss. Bibl. Bodl., I, p. 368; Reuss in op. infra citanda, p. 112), [b] (f. II-II[v]) prohoemio *Ἐμοὶ κόσμος καὶ πλοῦτος κτλ.* (ed. Pasini, op. cit., pp. 188 sq., ex parte dum taxat L. Allatius, In R. Creyghtoni apparatum etc., Romae 1665, pp. 682 sq. [= Fabricius, vol. cit., pp. 682 sq. = P. G. 150, 241-44]), [c] (ff. III-VII[v]) unius cuiusque *λόγου* capitum indice, cuius in fine versiculi 5 exscribuntur *τῷ συντελεστῇ τῶν καλῶν θεῷ χάρις: Μακάριος κέκραγε κτλ.*, litt. rubris (Coxe, loc. laud.): [1] (ff. 1-32) ⟨sermo I, in nativitatem s. Iohannis Baptistae⟩, inc. *⟨Ἄ⟩νωθεν μὲν καὶ ἐξ αρχῆς*, des. *καὶ τῆς βασιλείας ἀξιοῦσα τῶν οὐρανῶν· ἧς καὶ τύχοιμεν κτλ.*, evangelii pericope interpretanda (Luc. I, 1-25 + 57-80), ut et in insequentibus *λόγοις*, praemissa; [2] (ff. 32-54) sermo II, in festum Adnuntiationis, inc. *⟨Β⟩ασιλικῷ παναχράντῳ τόμῳ*, des. *καὶ δοξάσαντα κύριον· ἵνα καὶ τῆς μελλούσης ἐκείνης καὶ ἀκηράτου δόξης ἐπιτύχωμεν· ἐν αὐτῷ Χριστῷ κτλ.* (Luc. I, 24-38); [3] (ff. 54-61) sermo III, in officium aurorae festorum Deiparae, inc. *⟨Γ⟩νώμης στερρότητι· καὶ φρενῶν γενναιότητι*, des. *τῆς ἑαυτοῦ*

δόξης μετόχους· καὶ τῶν ἀκηράτων αὐτοῦ καὶ αἰωνίων ἀγαθῶν κληρονόμους· ὅτι αὐτῷ πρέπει κτλ. (Luc. I, 39-56); [4] (ff. 61-86v) sermo IV, in vigiliam Christi nativitatis, inc. *⟨Δ⟩όξα ἐν ὑψίστοις θεῷ κτλ., ἀκούω τῶν ἀγγέλων ὑμνούντων,* des. *δοξάζοντες τὴν ἁγίαν καὶ πανσθενῆ· καὶ ἰσοσθενῆ καὶ ὁμοούσιον παναγίαν τριάδα· καὶ ὑμνοῦντες πατέρα κτλ.* (Luc. II, 1-20); [5] (ff. 86v-115) sermo V, in festum Circumcisionis, inc. *⟨Ἑ⟩βδόμη παρῆλθεν ἡμέρα ἐξ οὗ τὴν ἱερὰν ἑορτήν,* des. *καὶ τοῦ παναγίου καὶ ὁμοδόξου πνεύματος· τῆς μιᾶς θεότητος καὶ βασιλείας· ᾗ πρέπει πᾶσα δόξα κτλ.* (Luc. II, 20-21 + 41-52); [6] (ff. 115-138v) sermo VI, in Obcursum Domini, inc. *⟨Ζ⟩ωὴ καὶ φῶς καὶ εἰρήνη,* des. *εἰς τὴν πατρίδα ἡμῶν τὴν ἀληθινήν· τὴν ἐπουράνιον Ἱερουσαλήμ· ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν κτλ.* (Luc. II, 22-40); [7] (ff. 138v-169v) sermo VII, in vigiliam ss. Luminum, inc. *⟨Ἡ⟩ πηγὴ τῶν εὐαγγελικῶν διδαγμάτων,* des. *τὴν παροῦσαν διανύσεις ζωήν· καὶ τῆς μελλούσης ἐν Χριστῷ ἀξιωθήσῃ χαρᾶς χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ κτλ.* (Luc. III, 1-22); [8] (ff. 169v-189v) sermo VIII, in parabolam de eo qui incidit in latrones, inc. *⟨Θ⟩αυμαστὰ μὲν ἅπαντα τοῦ Θεοῦ τὰ λόγια,* des. *καὶ γνησίους τίθησι καὶ τῶν μελλόντων ἄξιοι* (intell. *ἀξιοῖ*) *ἀγαθῶν· μεθ' ὧν καὶ ἡμεῖς εὐξεθείημεν* (sic! intell. *εὑρ —*) *πάντες κτλ.* (Luc. X, 25-37); [9] (ff. 189v-202v) sermo IX, in parabolam de divite stulto cuius ager uberes fructus adtulit, inc. *⟨Ἱ⟩ερουργῶν ὁ θεῖος ἀπόστολος τῆς βασιλείας,* des. *τὸν ἀνώδυνον καὶ ἄλυπον ζήσωμεν βίον· καὶ ἐν τῷ μέλλοντι τῆς αἰωνίου καταξιωθῶμεν δόξης τε καὶ βασιλείας· ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ κτλ.* (Luc. XII, 16-21); [10] (ff. 202v-215) sermo X, in parabolam de vocatis ad coenam, inc. *⟨Κ⟩αλλίστην ἐξυφαίνει παραβολὴν ὁ δεσπότης,* des. *εἰς τὴν κλῆσιν ἐκείνην παραγενώμεθα· ἧς ἀπολαῦσαι γένοιτο πάντας ἡμᾶς κτλ.* (Luc. XIV, 16-24); [11] (ff. 215-251) sermo XI, in parabolam de filio prodigo, inc. *⟨Λ⟩αμπροτάτην ἡμῖν σήμερον τίθησιν τὴν πανήγυριν,* des. *τίς ἡμᾶς χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ· αὐτῷ πρέπει δόξα κτλ.* (Luc. XV, 11-32); [12] (ff. 251-287v) sermo XII, in parabolam de divite et Lazaro, inc. *⟨Μ⟩ακάριος ἀνήρ, οὗ ἐστι τὸ ὄνομα κυρίου ἐλπὶς αὐτοῦ κτλ.· τοιαῦτα γὰρ πάντα κτλ.,* des. *μετὰ φόβου βιοτεύσωμεν· ἵνα καταξιωθῶμεν τῆς ἀϊδίου δόξης τυχεῖν τοῦ θεοῦ· χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ κτλ.* (Luc. XVI, 19-31); [13] (ff. 287v-312) sermo XIII, in parabolam de pharisaeo et publicano, inc. *⟨Ν⟩έαν ὥσπερ ἀνέδειξε κτίσιν,* des. *οὕτω γὰρ ἵλεον εὑρήσομεν τὸν κριτήν· καὶ τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας ἀξιωθῶμεν· ἐν αὐτῷ Χριστῷ κτλ.* (Luc. XVIII, 10-14); [14] (ff. 312-340) sermo XIV, in secundum Christi adventum, inc. *⟨Ξ⟩ένον καὶ φρικτὸν ἡμῖν ἀγαπητοὶ τὸ δικαστήριον,* des. *τῆς σωτηρίας τῆς ἑαυτῶν τὴν φροντίδα ποιώμεθα· ἵνα καὶ τῶν παρόντων καὶ τῶν μελλόντων ἀξιωθῶμεν ἀγαθῶν· χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ κτλ.* (Matth. XXV, 31-46; de hoc λόγῳ et de insequenti cf. J. Reuss, *Matthäus-, Markus- und Johannes-Katenen* etc. [*Neutestamentl.*

Abhandl. hrsgg. v. ... M. Meinertz, XVIII B., 4–5], Münster i. W. 1941, pp. 113 sq.); [15] (ff. 340–360) sermo XV, in Transfigurationem Domini, inc. ⟨Ὁ⟩ *βασιλεὺς τῆς δόξης Χριστὸς,* des. *τρανώτερόν τε καὶ καθαρώτερον τὸ τῆς παναγίας τριάδος μυστήριον· ᾗ πρέπει πᾶσα δόξα κτλ.* (Matth. XVII, 1–9); [16] (ff. 360–388) sermo XVI, in quatriduanam e mortuis resurrectionem iusti Lazari, inc. ⟨*Π*⟩*ολλὴν πανδεσίαν ἡμῖν ὁ ἐπιστήθιος,* des. *δημιουργὸς πάσης ὁρατῆς καὶ νοουμένης κτίσεως ὁ πατὴρ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος· ᾧ πρέπει πᾶσα δόξα κτλ.* (Ioh. XI, 1–45; de hoc sermone cf. I. Reuss, op. cit., pp. 216 sq.).

Oris lemmata, unde singulae Macarii *χρήσεις* excerptae sint monentia, ipsius librarii manu inscribuntur, locos autem a se se vel ab aliis editos A. Mai persaepe notavit (cf. ff. 26, 136ᵛ, 163ᵛ etc.).

Liber, quem, si folia II-VIIᵛ excipias, unus idemque librarius, non aequabili tamen calamo, descripsit, quaterniones 50 conplectitur (ultimi ultima charta excisa est), numeris ab [α'] ad μθ' inde a fasciculo secundo in angulo inf. externo primae singulorum paginae distinctos: cuius modi notae ob margines incaute resectos pleraeque omnes effluxerunt. Litterae initiales inde a f. 1 semper desunt, quas librarius, aeque ac titulum ornatumque ib., rubricatori pingendas reliquerat. Officinarum chartariar. insignia quae notavimus: [a] (ff. II + IX, III + VIII, IV + VII etc.) ancora, cuius bracchia simplici linea efficiuntur, circulo inclusa, stella sex radior. superinposita (cf. ex. gr. Briquet nr. 559), additis autem litteris BS, [b] (f. X) alia ancora omnino similis, minoris tamen moduli, [c] (ff. 8, 23, 24 ... 278 ... 389) scutum gentis « Della Rovere » (cf. Br. nr. 969), [d] (ff. 27 + 28) alia ancora cum litteris IS quas inter flosculus erigitur trium folior., [e] (ff. 57 + 62, 266 + 269 etc.) angelus benedicens circulo inclusus, quem circulum stella sex radior. supereminet (cf. Br. nr. 655), et litterae CB cum flosculo ut supra, [f] (ff. 120 + 127, 122 + 125, 123 + 124 etc) alia ancora et litterae AT. Chartae Iᵛ, VIII-Xᵛ, 388ᵛ-389ᵛ scriptionis expertes.

F. I summo, pone forsitan codicis notam antiquiorem sedulo abrasam, nova inscribitur *1610* nec non titulus *Macarij Chrysocephali episcopi Philadelphiensis Magnu(m) / Alphabetu(m). hoc est orationes e 24. tantu(m) 16. / quę sunt enarratio in Matthęi, et Lucę eua(n)geliu(m),* omnia manu ⟨L. Allatii⟩.

Librum paucis memorant Sickenberger et Karo-Lietzmann, locc. laud., describit I. Reuss, op. cit. p. 112, neglexit L. Petit, art. *Macaire Chrysoképhalos,* in *Dict. de théol. cath.* IX, 2, col. 1448.

Integumenti tabulae rubro tergore contectae, in summo dorso tesserae gentiliciae Pii IX P. M. auro inprimuntur.

1611. Aa. 1116-17 (ff. 1ᵛ. 94ᵛ. 158. 244), membran., ff. I. 320, mm. 382 × 295, inde a lin. 13 unius cuiusque paginae (42ᵛ et 244 tantum exceptis) duobus laterculis exaratus, linn. 40 (ff. 1ᵛ-168ᵛ), 41 (ff. 169-200ᵛ), 42 (rell.).

Nicetae metrop. **Heracleensis** catena in evangelium sec. Lucam (typ. IV ap. Karo-Lietzmann, Catenar. graecar. catal., pp. 137-39; cf. R. De-

vreesse, *Chaînes exégétiques grecques*, in *Dict. de la Bible*, suppl., t. I, coll. 1183 sq.), *συναγωγὴ ἐξηγήσεων εἰς τὸ κατὰ Λουκᾶν ἅγιον εὐαγγέλιον ἐκ διαφόρων ἑρμηνευτῶν· παρὰ Νικήτα διακόνου τῆς τοῦ θεοῦ μεγάλης εκκλησίας καὶ διδασκάλου γεγονυῖα* cod., litt. maiusc. rubr. (excerpta e 33 scriptoribus ad fidem edidit codicis nostri, quin tamen eius notam protulerit, A. Mai in Scriptorum veterum novae collectionis tomo IX, Romae 1837, pp. 626–722; cf. J. Sickenberger, *Aus römischen Handschriften über die Lukaskatene des Niketas*, in *Römische Quartalschrift* XII [1898], pp. 67 sq., nec non *Die Lukaskatene des Niketas von Herakleia*, in *Texte u. Untersuch. z. Gesch. d. altchristl. Literatur*, N. F., VII B., 4 Heft, 1902, pp. 71 sq.: qui vir doctus, ib. pp. 83-101, cetera quoque scholia varior. auctorum sive nostro e libro sive ex aliis deprompta diligentissime recensuit). Catena haece in quattuor *βιβλία* dispertitur, quorum primo titulus praeit *βιβλίον α'* + *τῶν εἰς τὸ κατὰ Λουκᾶς* (sic) *ἐξηγήσεων τοῦ Σερρῶν* litt. maiusc. (f. 1 summo), secundum f. 94ᵛ (*κεφ. ιζ'*), tertium f. 158 (*κεφ. μ'*), quartum f. 244 (*κεφ. ξγ'*) incipit, animum tamen adverte novissimum in vv. *σύμμορφον τοῦ σώματος τῆς δόξης αὐτοῦ* e Theodoreti Eraniste (ad Luc. XXIV, 51, cf. P. G. 83, 165 A 13) abrumpi, librum secundum explanatione in Lucae cc. IX, 23-X, 21 propter fasciculos duos pone f. 136 deperditos carere (cf. Sickenberger, *Die Lukaskatene des Niketas* etc., p. 39), ordinem vero folior. 9-16. 17-24 invertendum esse, quod iam folii 9 ad angulum sup. internum plumbo indicaverat ⟨A. Maius⟩: cuius manu aliae quoque adnotatiunculae marginibus passim inscribuntur (cf. ex. gr. ff. 2. 3ᵛ. 5. 6. 7ᵛ etc.), non nullae autem graece a viro saeculi XVII (ex. gr. ff. 24ᵛ et 58ᵛ, cf. Sickenberger, op. laud., p. 39 n. 1), glossae denique latinae tres XIII-XIV saeculi in ora externa f. 248ᵛ deprehenduntur (cf. Ioh. Mercati, *Per la storia dei mss. greci di Genova* etc. [*Studi e Testi* 68], p. 90).

Auctores non minus quam 66 nominantur, quorum seriem, utpote a Sickenbergero, op. laud., pp. 83–101, nec non a Karo-Lietzmann, pp. 137–39, adcuratissime relatam, describere supersedemus.

Folio Iᵛ capitum *πβ'* (*νβ'* cod., err.) indicem graecum XV, ut mihi videtur, saeculo nescio quis inscripsit (fere omnino ut ap. Cramer, Catenae in evangg. s. Lucae et s. Iohannis, Oxonii 1841, pp. ⟨3⟩–5, et cf. Sickenberger, op. laud., pp. 38 sq.).

Folii 86 marginibus infer., ext., super. atque interno ⟨*μακαριστάρια* vel *μακαρώνεια*⟩ non nulla in festum Dormitionis ss. Deiparae (cf. Ioh. Mercati, *Nuove minuzie*, in *Studi bizantini*, II [1927], p. 299 = *Op. min.* IV, 382 sq.), musica quoque notatione adstructa, librarius ipse inseruit:

qui et rubricam (uti dicunt), qua ratione huius modi laudes in monasterio τῆς Ἁγιοπατεριτίσσης, i. e. in Patiriensi coenobio apud Rossanum psalli solerent monentem, subiecit (omnia ap. Sickenberger, op. laud., pp. 36 sq.).

Modo subflavo modo fusciore pigmento ab uno librario eoque diligentissimo exaratus,* scriptura tamen hau semper aequabili (quod mirum non est pro tanta codicis magnitudine), ut partes non nullae conpendiorum segete horrentes (cf. ex. gr. ff. 97v et 136v cum 33) ab alia manu fluxisse primo quidem obtutu videri queant, fasciculos 40 conplectitur, quaterniones omnes, notis α′-μβ′ ad angulum inf. externum primae ultimaeque singulor. paginae ipsius librarii calamo distinctos, fasciculi enim ιη′-ιθ′ effluxerunt (quaternionum β′-γ′ ordinem turbatum esse iam supra notavimus). Scholior. litterae initiales, lemmata (sive τῷ κειμένῳ inserta sive marginibus adpicta), Lucae verba interpretanda purpureo liquore delineantur, pariter atque operis inscriptio (cui πύλη superinponitur sat adfabre ornata) nec non evangelii capitum tituli summis vel imis oris unciali (uti plurimum) charactere descripti. Liber udore non nullibi tactus, inde a charta 305 conplura vel fere omnino evanuerunt vel difficillima sunt lectu.

Codici describundo quam diu scriba vere *χαλκέντερος* insudaverit ipsius animadversiones initio unius cuiusque libri marginibus (partim derecte) insertae nos edocent: (f. 1v) *βι(βλίον) α′ τοῦ κ(α)τ(ὰ) Λουκ(ᾶν) ἀρχθὲν μη(νὶ) ἰουνίω ια′ ἰνδ(ικτιῶνος) θ′. τοῦ ‚ςχκδ′* (= 1116) *ἔτους + εἰς τὴν σχολὴν τοῦ ἁγ(ίου) Πέτρου +*; (f. 94v) *ἐνταῦθα ἐπληρώθ(η) τὸ α′ βι(βλίον) ὃ ἦν τετράδ(ια) ξβ′· ἀρχ(ὴ) τοῦ β′ βι(βλίου) ἀπὸ τὸ ιε′* (sic) *κε(φαλαίου)* (vv. *ἀρχὴ-κεφαλαίου* rubra): *+ τέλος τοῦ πρώτου τῶν τεσσάρων τεύχους. τῶν εἰς τὸ κ(α)τὰ Λουκᾶν ἁγ(ίου) εὐαγγε(λίου)· κατὰ συναγωγὴν ἐξηγήσεων: ἐπληρώθ(η) μη(νὶ) αὐγ(ού)στ(ῳ) κε′ τῆς αὐτ(ῆς) ἰνδ(ικτιῶνος) ἐν ᾗ καὶ ἤρχθη + ·:· εἰ θέλεις ποιῆσαι καὶ σοὶ τὸ ἓν βι(βλίον) δ′ ἰδοὺ καὶ ἡ ἀρχὴ τοῦ β′ βι(βλίου): συναγωγὴ ἐξηγήσεων εἰς τ(ὸ) κ(α)τ(ὰ) Λουκ(ᾶν) εὐα(γγέλιον)· γεγονυῖα παρὰ Νικ(ή)τ(α) διακόνου τῆς τοῦ θ(εο)ῦ μ(ε)γ(ά)λ(ης) ἐκκλη(σίας) καὶ διδασκάλ(ου) τοῦ τοῦ Σεῤῥῶν: βι(βλίον) β′ περιέχον ἀπὸ τοῦ ἑπτακαιδεκάτου κεφαλαίου καὶ αὐτοῦ μέχρι τοῦ λθ′ καὶ αὐτοῦ· ἤγουν κεφάλαια τοῦ κατα Λουκᾶν ἁγίου εὐαγγελίου εἴκοσι καὶ τρία*; (f. 158) *+ τέλους τοῦ δευτέρου τῶν τεσσάρων τεύχους· τῶν εἰς τὸ κατὰ Λουκᾶν ἅγιον εὐαγγέλιον· κατὰ συναγωγὴν ἐξηγήσεων + ἐπληρώθ(η) μη(νὶ) ἰαννουαρ(ίῳ) κζ′· τῆς αὐτῆς ἰνδ(ικτιῶνος) ἐν ᾗι καὶ ἀρχὴν ἔλαβεν: εἰς τὴν ἀρχ(ὴν) τοῦ γ′ βι(βλίου)* (sex ultima vv. rubra) *·:· συναγωγὴ ἐξηγήσεων εἰς τὸ κατα Λουκᾶν εὐαγγέλιον κτλ.* ut supra, *β(ιβλίον) γ′ ἀρχ(ό)με(νον) ἀπὸ τοῦ μ′ κεφα(λαίου) καὶ αὐτοῦ· καὶ λῆγον μέχρι τοῦ ἑξηκοστοῦ δευτέρου καί αὐτοῦ: — ἀρχθὲν μη(νὶ) φε(β)ρ(ουαρίῳ) εἰκάδι τῆς αὐτῆς ἰνδ(ικτιῶνος) ἐν ᾗι καὶ ἐπληρώθ(η) εἰς τὴν σχολὴν τοῦ ἁγ(ίου) Πέτρου μετὰ τὸ ἐμὸν μοῦλτον* (de quo verbo cf. Sickenberger, *Die Lukaskatene des Niketas* etc., p. 36, n. 1, qui animadversiones hasce integre rettulit); (f. 244) *+ ἐπληρώθ(η) τὸ γ′ βι(βλίον) μη(νὶ) μαΐω ιθ′ τῆς αὐτῆς ἰνδ(ικτιῶνος) ἐν ᾗ καὶ ἤρχθη ·:· συναγωγὴ ἐξηγήσεων κτλ.* ut supra, *βι(βλίον) δ′, ἀρχόμ(ενον) ἀπὸ τοῦ ξγ′ κεφαλαίου καὶ αὐτοῦ καὶ διῆκον μέχρ(ι) τοῦ τέλους: —* (vv. *συναγωγὴ — τέλους* rubra). Foliis non nullis in fine deperditis, quando librarius opus absoluerit non constat.

F. I superne notavit ⟨L. Allatius⟩ *Nicetę Serron Catena ex / Varijs auctoribus in / Euangeliu(m) Lucę.* F. 1 summo *Libro 33 santo Nichita diacono,* manu saeculi XVI, nec non, manu paullo antiquiore, *Expositione sop(ra) sancto Luca euangelista*; quae inscri-

* Excipe tamen f. 313v, manu saec. XIII subpletum.

ptiones in Patiriensi monasterio adpositae sunt, ex quo inter aa. 1614–19 liber in Vaticanas aedes delatus est, quin tamen unquam Cryptaeferratae servatus fuerit, ut perperam adseveravit P. Batiffol, illo *sine caract(ere)* iniuria nisus folii 1 ad calcem obcurrente (cf. quae adversus P. Batiffol, *L'abbaye de Rossano*, p. 48, monuerunt A. Rocchi, De coenobio Cryptoferratensi eiusque bibliotheca etc., Tusculi 1893, pp. 280 sq., et Ioh. Mercati, op. cit., pp. 90 et 95–97).

Librum descripsit P. Batiffol, loc. cit. et cf. ib. pp. 69, 83, 151, multo amplius diligentissimeque J. Sickenberger, op. laud., pp. 31–40. Folii 94^v phototypam, quam dicunt, imaginem, partem inferiorem sinistram paginae dum taxat conplectentem, exhibet Sickenberger, *Aus römischen Handschriften* etc., in tab. V post pag. 243, folii vero 2^v exiguum specimen (ll. 2–3) in aere cusum inseruit A. Mai Novae Patrum Bibliothecae tomo IV, Romae 1847, tab. post p. VIII, n. 1.

Integumenti tabulae corio subrubro vestitae saec. XVIII, dorso autem recentiori aetate refecto Pii IX P. M. scutum auro inprimitur.

1612. A. 1540 (f. 280), chart., mm. 408 × 276, ff. VII. 288 (+ 233^a), linn. 32.

Appiani, praemisso (ff. 1–4) prohoemio: [1] (ff. 4^v–38^v) Lybica, in quibus lac. a vv. ὀλκάδας ἐπ' αὐτὸν ad vv. καὶ τὸ δαιμόνιον (ed. Viereck et Roos, I, pp. 226 lin. 23–229 lin 28) ut in ceteris libris e Vaticano gr. 141 derivatis hiat (cf. ib. pp. XI sq.); [2] (ff. 39–59) Syriaca, praemissis (ib.) subsequentium librorum indice atque initiis; [3] (ff. 59–74^v) Parthica *; [4] (ff. 75–110^v) Mithridatica, in quibus cc. 118–119 initio reponuntur; [5] bellorum civilium (ff. 111–143^v) lib. I, (ff. 144–184) lib. II, (ff. 184–209^v) lib. III, (ff. 209^v–240^v) lib. IV, (ff. 240^v–273^v) lib. V; [6] (ff. 273^v–280) Illyrica.

Lemmata marginibus conplura iniciuntur, sive graeca ipsius librarii sive latina fere coaevi manu quam in libris quoque 1617 et 1620–23 obcurrere notabimus.

Latis marginibus conspicuum fasciculi efficiunt 31, quiniones uti plurimum (1 est quaternio, cuius prima charta operculo anteriori interno adglutinatur, 30 binio, 31 ternio, cuius folium sextum operculo posteriori interno adhaerescit); quos fasciculos librarius ipse in angulo inf. ext. ultimae singulor. paginae, primum utpote scriptura carentem neglegens, notis graecis distinxerat, oris tamen incaute decurtatis una dum taxat nota, ι' nimirum, hodie deprehenditur (cf. f. 100^v). Inscriptiones rubro colore exaratae, id. id. verba numerique non nulli in pinace f. 39; litterae initiales ubique desunt. Officinar. chartariar. insignia: [a] (in toto fere libro) arcuballista circulo inserta, quem lilium supereminet (cf. Briquet nr. 762), [b] (ff. 202 et 206) ancora in circulo, stella radiorum sex superinposita (cf. ex. gr. Br. 549). Chartae I-VII. 280^v–288^v scriptione vacant. Foliorum labia flavo liquore tincta.

F. VII^v superne libri nota *1612* nec non *Appiani Alexandrini historia*, m. ⟨L. Al-

latii⟩. F. 280, transscribendi munere perfecto, notavit librarius Θ(εο)ῦ τὸ δῶρον καὶ *Γεωργίου πόνος* + Κκλ' / + Ἔτους ,αφμ' (= 1540) ἐν μη(νὶ) μαρτίῳ κϛ' ἐν Βενετίᾳ. Illud Κκλ' procul dubio legendum *Κοκόλου*, de Georgio autem Cocolo, qui a. 1542 codicem nunc Berol. 2 Venetiis transscribebat, cf. Vogel-Gardthausen, *Die griech. Schreiber*, p. 78.

Integumentum omnino ut in cod. 1555, cuius enarrationem vide; dorsum tinearum morsibus perquam male habitum.

1613. Aa. 976–1025, membran., mm. 364 × 284, pp xx. 434 (= ff. X. 218: ff. III–9 chart.), linn. 16.

Menologium Basilii II imp. quod indigitatur, menses a septembri ad februarium inclusive conprehendens, non minus quam 430 picturis insigne (post editionem ⟨Ioseph Simonis Assemani⟩, Menologium graecor. etc.... munificentia... Benedicti XIII... nunc primum... prodit, studio et opera Annibalis... card. Albani..., Urbini 1727 [τὸ κείμενον tantum latinaque interpretatio denuo inpressa in P. G. 117, coll. 21–613], integrum codicem cum amplissima praef. volgavit ⟨P. Franchi de' Cavalieri⟩, *Il Menologio di Basilio II* etc., in Codicibus e Vaticanis selectis phototypice expressis etc., VIII, Augustae Taurinorum 1907). Antecedit (f. X) praefatio metrica 28 iambis expressa, inc. Ἐνταῦθα νῦν σκόπησον ὀρθῶς ὁ βλέπων (pluries edita, cf. ex. gr. H. Delehaye, Synaxarium Ecclesiae Constantinopolitanae, coll. XXV sq.), litteris uncialibus ex auro atque purpura.

Praemittitur (ff. IV–IX) *Elenchus* (litt. quadr.) *Sanctorum, qui in hoc Menologio continentur*, cuius in fine notatur *Leo* (litt. quadr.) *Allatius concinnabat*.

Codicem praestantissimum, quo de innumeri paene plus minusve copiose disseruerunt, litteris minusculis subflavi coloris (singulorum synaxariorum inscriptiones unciali, qui dicitur, charactere) hac ratione unus idemque librarius exaravit, ut unius cuiusque folii recti partem dimidiam superiorem, inferiorem unius cuiusque folii avorsi (folii 1 tergore tantum modo excepto) vacuam relinqueret: quae spatia pictores octo (Pantoleon, Michahel Blachernita, Georgius, Symeon, Michahel ὁ μικρός, Menas, Nestor, Symeon Blachernita) pulcherrimis imaginibus inpleverunt. Litterae initiales auro purpuraque confectae, titulis singularum paginarum summis fastigiis adpictis crux nunquam non praefulget, eadem qua litterae ratione depicta, varia tamen forma, ornatu vario. Fasciculi 1 (bifol., non enumeratum) + 28 (1. 2. 7–9. 11–18. 20–24. 26. 27 quaterniones, 3 septem folior., 4, 19. 25 novem folior., 5 quinque folior., 6 quinio, 10 binio, 28 duorum folior.) manu parum eleganti saeculi XIII in angulis inferioribus internis primae ultimaeque singulorum paginae subputati sunt, notis, ut videtur, primigeniis ob margines incaute resectas deperditis; codice tamen iterum demarginato (qua re latinae quoque synaxariorum inscriptiones a duabus manibus saec. XVI exeuntis imis oris iniectae saepe decurtatae sunt), notae dum taxat ε'-ιγ' (fasciculorum in fine) nec non

$\iota\delta'$-$\kappa\beta'$ et $\kappa\delta'$-$\kappa\eta'$ (fasciculorum initio eaeque non raro mutilae) hodie superant. Accedit utrimque bifolium singulum membraneum (ff. I–II. 217–218), alterius tamen folium alterum non nisi recentiore aevo insertum cumque praecedenti conpactum, eodem scil. tempore quo prius bifolium custodiae in gratiam initio adsutum (an Benedicto XIII Pontifice Maximo? v. infra). Folio 218 plagula mm. 268×203 prius adhaerescebat (cf Franchi de' Cavalieri, op. laud., praef. p. xi), quae nunc ante pinacem Allatianum translata numero III signatur. Ff. I–IIv. IIIv. IXv. Xv. 218r-v atque, codice in ipso, f. 1 (cuius pagina aversa nota 1 distinguitur menologiique initium exhibet) nec non pagina una (non subputata) post 362 scriptura carent, alicubi τὸ κείμενον tantum desideratur, quod picturam comitari debuit, cf. pp. 238. 286. 303. 313. 320. 370. 377. 381. 386. 391. 398. 400. 402. 415 418 et 425.

F. III notatur manu saec XVI ex. *Q(ues)to libro* (*Greco*, add. sup. lin.) *fù mandato* (*al*, cancell.) *à Ludouico Sforza Duca di M(i)l(an)o / di Constantinopoli co(n) molta solennità* (*insieme co(n) / un ceruo*, cancell.) *et restò poi nelle mani di Battista / Sfondrato, p(ad)re di Franc(esc)o Sfo(n)drato Car(dina)le: et Auo* (conr. sup. lin. ex *p(ad)re*) */ di Nicolò Sfo(n)drato hora Car(dina)le: app(re)sso il q(ua)le / Battista restarono altre scritture, et cose del / Duca Ludouico, di cui era molto fauorito,* (*et / del*, cancell.) *come dimostrano diuerse legationi ch'egli / à nome suo hebbe per cose grauissime, p(re)sso / quasi tutti i principi Ch(risti)ani, cioè app(re)sso / Innocentio* (*PP:*, add. sup. lin.) *VIIJ Carlo Re di Francia / Ferdinando et Elisabet Re di Spagna / Ferdinando Re di Napoli et di Sicilia / et la Repub(bli)ca di Venetia, doue morse / ultim(amen)te in quella legatione. / Il libro sud(dett)o fù fatto fare per quel, che si / può ueder dal proemio da Basilio Im/peratore di Constantinopoli che può / da settecento uentisette anni* (tria ultima vv. ab alia manu, me quidem iudice, iniecta sunt ipsaque numerum 727 notis arabicis sup. lineam iteravit). Folii 1 ora summa possessor XV saeculi atramento nunc perquam pallido inscripsit *Jesus / Jste Liber est mei B(ar)th(olome)i (?) de Jacoppo (?) Legu(m) doctoris et Ciuis Janue. qui Liber co(n)tinet plures Legendas multor(um) s(an)c(t)or(um) / secondu(m) Legem grego-r(um) / B. J.* (possessoris nomen sedulo abrasum perdifficile restituitur). F. 217 superne eadem, ni fallor, manus, quae synaxariorum titulos latinos ad paginam usque 152 adiecit (vide supra) notavit *O(mn)es pagine sunt n(umer)o 430 .i(dest). CCCCXXX.* Eiusdem folii faciei aversae in parte superiore notulae duae hebraicae, quarum unius verba duo leges apud P. Franchi de' Cavalieri, op. cit., praef., pp. x sq.

Qui potissimum de codice nostro post editionem phototypam saepius laudatam egerint vel imagines non nullas almi solis lumine adhibito denuo protulerint, laudatos invenies apud K. Weitzmann, *Die byzant. Buchmalerei des 9. u. 10. Jahrhund.*, Berolini 1935, p. 30 n. 168 (cf. ib. pp. 33, 38, nec non tabulam XL, nn. 221–226): quibus post a. 1935 nobis cogniti adcesserunt P. Buberl u. H. Gerstinger, *Die byzant. Hss.*, 2 (*Beschreibendes Verzeichnis d. illuminierten Hss. in Österreich*, N F., IV, 2), Leipzig 1938, pp. 22, 34, 39 et 51; E. Aeschlimann, *Dictionnaire des miniaturistes du Moyen Âge et de la Renaissance* etc., Mediolani 1940, cf. pp. 74, 130, 132, 137, 144, 173 et 177 nec non tabulas XXXIV, LXXXIV-VI, LXXXVIII, XCII, CXII et CXV; Hugo Buchthal, *The miniatures of the Paris Psalter* etc. [*Studies of the Warburg Institute* etc., 2], Londini 1938, p. 75; id., *« Hellenistic » Miniatures in Early Islamic Manuscripts*, Ars isla-

mica VII, 2 [1940], p. 127 et fig. 18; Sirarpie Der Nersessian, *Remarks on the Date of the Menologium and the Psalter written for Basil II*, in *Byzantion* XV [1940-41], pp. [104]-125.

Integumenti tabulae ligneae purpureo 'velluto' (uti dicunt) amictae ornatuque ex argento circum circum decoratae fibularum reliquias dum taxat retinent: cum autem in ornamento parvae rosae atque stellae alterna vice exprimantur, veri simile videtur (Pio Franchi de' Cavalieri auctore, cf. operis laud. praefat., p. XI) librum Benedicti XIII P. M. temporibus conpactum esse, cuius arma Ursiniorum rosam divique Dominici stellam videlicet exhibebant.

1614. Saec. XV ex., membran., mm. 361 × 243, f 175, linn. 34.

[1] **Alexandri Aphrodisiensis** [1] quaestionum et solutionum (ff. 7-29v) lib. I, (ff. 31-51) lib. II, (ff. 51v-73v) lib. III (post vv. *οὐκέτι γὰρ ἂν εἴη πανταχοῦ οὕτως*, ed. Bruns p. 103, 21, eadem inseruntur vel iterantur quae in codicibus FGS, cf. ib.), (ff. 74v-97v) lib. IV (omittuntur vv. *τῷ πλούτῳ εἶναί τι ἐναντίον — εἰ γὰρ οἱ προαιρούμενοι*, ib. 123, 17-129, 23, uti in codd. laudatis). Singulis libris praecurrunt (ff. 4r-v, 30r-v, 51r-v, 74r-v) capitum tabulae. [2] (ff. 98-124v) de fato, cuius in fine notavit librarius *ἐγὼ δὲ ὁ Λαυρέντιος ὁ Κύαθος φλορέντιος ἔγραψα ἐπὶ πρώτης ἡμέρας δεκεμβρίου χίλια σθ'* (sic, cf. infra), litt. rubris.

[2] (ff. 125-156) **Galeni*** definitiones medicae (Kühn XIX, 346-462).

[3] (ff. 157-171v) **Cassii ⟨Felicis⟩** iatrosophistae problemata LXXXV (ed. I. L. Ideler, Physici et medici graeci minores, I, pp. 144-67, codici tamen nostro *κεφάλαιον*, ut videtur, ineditum inter 27 et 28 sub num. *κη'* inseritur, quod inc. *Διά τι τοῦ κερατοειδοῦς λεγομένου χιτῶνος ὃς μόνος σκέπει*, des. vero *συμβαίνει μέλαν φαίνεσθαι τὸ ὑποκείμενον*; cf. ex. gr. cod. Barb. gr. 147, ff. 1-32, qui nostro in ceteris quoque adprime consentit, puta in capitum 3, 22 et 25 recensione ab Idelerio edita longiore). Adcedit in fine (sub num. *πς'* !) excerptum *Τί διαφέρει ψάμμος — παρὰ τὸν αἰγιαλὸν* ut in Barb. laud. et in Ambros. A 92 sup. (Martini et Bassi I, 23).

Verba omissa hau raro in marginibus ab ipso librario postmodum subpleta deprehendes.

Membranis naviter expolitis conpactum latisque gaudentem oris fasciculi 18 efficiunt (initio atque in fine singulum bifolium adcedit, custodiae causa adglutinatum), primus autem fasciculus est binio, ceteri quiniones, 13 solum modo excepto, quaternione, nec non 18, 9 folior.: qui fasciculi notis arabicis angulo inf. externo primae singulor. paginae adpositis distinguuntur (cf. notas 12 et 17 ff. 107 et 155), foliis autem 1-5 unius cuiusque quinionis series pariter arabica, ubi et praecedens, inicitur (cf. ex. gr. f. 27 notam 11, f. 37 n. 16, f. 67 n. 31), utrique tamen subputationi bybliopegi forfices hau parum detrimenti intulerunt. An librarius ipse notas huius modi numerales adpinxerit

equidem nescio, ipse tamen angulo infer. interno novissimae unius cuiusque fasciculi paginae primum vel prima insequentis verba derecte ad maiorem cautelam inscripsit. Capitum sectionumque tituli, notabilia, litterae initiales rubra. F. 7 ornatum splendidissimum auro variisque coloribus pinxit ⟨Actavantius de Actavantiis⟩ eadem fere ratione qua in cod. Laurent. VI, 6 infra laudando (P. d'Ancona, *La miniatura fiorentina* etc., II, Florentiae 1914, p. ⟨703⟩), adverte tamen in codice nostro litteram R (non P) superne circulo inscribi atque ibid. nodum gordianum, qui dicitur, desiderari; epigraphe Mediceo scuto inposita pariter deest. Ff. 1. 2–3. 5–6v. 156v. 172–174. 175r-v pura. Libri acies inpressa atque inaurata.

Cum libro Vaticano, ad privatam syllogen Mediceam olim pertinenti (v. infra), et codici nunc Laurent. VI, 6 (ab eodem scriba exaratis, unius magnitudinis, eumdem linear. numerum praebentibus) glutinator saeculi XV ex. conpingendis operam daret, utriusque similitudine deceptus nostri folia nunc 8-15 alteri inseruit et invicem, quo effectum est ut ad annum usque 1933 in Eusebii Praeparatione evangelica Florentino contenta Alexandri Aphrodisiensis commentarii capita non nulla legerentur (cf. Bandini I, 103), in huius verum codice nostro Eusebiani operis folia octo delitescerent. Quod cum casu animum advertissemus, Pio XI f. r. P. M. nec non tunc temporis italico studiorum summo moderatore benigne adnuentibus, utrique codici propria recipere, aliena reddere tandem licuit.

Quo anno liber descriptus fuerit, scire vetamur, in Laurentii enim Cyathi (italice 'Ciati' vel potius 'Ciatti') nuper adlata subscriptione temporis notam erroneam esse nemo non vidit (simili quoque modo in subscriptione codicis Florentini bonus Laurentius peccavit [Bandini, I, 105]; quo de viro, praeter Vogel-Gardthausen, *Die griech. Schreiber* etc., p. 257, cf. A. della Torre, *Storia dell'Accad. Platonica di Firenze* [*Pubbl. del R. Ist. di Studi sup. ... in Firenze*, Sez. di Filos. e filol.], Florentiae 1902, p. 693 n. 9); certum est autem die 31 octobris 1495 cum librum nostrum tum Laurentianum Florentiae Petri Medices in aedibus iam adservatos esse (cf. E. Piccolomini, *Ricerche intorno alle condizioni ed alle vicende della Libreria Medicea privata*, Florentiae 1875, pp. 98 [sub num. 724] et 97 [sub num. 715]).

F. 1v in ang. sup. externo *n.° 523*, manu saec. XV ex., folii 174v medio alia nota *n° 399*, eiusdem fere temporis. F. 3v superne libri numerus Vaticanus *1614* nec non indiculus latinus, m. ⟨L. Allatii⟩.

Asseres tergore fusco signato contecti (saec. XVI medio?) bullarum ligaminumque vestigia dum taxat retinent, summo autem dorso tessella ex corio rubro, in qua num. *1614*, saeculo XVII adglutinata.

1615 (olim 1563). Saec. XI, membran., mm. 358 × 255, ff. I. 225, coll. 2, linn. 30.

sanctorum vitae atque passiones metaphrasticae pro diebus 4–15 mensis decembris: [1] (ff. 2–7v) ⟨passio s. Barbarae⟩ (BHG. 216), inc. mut. ἄλλως τε δέ· καὶ διασκέψεως (P. G. 116, 304 C 13), abrump. in vv. καὶ εἰς τὸν ἡγε|μόνα (ib. 316 B 13) (4 dec.); [2] (ff. 8–82) ⟨vita s. Sabae mon. in Palaestina⟩ (BHG. 1609), inc. mut. ὁδοῦ μήκει ἀπαγορεύσῃ (cf.

Vat. gr. 812, f. 7 col. dext., lin. 15, ad quem remitto, cum opus K. Koikylidu, *Βιος και πολιτεια του οσ. πρ. ημ. Σαβα*, Hierosolymis 1905, prae manibus habere non licuerit) (5); [3] (ff. 82–104) vita s. Nicolai ep. Myrensis (BHG. 1349) (6); [4] (ff. 104–114) vita s. Ambrosii ep. Mediolanensis (BHG. 69) (7); [5] (ff. 114–119) vita s. Patapii anachoretae CP (BHG. 1424) (8); [6] (ff. 119v–144) passio ss. Menae, Hermogenis et Eugraphi mm. Alexandriae (BHG. 1271) (10); [7] (ff. 144v–179v) vita s. Danihelis stylitae in Anaplo (BHG. 490) (11); [8] (ff. 179v–204) vita s. Spyridonis ep. Trimithuntis (BHG. 1648) (12); [9] (ff. 204v–224v) passio ss. Eustratii, Auxentii, Eugenii, Mardarii et Orestis mm. sub Diocletiano (BHG. 646) (13), in qua non nulla (cf. P. G. 116, 480 C 7 sqq. et 481 A 2 sqq.) armeniace, graecis autem litteris, in marginibus folior. 210v–211 a recentiore nescio quo (an saeculi XII-XIII?) reddita sunt, ad locos vero ex Platonis Timaeo (cf. ib. 492 B 7 sqq.) variantes lectiones ex alio codice folior. 216v–217 oris ipsius librarii calamo inscriptae.

Praecurrit (f. 1) *πίναξ ἀκριβὴς τῆς γραφῆς τοῦ βιβλίου*, litt. rubris exaratus.

Subflavo liquore peritoque calamo descriptum fasciculi efficiunt 28, graeca subputatione in angulo inf. interno primae ultimaeque singulor. paginae ipsius librarii manu instructi, quaterniones omnes, praeter primum, cuius bifolium externum hodie desideratur, nec non ultimum, quinionem; initio binio, ut videtur, adcedebat, cuius folium secundum dum taxat et quartum hodie superant (ff. 1 et I). Tituli rubro colore delineati pariter atque litterae maioris moduli pleraeque omnes (ff. 173v–174 dum taxat, caeruleo), ornamenta vero vitarum inscriptionibus inposita litteraeque initiales tribus coloribus, rubro nimirum, caeruleo, viridi, sat adfabre decorantur. Folia non nulla, in fine praesertim, umore superne foedata (ut scriptio alicubi evanuerit, cf. ff. 218 sqq.) tinearumque morsibus conrosa.

Operculo anteriori interno charta glutine adhaerescit, cui libri num. *1615* contentorumque pinax latinus manu ⟨L. Allatii⟩ iniciuntur. F. I valde a blattis perterebratum exhibet in facie recta conscribillationes perquam evanidas nulliusque, ut videtur, pretii nec non rudissimam imaginem viri nescio cuius, in aversa, praeter eiusdem furfuris conscribillationes, notam hancce saec. XII-XIII: + *δῶρον προσῆξε ὁ ευτελῆς Κωνσταντ(ί)ν(ος) σπαθ(ά)ρ(ιος) κουβουκ(ου)λάρ(ιος) / ὁ Κραμβωνήτ(ης)*. Folii 1 in marg. sup. litterae *R. P. C.* (quas interpretandas censeo *Reginaldi Poli* [*Pool*] *cardinalis*), ibid. in marg. inferno codicis nota antiquior *1565* (in *1563* perperam conrecta, cf. indicem in Vat. lat. 7139 adservatum, f. 17v) nec non, manu saec. XIII (?), + *ω Καλινικος / ωμου π̄* (?). F. 2 summo possessionis nota *Collegij Anglicani* (cui dono dederat card. Reginaldus nuper laud.). F. 38v inferne + *τῇ γ' πρωῒ ἦσαν ῥανία* (an pecuniae nomen ut insequens *σημάδιον*?) *ιβ' σημάδια ῥανίων γ' δουκ(ά)τ(ον) α'· καὶ ολ(ως) τοῦ ολωνοῦ ῥανίον α'* (saec. XIV-XV). F. 48 in summo margine *ὦ θε(οῦ) λογ(ε) σκεπε τοὺς εὐσεβῶς βιοῦντας ὀρθο(δό)ξους ἄνακτας, καὶ ὑπὸ τὴν αυτῶν χεῖραν κρατουμενους μὴ ἐγκαταλίπης ἕως τέλους ἀμην*. F. 83 summo,

codicem si inverteris, verba duo slavica cinnabari exarata deprehendes, nempe + **азъ писа⟨хъ⟩** (= ego scripsi), folii 84 in ora summa, libro pariter inverso, invocatiunculam ad s. Nicolaum minio pariter inscriptam cernes *ἁγ(ιε) Νικολ(αε) πρόφθασον ἐξελοῦ ἡμᾶς ἀπο* (cetera desunt, glutinatoris cultro forsitan absumpta). F. 202 in margine inf. *ὁ ἀμνων* atque vestigia monocondylii quod enucleare nequivimus. F. 224^{v} librarii conclusioni + *Χ(ριστο)ς παράσχοι τοῖς ἐ/μοῖς πόνοις χάριν* + (rubris litteris exaratae) vir paullo recentior subiecit + *ἀμήν γένοιτο γένοιτο / καὶ σῶσαι σε κ(ύριο)ς τὸν ποι/ήσαντα ἔργον τίμιον:* — atque paullo inferius notavit alius *ὦ Χ(ριστ)ὲ πὰνβασιλεῦ σκέπε / φρούρη φύλατε Δωρόθ(εον) ἱ(ερέα?)*, inter vero utramque inscriptionem nota temporis *ετ(ους) ,ςχϟζ'* (= 1188-89) perquam evanida dispicitur, quam infra laudandus P. Batiffol ad annum quo liber absolutus est inprobe retulit. F. 225, umore blattarumque rabie perquam male habitum, praebet in facie recta calami probationes aliquot, rudissimam imaginem nescio cuius mendisque scatentem inscriptiunculam saeculi XIII (?) *ἄνά με Καλῆ/στου τας χρι/στωλογίας / εν ῶ τας Λα/βραιντίου* (*Λαυρεντίου* scil.) *ἄγα/θω ερασ* (?); in eiusdem vero folii faciei aversae angulo superiore dextro inscriptionem praecedentis fere coaevam parumque perspicuam leges + *αγαμε ῶδε του κεκ / μόνου ὠλβου μαλον φα/ναιρός* et alia eiusdem furfuris.

Codicem memorant P. Batiffol, ***La Vaticane depuis Paul III***, in ***Revue des questions historiques*** XLV (1889), pp. 183 n. 1 et 190, G. Anrich, ***Hagios Nikolaos***, I, p. 234 et II, 116, describunt Hagiographi Bollandiani, Catal. codicum hagiogr. graecor. Bibl. Vaticanae, pp. 140 sq. nec non A. Ehrhard, ***Überlieferung u. Bestand d. hagiogr. u. homilet. Lit. d. griech. Kirche*** (***Texte u. Untersuch. z. Gesch. d. altchristl. Literatur... hrsgg. v. E. Klostermann u. W. Eltester***, IV F., VI B.], Leipzig 1938, pp. 480 sq.

Libri tabulae, corio rubro vestitae scutaque Gregorii XV P. M. (in tabula ant.) atque (in tab. post.) Scipionis Cobelluzzi (1618-26) auro inpressa exhibentes, fibularum vestigia dum taxat retinent.

1616 (olim 1564). Saec. XII, membran., mm. 356 × 255, ff. III. 315 (I-III. 313-315 chart.), coll. 2, linn. 27-36.

s. Iohannis Chrysostomi homiliae 1-31 in Genesin: [1] (ff. 1-6^{v}) hom. 1 (P. G. 53, 21-26), [2] (ff. 6^{v}-13) hom. 2 (ib. 26-32), *ὁμ. α'* cod., [3] (ff. 13^{v}-22) hom. 3 (ib. 32-39), [4] (ff. 22-32) hom. 4 (ib. 39-48), [5] (ff. 32-39^{v}) hom. 5 (ib. 48-54), [6] (ff. 39^{v}-49) hom. 6 (ib. 54-61), [7] (ff. 49-59) hom. 7 (ib. 61-69), [8] (ff. 59-67) hom. 8 (ib. 69-76), [9] (ff. 67-74^{v}) hom. 9 (ib. 76-81), [10] (ff. 74^{v}-86^{v}) hom. 10 (ib. 81-90), [11] (ff. 87-97^{v}) hom. 11 (ib. 90-98), [12] (ff. 97^{v}-107^{v}) hom. 12 (ib. 98-105), [13] (ff. 107^{v}-115^{v}) hom. 13 (ib. 105-110), [14] (ff. 115^{v}-126) hom. 14 (ib. 111-118), [15] (ff. 126-137) hom. 15 (ib. 118-125), [16] (ff. 137^{v}-149^{v}) hom. 16 (ib. 125-134), [17] (ff. 149^{v}-166) hom. 17 (ib. 134-148), qua in post f. 159^{v} ob casum folii unius in exemplari vel in archetypo desiderantur vv. *Καὶ οὐδὲ τούτῳ ἀρκεσθήσομαι — τῶν λυπηρῶν τῶν καθ' ἑκάστην* (ib. 143, linn. 9-7 a. i.), des. in vv. *καὶ ἐπι καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ανέβη· χάριτι καὶ φιλανθρωπια κτλ.* (ib. 148, lin. 8), [18] (ff. 166-178) hom. 18 (ib.

148-158), [19] (ff. 178–187v) hom. 19 (ib. 158–166), [20] (ff. 187v–197) hom. 20, des. προάποθήσει παρρησίαν· εἶς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν κτλ. (ib. 166–174, lin. 6 a. i.), [21] (ff. 197–208v) hom. 21 (ib. 175–185), in qua vv. ταῦτα μοι ἁπλῶς ἀκούομεν — τῆς ἀρετῆς μέτρον (ib. 182 lin. 4 a. i. — 183 lin. 29) ante illa καὶ ἔζησεν φησὶ Μαθουσάλα — τὰ λειπόμενα ταμιευσώμεθα (ib. 181 lin. 23–182 lin. 5 a. i.) transposita, ut in ed. Savil. (cf. ib. 182 n. *d*), [22] (ff. 208v–220v) hom. 22 (ib. 185–196), [23] (ff. 220v–231) hom. 23 (ib. 196–206), [24] (ff. 231–244) hom. 24 (ib. 206–218), [25] (ff. 244–257) hom. 25 (ib. 218–229), [26] (ff. 257–268) hom. 26 (ib. 229–239), [27] (ff. 268–279v) hom. 27 (ib. 239–252), in qua ad parabolam Matth. XVIII, 23 sqq. paullo recentior nescio quis in marg. inf. folii 276 I Corinth. XIII, 1–8 exscripsit, [28] (ff. 279v–288v) hom. 28 (ib. 252–260), [29] (ff. 288v–298v) hom. 29 (ib. 260–273), [30] (ff. 298v–308) hom. 30 (ib. 273–282), [31] (ff. 308v–312v) hom. 31, abrump. in vv. αὐτὴν τοῦ πατρὸς τὴν | τελευτην (ib. 282–287 lin. 11).

Τὸ κείμενον, in prima praesertim libri parte, saepe nescio quis emendavit subplevitque (cf. ff. 6, 8v, 42 etc.), in marginibus autem τὰ ἠθικὰ interdum notantur.

Grandioribus litteris crassioreque ductu ab uno eodemque librario exaratus (folia enim 291 col. dext., lin. 4–294v non aliam manum, sed aliud currentioris minutiorisque scripturae produnt exemplum), fasciculos conplectitur 40 duplici subputatione graeca distinctos, in angulis nimirum externis, superiore atque inferiore, primae singulorum paginae, alteram tamen seriem, ab ipso scriba, ut mihi quidem videtur, superne adpositam, bybliopegi ferrum plerumque absumpsit, ut notae dum taxat ιε'-ιζ'. ιθ'-κβ'. κε'-κς'. κη'-κθ'. λα' et quidem dimidiatae codicem evolventi adpareant: quem codicem, quaternionibus uti plurimum constantem (λη' si tantum excipias, bifolium, superioris autem chartae 7–8 nulla textus iniuria excisae sunt), binio singulus custodiae gratia praecedit atque subsequitur, illius autem primum folium, ultimum huius operculo interno glutine adhaerescit. Initio atque in fine folia non nulla umore conspurcata blattae insuper paullulum adroserunt, ubique tamen inlaesa scriptione, oras vero inferiores folior. 123–124. 189. 211. 310 et 312 nescio quis barbarus mutilavit. Inscriptiones, ornamenta, litterae initiales maiorisque moduli minio delineantur, verba autem S. Scripturae interpretanda homiliarum initio adlata plerumque minio, interdum purpureo colore scribuntur (cf. ex. gr. ff. 22. 39v. 49). Ff. Iv–III. 313–315v pura (ff. I et 314 officinae chartariae signum dispicitur, luna bicornis ex qua crux latina egreditur cuique subsunt litterae FM, fere omnino ut nr. 5257 apud Briquet, qui tamen magnitudine differt). Libri sectio summa, externa, ima rotulis aliisque ornatibus distinctae.

Folii IIIv in summo fastigio *R. P. C.*, id est *R(eginaldi) P(oli) C(ardinalis)*, cui siglo libri num. *1616* (conr. in ras. ex *1564*, cf. infra) nec non titulus latinus, m. <L. Allatii>, subponitur: ib. in media pagina notae libri duae, quibus in Conlegii Anglicani bybliotheca signabatur, scil. *A· S· / ·12· /* et *BV / 25*. Folio 1 summo, praeter scribae invocatiunculam Χ(ριστ)ὲ προήγοῦ τῶν ἐμῶν πονημάτων rubris litteris ornamento inpositam,

manu librarii fere coaeva scriptum leges [τοῦ] ἐν ἁγίοις π[(ατ)ρ(ὸ)ς] ἡμῶν Ἰωάν[νου ἀρχι]επι-σκόπ[ου] Κωνσταντινουπόλεως κτλ., operis videl. titulum, quem, pariter atque scriptiunculas alias ibid. obcurrentes, perperam infra laudandus P. Batiffol possessionis notas esse autumavit. Ibid. notatur *Collegij Anglicani*, in margine autem inferno *Liber Hospitalis Anglo-ru(m) de Vrbe ex dono / Illm̃i D. Reginaldi Poli SRE Car: Angli.* Folior. 31ᵛ–32 in oris inferioribus invocatio ex parte evanida ad ⟨s. Michahelem⟩ archangelum, ut Romanorum imperii hostes profliget. Aliae piae invocatiunculae summo folio 85. Librum olim in Vaticana bybliotheca num. 1564 insignitum esse hauritur ex indice in Vat. lat. 7139 adservato, f. 16ʳ. Eum obiter memorat P. Batiffol, *La Vaticane depuis Paul III*, in *Revue des questions historiques* XLV (1889), pp. 183 n. 1 et 190.

Integumenti tabulae ligneae corio rubro signato in Orientis regionibus vestitae fibularum vestigia tantum modo praebent.

1617 (olim 1587). Saec. XVI in., chart., mm. 331 × 223, ff. II. 289, linn. 30.

Est ἀπόγραφον codicis 744, ad cuius pleniorem enarrationem remittimus, hoc tantum praemonitum volentes, librum nostrum sive inperfectum sive chartis non nullis vel ad praesens in fine carentem abrumpi in vv. ἐκτραγωδεῖ· ἅπερ καὶ διὰ τοῦ | Ἰεζεκιὴλ (cf. Vat. gr. 744, f. 147ᵛ lin. 14 a. i.). Praebet ergo c a t e n a s (ff. 4ᵛ–279) in P s a l m o s et (ff. 279–286ᵛ) in c a n t i c a utriusque Testamenti (typ. XVII Karo-Lietzmann, Catenar. graecar. catal., pp. 48–50), sed haec propter lacunam modo memoratam non ultra Deut. XXXII, 25 (in cant. II) progreditur; antecedit (ff. 1–4) prologus, inc. mut. οὖν πρὸς τοῦτο ὅτι οὐδὲν θαυμαστὸν, omnino ut in Vat. 744 laud. (cf. P. G. 12, 1057 C 3). Summo f. 1 notatur, manu g a l l i c a saec. XVI, *Scholia s. Basilii (!) in psalmos* (cf. codd. 1620–23).

Marginibus, praesertim in foliis a priore scriba exaratis (v. infra), subplementa non nulla, variantes lectiones, auctorum nomina adpinguntur, lemmata vero latina a nescio quo saeculi XVI viro iniecta (cf. codd. 1612 et 1620–23) ad fol. usque 10 dum taxat adparent.

A duobus librariis exaratus, quorum prior, ⟨Michahel⟩ nempe ⟨Damascenus⟩ (cf. H. Omont, *Fac-similés de mss. grecs des XVᵉ et XVIᵉ siècles* etc., tab. 36), ff. 1–94ᵛ exaravit, cetera alter idemque non semper aequabili calamo (cf. ex. gr. ff. 257ᵛ–258), * fasciculos 36 conprehendit, quaterniones omnes (quarto tantum modo excepto, ternione), in margine inf. dextro foliorum 1–4 unius cuiusque fasciculi a scribis ipsis usque ad ις' enumeratos (·α̅· ·α, ·α̅· ·β etc.), notas vero ιζ'-λς' recentior quidam, ut mihi videtur, nescio cur omissas in margine imo medio primae singulor. fasciculorum chartae subplevit. Uterque insuper librarius primum vel prima unius cuiusque fasciculi verba in angulo infer. interno praecedentis paginae notavit. Custodiae loco binio codici praemissus, alius

* Ipse codices 1620 et 1621 procul dubio descripsit.

in fine conpactus, huius tamen ultima charta operculo posteriori interno adglutinatur, illius duo prima folia tabulae anteriori aversae glutine adhaerescunt. Litterae initiales atque notabiliores, inscriptiones, auctorum quoque nomina conplura rubra. Officinar. chartariarum insignia obcurrere notavimus: [a] (ff. 1 ... 92) sagittas duas decussatas circulo inclusas, cui stella sex radior. inminet (cf. Briquet nr. 6305), [b] (ff. 99 ... 170. 173. 239 ... 262) scalam scuto insertam, cui scuto stella sex radior. inpendit (cfr. Br. nr. 5926–27), [c] (ff. 176 ... 190) aliam scalam etc., sed grandioris moduli, [d] (ff. 271 ... 285) aliam scalam in circulo, stella radiorum sex superinposita (cfr. Br. nr. 5920), [e] (ff. 172. 193 ... 237) ancoram circulo inclusam quem stella sex radior. supereminet (propius abest a nr. 480 Briquetii, sed hic minoris est formae; ut in cod. 1621, sub litt. [b]), [f] (ff. 265 ... 270) arcuballistam in circulo, cui circulo lilium superinponitur (cf. Br. nrr. 760 et 762), [g] (ff. II. 287. 289) racemum, cui litterae MP insident coronaque superinponitur (cfr. Br. nr. 13205, qui tamen discrepat). Foliorum non nullorum marginibus (1–7, 271–272, 279) murium voracitas hau pepercit. Chartae conplures libri sub finem umore tactae. Ff. I–II. 287–289ᵛ scriptione carent.

F. IIᵛ summo libri nota *1587*, ut vid., adcuratissime abrasa, inferius *Expositio in Psalteriu(m) ex Varijs Patribus*, m. ⟨L. Allatii⟩.

Codicem breviter describunt Karo-Lietzmann, op. cit., p. 50, et Rahlfs, *Verzeichnis d. griech. Hss. d. Alten Testam.*, p. 263, memorat Ioh. Ba. Pitra, Analecta sacra II, 406 et 407.

Integumentum omnino ut in codd. 1555 et 1612, quorum enarrationes vide; dorsum tineae aliquantum adroserunt.

1618 (olim 1577). Saec. XVI, chart., mm. 305 × 207, ff. I. 341, linn. 30.

e v a n g e l i a q u a t t u o r conmentariis sive potius c a t e n i s plerumque lemmatis carentibus explanata: [1] (ff. 1–156) catena in evang. sec. M a t t h e u m sive P s. P e t r i L a o d i c e n s i s conmentarius qui dicitur (typ. II apud Karo-Lietzmann, Catenar. graecar. catal., pp. 123 sq.; cf. quoque C. F. G. Heinrici, *Des Petrus v. Laodicea Erklärung des Matthäusevang.* etc. [*Beiträge z. Gesch. u. Erklärung des N. T.*, V], Leipzig 1908, p. XIX; R. Devreesse, *Chaînes exégétiques grecques*, in *Dict. de la Bible*, suppl., I, coll. 1165 sq.; I. Reuss, *Matthäus-, Markus- u. Iohannes-Katenen* etc. [*Neutestamentl. Abhandl. hrsgg. v. ... M. Meinertz*, XVIII B., 4–5], Münster i. W. 1941, pp. 81 n. 3, 89, 90, 91, 92 et 96); [2] (ff. 157–210) catena in evang. sec. M a r c u m sive P s. V i c t o r i s A n t i o c h e n i conmentarius qui nuncupatur (cf. Devreesse, op. cit., coll. 1175 sqq., nec non Reuss, op. cit., pp. 118 et 126); [3] (ff. 211–266ᵛ) catena in evang. sec. L u c a m sive P s. T i t i B o s t r e n s i s conmentarius qui indigitatur, *τ. ἐν ἁγ. Τίτου ἐπισκ. Βόστρων καὶ ἄλλων τινῶν πατέρων ἁγίων, ἑρμηνεία κτλ.* cod. (cf. I. Sickenberger, *Titus v. Bostra* etc., in *Texte u. Untersuch. z. Gesch. d. altchristl. Lit.*,

N. F., VI, 1 [1901], pp. 16–41; Devreesse, op. cit., coll. 1181 sq.); [4] (ff. 267–339ᵛ) catena in evang. sec. **Iohannem** ex **Iohannis Chrysostomi** operibus uti plurimum excerpta atque interrogationum responsionumque in modum redacta, *ἑρμηνεια ἐν ἐπιτομῇ εἰς τὸ κατὰ Ἰωάννην ἅγιον εὐαγγέλιον· ἀπὸ διαφόρων ἁγίων πατέρων τὴν σύνταξιν ἔχουσα* cod. (cf. Devreesse, op. cit., coll. 1195 sqq.; Reuss, op. cit., p. 220).

Marginibus auctorum nomina inscribuntur (ad catenam tantum in evang. sec. Mattheum); recentior autem nescio quis (an Iohannes Mattheus Caryophyllus?) omissa subplevit, variantes lectiones ex alio codice protulit, lemmata quoque interdum conrexit (et ipse in catena dum taxat in evang. sec. Mattheum).

Librum, eiusdem viri manu exaratum, qui ff. 1–4. 301–4 codicis 1503 subplevit, fasciculi 43 efficiunt, quaterniones omnes (vicensimo dum taxat excepto, binione), ab ipso scriba in angulo inf. dextro primae singulor. paginae subputati (α:-ον – κ:-ον = ff. 1–156, et rursus α:-ον – κγ:-ον = ff. 157–340). Tituli, litterae initiales, evangelii textus, lemmata denique rubro liquore descripta, taeniolae titulis inpositae plerumque rubro atramentoque, semel (f. 211) rubro tantum exornata. Officinar. chartariarum signa ancoras duas saepissime notavimus, utramque circulo inclusam, stella radiorum sex utrique superinposita, quorum insignium alterum litterae incertae (an potius alia figura?) comitantur (cf. ff. 1 + 8 sqq.), alterum vero litterae AT (cf. ff. 208 + 209 sqq.): in folio addito (cf. f. I) arcuballista litteraeque PS circulo insertae obcurrunt, cui circulo flosculum trium foliorum insidet. Chartae 156ᵛ. 210ᵛ. 340ʳ⁻ᵛ vacuae.

F. I superne manus XVII saeculi ineuntis scripsit *Commentarius in Marcu(m) e(st) ide(m) cu(m) comment. Victoris Antiocheni edito a Peltano lat. / sed iste illo paulo diffusior est*, post quae verba nescio quis plumbo notavit...... *Titi Bostror(um) ep(iscop)i*. F. Iᵛ contentorum pinacem latinum iniecit <L. Allatius> idemque, ni fallor, libri notam antiquiorem summo margini a se adpictam (*1577*) in *1618* conrexit.

Codicem paucis descripserunt Karo-Lietzmann, Catal., p. 124, et Sickenberger, op. cit., p. 18, paullo amplius Reuss, op. laud., p. 90, memorant V. Soden, *Die Schriften des N. T.* etc., I, 1, p. 257, et Gregory, *Textkritik des N. T.*, 184.

Integumentum simplici membrana obductum.

1619. Saec. XV in., chart. (ff. 1–55 membran.), mm. 274 × 200, ff. I. 231, linn. 25 (ff. 1–55), 32–33 (ff. 56–182) et 29–33 (ff. 186–228).

1 Manuelis II Palaeologi orationes [1] (ff. 1–14ᵛ) in Dormitionem ss. Deiparae, praecurrente (f. Iᵛ) argumento (ed. e nostro codice M. Jugie, Patrol. Orient. XVI, 543–66); [2] (ff. 15–29ᵛ) in s. Mariam Aegyptiacam, *τοῦ αὐτοῦ εὐσεβεστάτου καὶ φιλοχρίστου βασιλέως Μανουὴλ τοῦ Παλαιολόγου, λόγος, ὅτι ἡ μὲν ἁμαρτία, τὸ πάντων χείριστον· δεῖ δέ, μηδένα ἀπογινώσκειν· μήτε ἑαυτόν, μήτε ἕτερον· κρίνειν δὲ ἑαυτόν, καὶ οὐχ ἕτερον· καὶ τοὺς ἡμαρτηκότας,*

οὐ μισεῖν ἀλλ' ἐλεεῖν· καὶ περὶ μετανοίας καὶ τῆς τοῦ θεοῦ προνοίας, καὶ ἀγάπης καὶ φιλανθρωπίας cod. (de hac oratione deque insequentibus duabus cf. L. Petit, art. *Manuel II Paléologue*, in *Dict. de théol. cath.* IX, 2, coll. 1928 sq.), inc. ⟨Ὁ⟩ *λόγος οὗτος, ὁ τῆς ὁσίας ἡμῖν τὸν βίον ἄριστα διαζωγραφήσας*, des. *πρὸς ἀκριβῆ κατάληψιν τῆς τοῦ σωτῆρος φιλανθρωπίας· αὐτῷ ἡ δόξα κτλ.*; [3] (ff. 30–46ᵛ) in nativitatem D. N. Iesu Christi, *λόγος, περὶ τῆς εἰς τὸ ἡμέτερον γένος, οἰκονομίας καὶ προνοίας τοῦ κυρίου κτλ.* cod., inc. ⟨Ο⟩*ὐδ' ἄν, ἐν δήπου γένοιτο χεῖρον*, des. *νικῆσαι δὲ τὸν ἐξ αρχῆς καταβεβληκότα τὸ γένος, καὶ κοινωνοὺς ἡμᾶς ἀναδεῖξαι τῆς ἐν οὐρανῷ βασιλείας· ἧς γένοιτο πάντας ἐπιτυχεῖν κτλ.*, praefixa (f. 29ᵛ) contentorum declaratione in conpendio (+ *ὁ παρὼν λόγος, παραινεῖ χάριν εἰδέναι τῷ θεῷ — ἀναγινώσκεται δὲ τῷ μεγάλῳ σαββάτῳ, πρὸ τοῦ ἐπιταφίου κανόνος*); [4] (ff. 47–54ᵛ) ⟨in s. Iohannem Baptistam⟩, inc. ⟨Χ⟩*ρεὼν ἐστιν ἅπαντας τιμᾶν, τοὺς τὸν θεὸν ἐσπουδακότας τιμᾶν*, des. *εὐμενῶς εὖ οἶδα προσδέξεται, καὶ μεταδώσει τῶν ἐν οὐρανοῖς ἀγαθῶν· αὐτῷ ἡ δόξα κτλ.* (non est mutila initio, ut minus recte adfirmant Hagiogr. Bollandiani, Catal. codicum hagiogr. graecor. Bibl. Vat., p. 141, titulum enim dum taxat litteramque initialem omisit rubricator).

2 Xenophontis [1] conmentariorum (ff. 56–69ᵛ) lib. I, (ff. 69ᵛ–85) lib. II, (ff. 85–101) lib. III, (ff. 101ᵛ–118) lib. IV (marginibus lemmata graeca vir XV saeculi non raro iniecit, cf. infra), [2] (ff. 118–134ᵛ) Cynegeticus, [3] (ff. 135–145ᵛ) Hipparchicus, [4] (ff. 145ᵛ–156ᵛ) Hieron, [5] (ff. 157–169ᵛ) de re equestri, [6] (ff. 169ᵛ–179) de Lacaedemoniorum republica, cum parvo schemate in marg. externo folii 177 (ed. e cod. Laurent. LV, 21 L. Dindorf in praef. edit. Oxon., p. xxiv), [7] (ff. 179–181 lin. 14) de Atheniensium republica*, abrump. in vv. *μάλιστα ἦσαν Ἀθηναίων* (I, 16) quaternionis casu in exemplari (cf. G. Pierleoni, Xenophontis opuscula, p. lxxvii), [8] (ff. 181 lin. 14–182) de reditibus, inc. mut. *καὶ σοφισταὶ καὶ φιλόσοφοι* (V, 4).

3 (ff. 188ᵛ–210ᵛ) **Manuelis II Palaeologi** praecepta C ⟨educationis regiae⟩ (P. G. 156, 320–84), praemissa (ff. 186–188ᵛ) epistula prohoemiali *τῶν ἐφεξῆς κεφαλαίων* (ib. 313–20).

4 (ff. 211–228ᵛ) **Plutarchi*** regum et imperatorum ⟨g r a e c o r u m⟩ apophthegmata, i. e. usque ad Pelopidam inclusive (Moralia, II, edd. Nachstädt, Sieveking et Titchener, pp. 1–70).

Ff. 187ᵛ. 197ᵛ et 211 lemmata non nulla obcurrunt eadem manu quam supra notavimus.

Codicem e tribus libris vel librorum partibus conpactum diversae manus (licet eiusdem temporis vel fere) ostendunt linearumque numeri inaequales, secundum tamen ac tertium *βιβλίον* iam antiquitus coniuncta esse vel certe unius possessoris lectorisve in

manibus fuisse lemmata graeca indicant utriusque marginibus ab uno eodemque viro saec. XV adpicta, i. e., nisi egregie fallor, a Guarino Veronensi, Francisci Barbari, ad quem codex deinde pertinuit, praeceptore (cf. ex. gr. verba graeca in epistt. autographis quas praebet cod. Vat. lat. 3908, ff. 156 et 221).

Partem primam (ff. I–55), candidis membranis consartam eodemque perscriptam calamo a quo codices Vat. gr. 1580 (cuius enarrationem vide) et Crypt. *Z. δ. l.* nec non Barb. gr. 219 fluxerunt, quaterniones octo efficiunt graeca subputatione in imis marginibus primi ultimique singulorum folii ab ipso librario distincti. Cum Palaeologi oratio in Dormitionem ss. Deiparae supra recensita titulum prae se ferat τοῦ αὐτοῦ.... βασιλέως Μανουὴλ κτλ., aliud quid eiusdem auctoris ante illam exstitisse autumavit G. Pierleoni in dissert. infra memoranda: cuius viri docti sententiae vel hoc obstare videtur, codicis nostri primo fasciculo notam α' (cf. f. 7ᵛ) scribam ipsum adpinxisse, qua re potius, me quidem iudice, censendum alium vel alios codices Manuelis operum librarium ante nostrum transscripsisse atque consuetudine ductum illud 'τοῦ αὐτοῦ' in huius quoque capite minus recte iterasse. Orationum tituli, αἱ ὑποθέσεις, litterae initiales grandiorisque moduli diluto cinnabari delineata. F. 55ʳ⁻ᵛ scriptione vacat.

Ff. 56–185 in quiniones 13 distributa repperies, notis numeralibus vel ad praesens omnino carentes; quae folia librarius a praecedentis elegantia multum distans, adcuratus tamen exaravit. Tituli, litterae maiores et maximae rubro colore nunc evanido descripta, taeniolae vero titulis inpositae vel rubro tantum vel rubro atramentoque. Signum officinae chartariae unum idemque saepissime obcurrit (cf. ff. 59 ... 184), incus nimirum, ex qua crux surgit (cf. Briquet nr. 5953). Chartae 182ᵛ–185ᵛ purae.

Tertia pars fasciculos quinque conplectitur (5 ternionem, cett. quiniones), a nescio quo perite atque eleganter descriptos, nulla vel hodie nota numerali nullibi subputatos. Tituli, litterae initiales atque maioris formae, ornatus f. 186 rubro colore, delineata. Officinae chartariae insigne quod unicum invenies: (ff. 187 + 194 ... 227 + 230) littera M, ex qua segmentum egreditur (cf. ex. gr. Br. 8349, qui tamen cruculam loco segmenti praebet). Ff. 229–231ᵛ absque scriptione.

Codice ut nunc est iam consarcinato inque Francisci Barbari senioris bybliothecam reposito, folio I summo contentorum indiculum latinum ipse forsitan iniecit: *In hoc uolumine Francisci Barbari Veneti patricii et procuratoris s(an)c(t)i Marci infrasc(ri)pta continent(ur)* etc. (cf. quoque pinacem graecum librorum τοῦ λαμπροτάτου Βαρβάρου in cod. Vat. lat. 7246, f. 124). Ibid. mediae paginae scidula mm. 45 × 141 glutine adhaeret, qua in alius index latinus, sed brevior, manu saec. XV inscriptus (non autem typis inpressus, ut perperam adfirmavit G. Pierleoni, cf. infra).

Librum, praeter Hagiographos Bollandianos, Catal. codd. hagiogr. graecor. Bibl. Vat., p. 141, descripsit G. Pierleoni in *Studi ital. di filol. class.* VI [1898], pp. 69 sq.; qui tamen ff. I–55, Manuelis II Palaeologi (+ 1425) orationes praebentia, saeculo XII tribuit notamque Francisci Barbari supra relatam parum adcurate transscripsit. Memoravit dum taxat Ioh. Mercati, *Pro Adriano*, in *Revue biblique* N. S. XI [1914], p. 250 n. 1 (= *Op. min.* III, p. 386 n. 4).

Tegmen ἰδιοχρώμῳ membrana vestitum praebet in dorso tesseras gentilicias Leonis XIII P. M. et Io. Baptistae Pitra card. bybl. (1869–89).

1620 (olim 1583). Saec. XVI in., chart., mm. 330 × 229, ff. III. 167, linn. 30.

⟨**Alexandri Aphrodisiei** *⟩ commentarii in quinque postremos libros Metaphysicae Aristotelis (ut monet notula summo folio 1 ab eodem viro Gallo saeculi XVI ex. adpicta qui similem inscriptionem in fronte libri 1617 notavit: aliae notulae initio singulor. librorum obcurrunt): [1] (ff. 1–24v) in ⟨librum⟩ *I* (M. Hayduck, Comment. in Aristot. graeca edd. cons. et auctor. Acad. litterar. reg. Borussicae, I, pp. 602–32), des. ut in cod. A, [2] (ff. 25–49v) in ⟨librum⟩ *K* (ib. 633–67), [3] (ff. 50–88) in ⟨librum⟩ *Λ* (ib. 668–721), [4] (ff. 88v–141v) in ⟨librum⟩ *M* (ib. 722–93), [5] (ff. 141v–163) ⟨in librum *N*⟩, def. in vv. *τιθέναι τὸ ἀγαθὸν ἐν ταῖς ἀρχαῖς* (ib. 794–824 lin. 4).

Subplementa conrectionesque perquam raro marginibus a librario iniecta, paullo saepius (cf. ff. 18. 54. 62–64) lemmata latina invenies eadem manu qua in codd. 1612, 1617 et 1621–23 (praeter unum graece f. 51v).

Ab eodem scriba exaratus qui codicem 1621 partemque libri 1617 descripsit, fasciculos 17 conplectitur, quiniones uti plurimum (2 est quaternio, novissimus ternio), nulla nullibi nota vel ad praesens distinctos, prima tamen unius cuiusque fasciculi verba in angulo infer. interno praecedentis paginae librarius notavit. Custodiae loco singulus binio initio atque in fine conpactus, quorum prioris prima charta, alterius postrema operculo interno glutine adhaerescit. Officinarum chartariar. insignia: [a] (ff. 1. 5. 7 ... 28. 39 ... 77) siren in circulo (cf. Briquet, nr. 13.884), [b] (ff. 29. 31 ... 37. 162) ancora circulo inclusa, quem stella 6 radior. supereminet (omnino ut in codd. 1621, sub litt. [d], et 1622), [c] (ff. 80. 84. 85 ... 157. 159. 160) arcuballista in circulo, cui circulo lilium superinponitur (omnino ut in cod. 1617, ff. 265 ... 270), [d] (ff. II. III. 165. 166) racemus cui litterae MP insident coronaque superinponitur (omnino ut in cod. 1617 laud.). Ff. 69–74 rabidi mures horride conroserunt, multorum partes supernas (cf. ff. 37 sqq.) umor maculavit absque tamen textus detrimento. Chartarum acies flavo lita colore. Ff. I–III. 163v–167v pura.

F. IIIv summo libri nota antiquior *1583*, ex parte diligenter abrasa, m. L. Allatii. Integumentum omnino ut in codd. 1617 etc.

1621 (olim 1586). Saec. XVI in., chart., mm. 327 × 230, ff. III. 273, linn. 30.

Alexandri Aphrodisiei conmentarii in quinque priores libros Metaphysicae Aristotelis: [1] (ff. 1–66v) in librum *A*, *Ἀλεξ. Ἀφροδ. ὑπόμνημα· εἰς τὰ μετὰ τὰ φυσικὰ Ἀριστοτέλους· τῶν εἰς δύο τὸ πρῶτον* cod., litt. quadr. (omnino ut in cod. A editionis infra citandae), inc. *⟨Ὅ⟩τι δέ ἐστι τιμιώτερον γνῶσις πράξεως κτλ.* ut in cod. A (M. Hayduck, Comment. in Aristot. graeca edd. cons. et auctor. Acad. litterar. reg. Borussicae, I, pp. 2, lin. 3–136), [2] (ff. 67–87) in lib. *α* (ib. 137–70), [3] (ff. 87v–131v) in lib. *B* (ib. 171–236), lac. a vv. *καθ' ἕκαστα. καὶ εἰ οὕτως* ad vv. *ἀγαθὸν καὶ τῇ αὐτοῦ* (ib. 180

lin. 12–182 lin. 22) casu duorum, ut vid., folior. in exemplari, [4] (ff. 132–202) in lib. Γ (ib. 237–343), lac. a vv. *τοιαύτῃ· λαμβάνει ὡς ἑπόμενον — τὸ φαινόμενον ἀλλὰ* (ib. 318 lin. 21–319 lin. 27) ut in cod. A, casu unius folii, ut vid., in archetypo, [5] (ff. 202v–269) in lib. Δ (ib. 344–439).

Emendationes atque subplementa ipsius librarii manu perquam raro in marginibus obcurrunt, multo frequentius latina lemmata idem vir adpinxit qui et in codicibus 1612, 1617, 1620 et 1622–23.

Eadem parum aequabili manu perscriptum, qua libri 1617 (ex parte) et 1620, fasciculi 28 efformant, quiniones uti plurimum (3 et 20 quaterniones, ultimus est binio), singulo bifolio codicis initio atque in fine pro custodia conpacto (prima charta prioris, alterius ultima operculo interno adglutinatur). Fasciculor. notas numerales nullas adposuisse videtur librarius, primum tamen vel prima singulorum verba margini infer. interno paginae praecedentis iniecit. Titulus, ornatus, littera initialis folio 202v rubro colore delineata, atramento cetera. Officinar. chartariarum quae obcurrunt insignia: [a] (ff. 1. 2. 3 etc.) sagittae duae decussatae, quibus inpendit stella sex radior. (cf. ex. gr. Briquet nr. 6301–2, qui tamen hau parum differunt), [b] (ff. 11. 16. 56. 129 etc.) ancora circulo inserta, quem stella sex radior. supereminet (ut in cod. 1617, cf. nr. 480 ap. Briquet, qui tamen minoris est moduli), [c] (ff. 61. 63. 69. 128 etc.) siren in circulo (ut in cod. 1620), [d] (ff. 68. 133. 201 etc.) alia ancora ut supra, sed paullo minoris formae (omnino ut in codd. 1620 et 1622), [e] (ff. II. 271 et 272) racemus, cui litterae MP insident coronaque superinponitur (omnino ut in codd. 1617, 1620 et 1622). Chartae 1 sqq. umore superne non nihil tactae, orae interiores non nullae male habitae scidularum ope refectae (ff. 1–6). Libri sectio summa, externa, ima flavo colore tincta. Ff. I–III. 269v–273v scriptionis expertia.

Folii IIIv in summo fastigio nota libri antiquior *1586*, ⟨m. L. Allatii⟩, diligenter abrasa. F. 1 superne, manu eiusdem viri Galli qui similes inscriptiones in fronte libror. 1617, 1620, 1622 et 1623 notavit, inscribitur ***Alexandrj Aphrodisei*** (sic) ***Co(m)mentarius / in Metaphysicam Aristotelis***: quae pone verba ⟨L. Allatius⟩ subiecit ***in quinq(ue) priores libros.***

Codicem memorat dum taxat Brandis, ***Die Aristotelischen Hss. d. Vatikan. Bibliothek***, p. 34.

Tegumentum omnino ut in codd. 1555, 1612, 1617, 1620 et 1622.

1622 (olim 1587). Saec. XVI in., chart., mm. 332 × 230, ff. IV. 501 (+ 68a), linn. 30.

Aristotelis in Ethicae ad Nicomachum libros X variorum commentarii: [1] (ff. 1–89) ⟨**Eustratii Nicaeni in lib. I**⟩ (ed. G. Heylbut, Comment. in Aristot. graeca edd. cons. et auctor. Acad. litterar. reg. Borussicae, XX, pp. 1–121, et cf. Io. Mercati, *Fra i commentatori greci d'Aristotele*, in *Mélanges d'Archéologie et d'Histoire* etc., XXXV [1915], pp. 198–202 ([= *Opp. minori* III, 464–467]), praefixa inscriptione ***Eustratii Comment. in Ari-***

stotelis ethica, eadem gallica manu saec. XVI, quae initio codicum 1617, 1620, 1621 et 1623, f. 136 huius modi titulos adpinxit; [2] ⟨**Aspasii**⟩ [a] (ff. 92–111^{v}) in lib. I, inc. ⟨*T*⟩*ην διαλεκτικὴν ἔνιοι ἔφασαν* ut in cod. N (ed. Heylbut, Comment. in Aristot. gr. etc., XIX, I, pp. 3, lin. 10–36), [b] (ff. 111^{v}–124) in lib. II (ib. 37–57), [c] (ff. 124–147^{v}) in lib. III (ib. 58–94), [d] (ff. 147^{v}–166^{v}) in lib. IV (ib. 95–126), *Ἀσπασίου φιλοσόφου* etc., cod.; [3] (ff. 167–213^{v}) **Michahelis Ephesii** in lib. V (ed. M. Hayduck, Comment. in Aristot. gr. etc., XXII, III, pp. 1–72, et cf. Mercati, op. cit., pp. 194–195 [= 460–461]), subfixis, nulla fere distinctione facta, (ff. 213^{v}–215^{v}) ⟨**Alexandri Aphrodisiei** quaestionibus ethicis 3, 30 et 10⟩ (ed. I. Bruns, Supplementum Aristotelicum, II, II, pp. 121 sq., 161–163 et 130 sq.); [4] (ff. 215^{v}–317^{v}) **Eustratii Nicaeni** in lib. VI (ed. Heylbut, Comment. in Aristot. gr., XX, pp. 256–406); [5] (ff. 317^{v}–357) anonymi in lib. VII (ib. 407–460); [6] **Aspasii** [a] (ff. 357–377) in lib. VII, sub eadem inscript. atque in cod. N (ed. Heylbut, Comment. in Aristot. gr., XIX, I, pp. 127–157) et [b] (ff. 377–395) in lib. VIII (ib. 158–186); [7] **Michahelis Ephesii** [a] (ff. 395–438^{v}) in lib. IX (ed. Heylbut, Comment. in Aristot. gr., XX, pp. 461–528), lacc. a vv. *διήκει τοιοῦτόν ἐστιν* ad vv. *ὁ δῆμος καὶ ἐν τοῖς* (ib. 502 lin. 23–504 lin. 12) et a vv. *κατ᾿ ἀρετὴν ἐνεργεῖν* ad vv. *τὸ ζῆν ἀγαθὸν καὶ ἡδύ* (ib. 514 lin. 33–516 lin. 20) propter folior. duorum, ut videtur, casum in exemplari (utramque lacunam fenestra librarius indicavit, cf. ff. 422–23 et 429^{v}–30^{v}), [b] (ff. 439–497) ⟨in lib. X⟩ (ib. 529–620), des. *θεοειδεστάτοις καὶ λόγον μόνον ζητοῦσαις* (de hoc libro deque superiore cf. Mercati, op. cit., pp. 195–198 [= 461–464]).

Marginibus conrectiones fere nullae iniciuntur, lemmata vero latina ab eodem viro saeculi XVI, qui similia in libris 1612, 1617, 1620, 1621 et 1623 notavit, frequenter adpinguntur.

⟨**Michahelis Damasceni**⟩ calamum prodens (cf. libri 1617 ff. 1–94^{v}) in partes duas distinguitur, quarum prior (= ff. IV–90) novem fasciculos, quadraginta et unum altera (ff. 91–498) conplectitur, quiniones uti plurimum, nono scil. dum taxat excepto, senione, nec non quinquagesimo, quaternione: quos fasciculos litteris alphabeti graeci in utraque parte librarius ipse distinxit (*α-ι* et *α-ω* + *Α-Ρ*), chartas quoque 1–5 unius cuiusque quinionis numeris *α'-ε'* pone ipsorum notas adpictis diligenter subputans (*αα'*, *αβ'* ... *βα'*, *ββ'* etc.), primum autem vel prima verba singulor. fasciculor. chartae praecedentis margine inf. interno ad maiorem cautelam inscribens. Codicis initio atque in fine singulus binio custodiae in locum conpactus, prioris tamen prima charta, alterius ultima operculo interno adglutinatur. Litterae initiales nunquam non desunt. Officinae chartariae insigne unum idque saepissime obcurrit, ancora nimirum circulo inscripta, quem stella sex radior. supereminet (cf. ff. 1 ... 90 ... 99 ... 430 atque omnino simile signum quod in enarrandis codicibus 1620 et 1621 notavimus), in foliis vero additis (II. III. 499. 501)

racemus cui litterae MP regiaque corona superinponuntur (omnino ut in libris modo laudatis et in 1617). Chartae I–IV. 89v–91v. 497v–501v vacuae. Libri sectio croceo liquore tincta.

Folii IVv in ora summa codicis num. antiquior *1587* (fere omnino abrasus), manu ⟨L. Allatii⟩, paullo inferius contentorum indiculus latinus ab eodem iniectus.

Librum describit Chr. A. Brandis, *Die Aristotelischen Hss. d. Vatikan. Bibliothek*, p. 29 (sub num. 175), paucis memorant Heylbut et Hayduck in praeff. editionum supra memoratarum nec non Io. Mercati in dissert. laudata.

Integumentum omnino ut in codicibus 1555, 1612, 1617, 1620 et 1621.

1623 (olim 1588). Saec. XIII ex., chart., mm. 334 × 260, ff. I. 222. linn. 51–56.

1 **Iohannis Zonarae** historiarum epitomes libri VI–XVIII (secundum partitionem post Ducangium usitatam): 1 (ff. 1–5) lib. VI, inc. mut. *Ἰουδαίους κακῶν· τοσοῦτον δὲ* (Dindorf II, 50 lin. 17), 2 (ff. 5–16, lin. 22) lib. VII, praemisso lemmate *περὶ Ῥώμου καὶ Ῥωμύλου· καὶ τῶν Ῥωμαίων :· περὶ τοῦ Αἰνείου*, 3 (ff. 16, lin. 22–26v, lin. 23) lib. VIII, 4 (ff. 26v, lin. 23–37v) lib. IX, 5 (ff. 37v–51, lin. 21 a. i.) lib. X (initio notatur *ἀρχὴ τῆς περὶ τῶν αὐτοκρατόρων ἱστορίας*), 6 (ff. 51, lin. 21 a. i. — 60v, lin. 4) lib. XI, 7 (ff. 60v, lin. 4–72) lib. XII, quo in (f. 70v, lin. 24 a. i.) lacuna hiat a vv. *δαιμόνων εἰς λειτουργίαν* ad vv. *τῆς πίστεως ἀσυμπαθῶς* (Dindorf III, 158, 1–162, 26), cum adpend. *ἐν δὲ τῇ Ῥώμῃ — τῷ λειτουργήματι* (ib. 169–71) sub lemm. *περὶ πατριαρχῶν*, 8 (ff. 72–82v, lin. 10 a. i.) lib. XIII, 9 (ff. 82v, lin. 9 a. i. — 93v) lib. XIV (folii 93 in marginibus externo atque inferiore non nulla de s. G e r m a n o I patr. Cpolitano *ἀφ' ἑτέρου χρονικοῦ*, i. e. ex T h e o p h a n i s chronographia, depromuntur, verba nimirum *ψήφῳ καὶ δοκιμασίᾳ — ἐπὶ Ἀρτεμίου βασιλέως*, ed. de Boor 384, 22–385, 4), 10 (ff. 93v–104v) lib. XV, praemisso lemm. *βασιλεία Λέοντος τοῦ Ἰσαύρου τοῦ καὶ Κόνωνος*, 11 (ff. 104v–116) lib. XVI (initio notatur *βασιλεία Ἰωάννου τοῦ Τζυμυσκῆ*, 12 (ff. 116–126v) lib. XVII, 13 (ff. 126v–135) lib. XVIII (praemisso in marg. lemmate *βασιλεια Μιχαὴλ στρατιωτικοῦ του γέροντος*), cuius in fine notatur litteris purpureis *ἐνθάδε τέρμα, καὶ θεῷ νέμω χάριν* + + +.

2 **Nicetae Choniatae** historia, *ἱστορία ἀρχομένη ἀπὸ τῆς βασιλείας τοῦ Κομνηνοῦ κυροῦ Ἰωάννου συγγραφεῖσα παρὰ τοῦ σεβαστοῦ καὶ ἐπὶ τῶν κρίσεων· ἐσύστερον δὲ γεγονότος, καὶ λογοθέτου τῶν σεκρέτων, Νικήτα τοῦ Χωνιάτου· καὶ καταλήξασα μέχρι τῆς βασιλείας τοῦ ἐκ Φράγγων Ἐρρὴ τοῦ Φλάντρας* cod. (summo f. 136 eadem gallica manus quam in codd. 1617, 1620, 1621 et 1622 enarrandis memoravimus notavit *Nicetae Choniatae De Comneno Imperat. et Aliquibus Imperat. orientalib*[*us*]): 1 (ff. 136–143v) ⟨praefatio sive

de Iohanne Comneno⟩ (P. G. 139, 320–76), cuius in fine notatur in marg. *δεῖ εἰδέναι ὡς ὁ συγγραφεὺς οὗτος πλατέως τὰ κατὰ τὸν βασιλέα Μανουὴλ διηγεῖται· ἐπεὶ καὶ πρόφασις αὐτῆς τῆς συγγραφῆς, τὰ τοῦ βασιλέως τούτου γεγένηται*; [2] de Manuele Comneno (ff. 143v–147) lib. I, (ff. 147–152) lib. II, (ff. 152–156) lib. III, (ff. 156–160) lib. IV, (ff. 160–163v) lib. V, (ff. 163v–168) lib. VI, et (ff. 168–172) lib. VII; [3] (ff. 172–180) de Alexio Comneno; [4] de Andronico Comneno (ff. 180–186v) lib. I, et (ff. 186v–192) lib. II; [5] de Isaacio Angelo (ff. 192–197v) lib. I, (ff. 197v–201) lib. II, et (ff. 201–206) lib. III; [6] de Alexio Isacii Angeli fratre (ff. 206–210) lib. I, (ff. 210–213v) lib. II, et (ff. 213v–219v) lib. III; [7] (ff. 219v–222) de Isacii Angeli una cum Alexio filio iterato imperio; [8] (f. 222–222v) de Alexio Duca Murzuflo, abrump. in vv. *περιφοιβῶντα λαόν· οἱ δ' | οὔτ' ἐπείθοντο* (P. G. 139, 954 A 19).

Subplementa, *σφαλμάτων* medelae, admonitiones librarii manu interdum obcurrunt, lemmata vero frequentissime sive ab eodem marginibus iniecta sive a recentioribus tribus, quorum primus graeca et latina saeculo XV adscripsit (cf. ex. gr. ff. 132v–133), alter latina tantum XVI (hunc similia in codicibus 1612, 1617, 1620, 1621 et 1622 notantem iam deprehendimus) passim adiecit (cf. ff. 23, 24 etc.), tertius denique (cf. ex. gr. ff. 96v et 117v) Gallus est quem supra memoravimus.

Singulis chartis omnino dissolutis atque a recentiore bybliopego denuo conpactis, fasciculorum rationem (quae quidem initio fuerit) dispicere vetaremur, nisi unum quemque primae chartae in margine inferiore medio vel dextro latini alphabeti litteris nescio quis usque ad folium saltem 128 numerasset (in altera enim libri parte, Nicetae historiam conplectente, eius modi notae nullae nullibi obcurrunt): quae saeculi XVI (procul dubio) subputatio Zonarae historiam quaterniones 20 tunc temporis conprehendisse demonstrat, ex quibus *a-c* hodie desunt, *d* folium primum amisit, *e-u* integri servantur, nisi quod (ut et in reliquo codice) chartas prope omnes mador inquinavit, non nullas teredo perforavit, exili tamen *τοῦ κειμένου* detrimento. Codex ab uno eodemque librario subflavo liquore diligenter exaratus ab ipsoque, quantum potuit, mendis repurgatus litteras initiales, titulos, notabilia, interdum lemmata quoque marginibus adpicta purpureo liquore delineata praebet. Foliorum fere omnium orae angulique scidularum chartacearum ope in glutinatorum officina Vaticana satis *ἀμούσως* resarta. Libri sectio flavo colore lita. Chartae Iv et 135v vacuae.

F. I, additum (signum officinae chartariae arcuballista circulo inclusa, quem lilium supereminet, cf. Vat. gr. 1620, f. 84 ex. gr.), exhibet in faciei rectae summo fastigio libri notam antiquiorem, *1588* videl., fere omnino abrasam, manu ⟨L. Allatii⟩, qui contentorum quoque indiculum latinum subiunxit. Codicem olim una cum libris 1612, 1617, 1620, 1621 et 1622 adservatum esse tum lemmata ab eodem lectore vel possessore saeculi XVI ipsorum marginibus iniecta tum tituli a Gallo coaevo supra memorato fere omnibus adpicti luculenter testantur.

Liber latuisse videtur Theodorum Büttner-Wobst, *Studien z. Textgesch. v. Zonaras*, in *Byzant. Zeitschr.* I (1892), pp. 202-44, nec non U. Philippum Boissevain, *Zur handschriftl. Überlief. d. Zonaras*, ibid., IV (1895), pp. 250-71.

Integumentum simplici membrana vestitur, in dorso stemmata Pii IX P. M. et A. Tosti card. bybl. (1860-66) auro inprimuntur.

1624. Saec. XVI, chart., mm. 333 × 234, ff. I. 38, linn. 6-25).

Iohannis Acciaiuoli * (ff. 3-34ᵛ) carmen de vita rebusque gestis Caroli V imperatoris, versibus politicis, qui dicuntur, expressum, inc. *⟨Ἄ⟩ναρχε ἀτελεύτητε, κύριε παντοκράτορ, δημιουργὲ τῶν ὁρατῶν, πάντων καὶ ἀοράτων*, des. *θεοπρεπῶς δοξάζεσθαι, ἐν φόβῳ τε καὶ τρόμον, πάντοτε, νῦν τε καὶ ἀεί, εἰς ἅπασα* (sic) *τὸν κόσμον. Ἀμὴν γένοιτο*. Praecurrunt (f. 1) inscriptio metrica *⟨Δ⟩ιήγησιὲ συνοπτηκῆ, μεγάλου βασιλέου, Καρόλου πέμπτου σὺν θεῷ, τοῦ ἡγεμόνων κλέος :· ποίημα δὲ ὡς ἄδεται, καὶ κόπος τοῦ εἰς τέλος, διαλαμβάνη τοὔνομα, καὶ πάβεται τὸ μέλος*, et (ff. 1ᵛ-2ᵛ) prohoemium, inc. *Ἄπειρος δὲ εἰμὶ ἐγώ, γραμμάτων καὶ σοφίας*, des. *μετὰ ψυχῆς εἰλικρινοὺς, καὶ καθαρὰς καρδίας*, subsequuntur vero (ff. 35-36ᵛ) conclusio sub acrostichide *Ἰωάννου Ἀξαγιώλου τοῦ πρωτοκόμητος Κορώνης* (inc. *Ἰδοῦ ἡ βίβλος σὺν θεῷ, ἐν Παρθενόπη πέρας, εἴληφε κτλ.*, des. *τῶν εὐσεβῶν κ' ὑποταγὴν, πάντες τῆς βασιλείας. Ἀμὴν γένοιτο*), nec non (f. 36ᵛ) admonitiones duae, quarum prior inc. *Καὶ ἥτις* (*εἴ τις* scil.) *ἐναντιειθῆ, τ' ἀντιβολῶ καὶ γράφω*, altera duobus hisce versibus conprehenditur *⟨Ε⟩ἰ θέλης γνῶναι φίλτατε, τὸν ποιητὴν τῆς βίβλου, τῶν κεφαλαίων πρόσεξε, τοῦ παρελθόντος φύλλου*).

Spatia vacua pagina fere in omni ad imagines, ut videtur, excipiendas relicta sunt, lemmata duo a manu coaeva marginibus iniecta obcurrunt ff. 8ᵛ et 20ᵛ.

Quaterniones 5 conplectitur (ultimi folium sextum nullo textus detrimento excisum est), in angulo inf. interno primae unius cuiusque fasciculi chartae notis arabicis distinctos. Litterae initiales persaepe desunt, quas minio pingendas rubricatori librarius reliquerat. Officinae chartariae insigne (cf. ff. I. 1. 2 ... 33. 34. 36) angelus est benedicens circulo inclusus ovatae formae (cf. Briquet nr. 642, qui tamen maioris est moduli). Chartae 37-38ᵛ scriptione vacant.

F. I superne notatur *Della vita di Carlo Quinto In Greco*, in media pagina *Ἰούλιος ὁ Καπάκιος ἔπεμψε* (de hoc viro e neapolitano genere 'Capacci' certe oriundo nihil comperi). F. Iᵛ summo codicis nota antiquior adcuratissime abrasa titulusque latinus

* Idem est procul dubio atque Iohannes Coronaeus (*Ντζάνε ὁ Κορωναῖος*), cuius poëma de rebus gestis Mercurii Buae ed. K. N. Sathas, *Ἑλληνικὰ ἀνέκδοτα*, I, Athenis 1867, cf. quoque Sp. P. Lampron, *Νέος Ἑλληνομνήμων* IX (1912), pp. 466 sq. De Iohanne v. Ch. Gidel, *Nouvelles études sur la littérature grecque moderne*, Parisiis 1878, pp. 541-44 et 554.

Ioannis Axiagioli uita Caroli V Imperat(o)ris Carmine Politico, manu <L. Allatii>. F. 1 summo librarius ipse versus hosce inscripsit: <Ὁ> γὰρ γεννήσας λέγουσιν, υἱὸν οὐκ απεθένη, διὸτ' αὐξάνει σὺν θεῷ, τὸ γένος καὶ πληθένει.

Tegmen flexibili membrana confectum ligaminum non nisi reliquias retinet.

1625 (olim 1535). Saec. XIII, membran., mm. 350 × 255, ff. I. 361 (+ 90a), 2 coll., linn. 21.

Evangeliarium totius anni secundum morem Constantinopolitanum, notis ecphoneticis antiquioribus, quae dicuntur, instructum.

A. Lectiones pro festis mobilibus, fere ut apud Gregory (*Textkritik* etc., pp. 344-64), iis tantum modo exceptis quae infra notabuntur.

[1] (ff. 1-44) Iohannes a Pascha usque ad Pentecosten, omisso evang. in matutino Pentecostes. Lectio feriae sextae 5 hebdom. ut apud Scholz et Scrivener (Ioh. X, 17-28), in vigilia Pentecostes ad Ioh. XXI, 19 notatur τέλος τῆς τιμίας ἀλύσεως (huius modi notae et alibi obcurrunt, cf. ex. gr. ff. 4v. 120v. 125). [2] (ff. 45-117) Mattheus, in quo discrepant lectiones feriae III post Pentecosten (ut Evl. 292), sabbator. 10 et 15 hebd. (ut Evl. 32), sabbati 16 hebd. (ut in ed. Rom. a. 1880), dominicae 16 hebd. (ut Evll. 32 et 292), ante vero pericopam feriae secundae 12 hebd. notatur + ἀρχὴ τοῦ Μάρκου. In fine rubrica Χρὴ γινώσκειν ὅτι τὸ εὐαγγέλιον τῆς Χαναναίας omnino ut in Evl. 303. [3] (ff. 118-215v) Lucas, in quo differunt pericopae feriae sextae 4 hebd. (Lc. IX, 12-18), dominicae 4 hebd. (ut Evl. 303), feriae tertiae 6 hebd. (ut ap. Matthäi), dominicae 11 hebd. (ut Evl. 31 et 292), dominicae 14 hebd. et sabbati 16 hebd. (ut Evl. 32). Dominica 17 hebd., i. e. τῆς Χαναναίας, pericopa indicatur dum taxat (ζήτει ὄπισθεν εἰς τὸν Ματθαιον· εἰς κυριακην ιζ' ἐκεῖ προέγράφη, nempe Mt. XV, 21-28); insequuntur lectiones pro sabbato et dominica ante Carnisprivium (ut ap. Scrivener, cf. Gregory 359). Subduntur (ff. 215v. 218r-v) lectiones in pervigiliis 1 hebd. ieiunior. recitandae (duae primae et ultima tantum indicantur, pro lectione feriae sextae remittitur ad 2 sept., cf. infra). [4] (ff. 219-231v) e Marco lectiones sabbato-dominicae Quadragesimae (diebus dominicis evang. εἰς τὸν ὄρθρον nunquam ponitur, si Palmarum diem tantum excipias); dominica 1 hebd. legitur Ioh. I, 43-51 (apud Gregory 44-52, errore, ut vid.). [5] (ff. 231v-261v) lectiones Magnae hebdomadae, ex quibus discrepant feriae 2 mane (ut ap. Scrivener) et vespere (προεγράφη εἰς τὸν ὄρθρον ἕτερον ζητει κυριακην ε' τῶν νηστειῶν), feriar. 3 et 4 mane (ut Evl. 32), feriae 5 mane (Mc. XIV, 1-11); eadem die εἰς νιπτῆρα legitur Ioh.

XIII, 3–11 et (*μετὰ τὸ νίψασθαι*) XIII, 12–17, ut apud Gregory, inter vero missar. sollemnia enuntiantur Matth. XXVI, 1–20, Ioh. XIII, 3–17 et cett. ut apud Gregory. Notandum est insuper praeter a R. C. Gregory memoratas alias exhiberi lectiones pro feria 3 *εἰς τὴν παννυχίδα* (Lc. XII, 35–59), feria 4 id. id. (Lc. XXII, 1–39), feria 5 *ἑσπέρας* (Mc. XIV 12–16). [6] (ff. 261v–285) evangelia s. Passionis D. N. Iesu Christi· [7] (ff. 285–292) evangelia horarum Magnae Parasceves (ut Evl. 32, pericopa horae 6 indicatur tantum). [8] (ff. 292–296v) *τῇ ἁγία καὶ μεγαλη παρασκευη εις την λειτουργιαν.* [9] (ff. 296v–298) lectiones Sabbati Sancti, ad matutinum (indicatur dum taxat) et *εἰς τὴν λειτουργίαν ἑσπέρας.*

B. (ff. 298v–361v) Lectiones pro festis inmobilibus, saepe indicatae, rarius integre descriptae, diebus hau multis omnino vacantibus (cf. Menologium ap. Gregory 365–384, quo cum nostrum conferentes, ad sanctorum nomina adque pericopam primo loco illic adlata respicimus, codicis varietates semper memoramus): septembris 1* inscr. fere ut Evl. 393, 2* (Mt. V, 14–19 pro ss. Ioh. Ieiun. et Paulo iun., pro Mamante remitt. ad feriam VI primae hebd. ieiunior. [!], cf. supra), 3*–5 ut Evl. 303, 6 *τ. ἀρχιστρ. Μιχαὴλ* ut Evl. 303 + *τ. ἁγ. Κυρίλλου ἐπ. Γορτύνης* ut 23 febr. + *τ. ἁγ. μρ. Εὐδοξίου** (Mc. XII, 28–37), 7 ut Evl. 303, 8**, 10 ut Evl. 303 (pro Menodora et sociis ut sabb. 17 Mt.), 11 ut Evl. 303 + *τ. ὁσ. Θεοδώρας* ut 8 oct., 12 ut Evl. 303 + *τ. ἁγγ. Αὐτονόμου κ. Κορνούτου* ut feria tertia 12 hebd. L., 13* + *τὰ ἐγκαινια τ. ἁγ. Χριστοῦ ἀναστάσεως* ut 22 dec. + *τ. ἁγ. Κορνηλίου τ. ἑκατοντ.* ut Evl. 303, sabb. ante Exaltat. s. Crucis, dom. ante Exalt. s. Crucis*, 14* (ad matut. ut Evl. 32), sabb. et dom. post Exalt. s. Crucis ut Evl. 303, 15 ut Evl. 303 + *᾿Ακακίου*, 17 ut sabb. 17 Mt., 18–19 ut Evl. 303. 21–22 ut Evl. 303. 25 ut Evl. 303. 27–29 ut Evl. 303. 30* + *τ. ἁγγ. μρρ. ῾Ριψιμης κ. Γαϊανῆς κτλ.* ut Evl. 303; octobris 1 ut sabb. 7 L. + *τ. ὁσ. ῾Ρωμανοῦ τ. μελ.* ut feria tertia 5 hebd. L., 2 ut 13 oct., 3*, 8*, 9*, 10 + *τ. ὁσ. Βασιανοῦ*, 11* (pro Zenaide et Theophania imp.), ut Evl. 303, 12 ut Evl. 303 (remitt. ad feriam tertiam 12 hebd. L), 13*, 14 inscr. ut Evl. 303, lectio ut sabb. 3 Io., 16 lectiones duae indicantur, quarum altera ut ev. 7 *τ. ἁγγ. παθῶν*, 18*, 19 pro Varo remitt. ad feriam sextam 1 hebd. ieiunior., 23 ut feria tertia 15 hebd. Mt., Ignatius et 7 Pueri ut Evl. 303, 24 ut sabb. 11 L., 26 ut Evl. 303, sed prima quoque pericope pone indicatur, 27 ut Evl. 303, 28 ut feria tertia 12 hebd. L., 29 ut Evl. 303, 30

* Cf. animadversionem ad calcem p. 71.

inscr. ut Evl. 303, lectio ut 2 sept., 31 ut feria quarta 15 hebd. Matthei; novembris 1*, 2 ut feria tertia 12 hebd. L., 3-4 ut Evl. 303, 5*, dominica ante 6 nov. ut Evl. 303, 6* cum rubr. *τὸ αὐτο ἀναγιν. κ. μετὰ τὴν ς′ τ. νοεμβ.· οἷα κυριακὴ φθάσει*, 7 — *τ. Καρτερησίου*, 8 ad matut. ut feria sec. post Pentec., 10*, 12 — *τ. ἁγ. Νείλου* ut feria tertia post Pentec., 13* ad matut. (Io. X, 1-9), 15 ut feria sexta 7 hebd. L., 20 + *'Ανατολίου*, 21 ad missam ut 8 sept. ad matut., 22 ut Evl. 303 + *τ. ἁγ. μρ. Κιλικίας* ut sabb. 17 Mt., 23 ut 2 sept. vel ut feria tertia post Pentec., 24 ut Evl. 303, lectio ut 30 sept., 25 fere ut Evll. 32 et 303, 26 ut Evl. 303, 27-28 ut Evl. 303, 29*; decembris 1 ut feria quarta 11 hebd. Mt., 2 + *τ. δικ. Φιλαρέτου ἐλεήμ. κτλ.* ut Evl. 303, lectio ut sabb. 11 L., 4 ut Evl. 303, 7 ut 13 nov. ad matut., 8 ut Evl. 303, 10 ut feria quarta 3 hebd. Mt., 11 *τ. ὁσ. πρ. ἡμ. Δανιὴλ τ. Στυλ.* ut 10 nov., 12 ut 3 sept., 14 ut feria quarta 3 hebd. Mt., 15 ut 5 nov., 16 — *τ. ἁγ. Βάκχου τ. νέου*, 17* (L. XI, 44-51), 18 ut Evl. 303, 19 ut feria tertia 12 hebd. L. + *τ. ἁγγ. μρρ. Πρόμου, Ἄρεως κτλ.* ut Evl. 303, 21 ut feria sec. 4 hebd. L., 22* (Ioh. X, 22-30, *εἰς τὰ ἀνοίξια*, pro s. Anastasia ut dom. 17 L.), 23 ut Evl. 303, sabb. ante Nativ. ut sabb. 12 L., rubr. ut Evl. 303, dom. ante Nativ. * subfixis vv. *Δέον γινωσκειν· ὅτι ἐὰν ἡ ἑορτὴ κτλ.*, fere omnino ut in Evl. 303, et evang. sec. Matth. pro vigilia Nativ. cum in sabbatum inciderit, 24*-25* ut Evl. 303, ⟨26⟩*, sabb. post Nativ. *, dom. post Nativ. cum rubr. *χρὴ δὲ γινώσκειν* ut ap. Gregory, 27 cum rubr. ut Evl. 303, 28 ut 6 sept., 29 + *τ. ὁσ. Μαρκέλλου* ut 10 nov.; ianuarii 1* (pro s. Basilio ut 3 sept.), 2*, 3* ut Evl. 303, 4*, sabb. ante Theophania *, dom. ante Theoph. *, 5*, 6**, 7*, sabb. post Theoph. *, dom. post Theoph. *, 8 + *τ. ἁγγ. μρρ. Ἰουλιανοῦ κ. Βασιλίσσης κ. τ. ἁγ. Δομνικας*, 9* + *τ. ἁγ. μρ. Πολυεύκτου* ut feria tertia 12 hebd. L., 10 + *τ. ἁγγ. Γρηγορίου Νύσσης κ. Δομετιανοῦ Μελιτ. κ. τ. ὁσ. Μαρκιανοῦ κ. Ἰωάννου τ. κατὰ Σάβαν*, 11 + *τ. ὁσ. πρ. ἡμ. Θεοδοσίου τ. κοινοβ.* ut feria sexta 2 hebd. L., 12* + *τ. ἁγ. μρ. Τατιανῆς*, 13 + *τ. ἁγγ. μρρ. Ἑρμύλου κ. Στρατονίκου*, 15 *τ. ὁσσ. πρρ. ἡμ. Παύλου τ. Θηβαίου κ. Ἰωάννου τ. Καλυβίτου* ut 10 nov., 18 — *Ἀλεξάνδρου*, 19 + *Θεοδότου Ἀγκύρας* ut feria sexta 2 hebd. L., 20 ut Evl. 303 (pro s. Neophyto lectio ut feria sexta 1 hebd. ieiunior.), 21 ut 6 nov., 24 ut feria quinta 16 hebd. L., 25 ut Evl. 303 (ad matut. reapse Mt. V, 14-19), 28 ut feria sexta 2 hebd. L., 29 ut feria sexta 13 hebd. L., 30 ut 23 febr., 31 ut Evl. 303 (*ἕτερον*, evang. scil., *ζήτ. τῇ δ′ τῆς γ′ ἑβδ. Μτθ.*); februarii 2*, 4 + *τ. ὁσ. Νικήτου τοῦ ἐν τοῖς Πυθίοις* ut 10 nov., 10 ut feria tertia 12 hebd. L., 11 ut feria sexta 1 hebd. ieiunior., 13 + *τ. ὁσ. πρ. ἡμ. Αὐξεντίου* ut 1 nov., 14* (*τ. ἁγ. ἀπ. Ὀνησίμου*), *15*, 16 ut feria tertia 12 hebd. L., 17

ut feria sexta 1 hebd. ieiunior., 18 ut 10 sept. + τ. ἐν. ἀγγ. πρ. ἡμ. κ. θαυμ. Ἀγαπητοῦ ἐπ. Συναοῦ ut 3 sept., 20 τ. ὁσ. πρ. ἡμ. Παφνουτίου + τ. ἁγ. ἀπ. Ἀρχίππου κ. τ. ἁγ. Λέοντος ἐπ. Κατάνης ut 3 sept., 22 — Θωμᾶ πατρ. et Πορφυρίου Γάζης, inscr. ut Evl. 303, lectio ut 1 dom. Mt., 23*, 25 + τ. ἁγ. ἱερομρ. Μαρκέλλου ut feria tertia 12 hebd. L., 26 — Βερκίου, *29*; martii *2–5, 7–8, 10–16, 18–24*, 25*, *26–31*; aprilis 1 τ. ὁσ. Μαρίας τ. Αἰγυπτίας ut feria sec. 4 hebd. L., τ. ἁγ. Εὐτυχίου ut 3 sept., *2-5*, 6 τ. ἁγ. Εὐτυχίου ἀρχιεπ. Κπόλεως ut 3 sept., 7 ut 13 nov., 9 — Εὐτυχίου, 11 ut 3 oct., 12 ut 6 nov., 13 ut feria tertia 12 hebd. L., 15 — Θεοδώρου, 16 τ. ἁγ. Ἀκακίου ἐπ. Μελιτήνης dum taxat, 29 ut feria sexta 7 hebd. L., 30 ut 9 oct.; maii 3 ut 29 nov., 4 ut feria tertia 12 hebd. L., 8* + τ. ὁσ. πρ. ἡμ. Ἀρσενίου, 9 ut feria quarta 6 hebd. Ioh. + τ. ἁγ. μρ. Χριστοφόρου, 11 τ. ἁγ. ἱερομρ. Μωκίου κ. Παχωμίου ut sabb. 3 Io., 13 τ. ἁγ. μρ. Ἀλεξάνδρου, 14 ut feria tertia 12 hebd. L., 15 τ. ὁσ. πρ. ἡμ. Παχωμίου κ. Θεοδώρου τ. ἡγιασμ., — Ἰούδα, 17 — Σώλωνος, *18–19*, 20 ut feria sexta 1 hebd. ieiunior., *23*, 25 ἡ τρίτη εὕρ. τ. κεφ. τ. Προδρόμου, 26*, 31 ut feria sexta 1 hebd. ieiunior.; iunii *3* τ. ἁγ. μρ. Λουκιλλιανοῦ ut sabb. 10 L., 5 ut 2 sept., 14 + τ. ἁγ. Μεθοδίου ἀρχιεπ. Κπόλεως, 17 ut feria tertia 12 hebd. Lc., 19*, 22 + Βασιλείου ἡγουμ. Πατελαρίας, 24*, ad matut. ut feria quinta 4 hebd. L., 29*, 30*: iulii 4 ut 2 sept., 5 ut Evl. 303, 6 ut feria sexta 7 hebd. L. + τ. ὁσ. Θωμᾶ τ. ἐν τῷ Μαλαιῷ ut 10 nov., 7 + τ. ὁσ. Σισόη τ. μεγ., 8* ut Evl. 303, 10 ut feria quarta 9 hebd. Mt., 13 ut Evl. 303, 18 + τ. ἁγ. Θεοδοσίας μαρτυρησάσης κτλ., 19 — Μακρίνης, ut feria tertia 5 hebd. L., 21 + τ. ὁσσ. πρρ. ἡμ. Συμεὼν τ. διὰ Χριστὸν σαλοῦ κ. Ἰωάννου, 22 + τ. ἁγ. μυροφ. Μαρίας τῆς Μαγδαληνῆς ut ἑωθινὸν η´ (Io. XX, 11–18), ap. Gregory perperam Io. XX, 19–31 (= ἑωθ. θ´), 25 + τ. ὁσσ. γυναικκ. Εὐπραξίας κ. Ὀλυμπιάδος, 26 — Παρασκευῆς, 31 + εἰς τ. πρόοδ. κ. προσκύν. τ. τιμ. σταυροῦ*; augusti 2 + τ. ἁγγ. ζ´ παίδων τ. ἐν Ἐφέσῳ ut feria tertia 12 hebd. L., 3 ut Evl. 303, 6**, 7* + τ. ἁγ. ὁσιομρ. Δομετίου τ. Πέρσου, 12*, 14 ut Evl. 303, 16*, lectio abrump. in vv. ψυχὰς ἀνθρωπων (L. IX, 55).

F. 229, iuxta initium pericopae τοῦ ὄρθρου dominicae Palmarum, manus saec. XV-XVI (?) notavit *legitu⟨r⟩*: quod unicum latinum verbum codicem in aliqua Italo-graecorum ecclesia tunc temporis in usu fuisse monstrare videtur.

Ab una eademque manu subnigro atramento eleganter descriptus, ductu tamen haud omnino αὐτοφυεῖ quique antiquioris exempli studiosam imitationem passim prodat (qua re Casparis Renati Gregory saeculo XIII tribuentis sententiae, cf. infra, adstipulandum censemus) quaterniones 45 hodie retinet, quibus folium initio adcedit (f. I), bifolium vero inter fasciculos κζ´ et κη´ conlocatur (ff. 216–17): notae, angulo infer.

dextro primae unius cuiusque quaternionis paginae librarii calamo adpictae, ob margines parum caute resectos inde a ζ' dum taxat servantur, με' pariter desideratur, unam (β') in ang. super. externo deprehendes, aliam (κδ') bis obcurrere notabis, in angulis nimirum, superiore atque inferiore, dextris folii 184. Tituli, variar. sectionum pericoparumque initio vel summis paginis inscripti, litterae initiales (interdum opulenter exornatae, cf. ff. 218v-219), litterae denique grandioris moduli auro micant, taeniae vero vel πύλαι (cf. ff. 1. 45. 118. 219. 261v. 298v. 308v etc.) auro variisque coloribus (prasino, caeruleo, purpureo, fusco). Rubricae quae vocitantur atque notae ecphoneticae purpureo liquore descriptae; evangelistarum sedentium scripturaeve incumbentium imagines, ex antiquiore exemplari auro coloribusque adfabre depictae (ff. Iv, Iohannis, 44v, Matthei, 117v, Lucae, et 217v, Marci), adtritum propter omnes damnum aliquod perpessae sunt. Foliorum inde a 310 circiter angulos superiores internos mures paullulum adroserunt. Chartae 216-217 purae.

Tabulae internae operculi anterioris fastigio summo nota codicis primigenia *1535* (in recentiorem *1625* conrecta) inscribitur, qua statim post Athanasiani conlegii librorum manu scriptorum supellectilem graecam in aedes Vaticanas translatam insignitus est. F. 1 medio *Collegij Graecorum.* Huius libri operculo interno (posteriori, sed P. Batiffol loco mox citando habet «à la garde gauche») diploma vel diplomatis fragmentum arabica lingua hegirae anno, ut videtur, 497 conscriptum adhaerescebat, quod post a. 1889 nimirum decerptum ubinam hodie servetur equidem ignoro (cf. indicis Allatiani, qui dicitur, codicum graecor. Bybl. Vaticanae vol. III, f. 469v «In fine est folium litteris Arabicis exaratum» et P. Batiffol, *La Vaticane depuis Paul III*, in *Revue des questions historiques* XLV [1889], p. 191 et ib. n. 4: ibid. codex ipse minus recte, me quidem iudice, saeculo XII tribuitur).

Librum memorat dum taxat Scrivener, *Introduction to the criticism of the N. T.* [4] (Evst. 551), paucis describit Gregory, op. cit. p. 434 (Evl. 551). De ornamentis cf. M. Alison Frantz, *Byzantine Illuminated Ornament* etc., in *The Art Bulletin* etc. XVI (1934), p. 44 et tabb. II, 6; X, 17-18; XI, 21; XII, 7; XVII, 9 et 14.

Tabulae ligneae (quarum posterior est fracta) tergore subflavo vestitae tesseras gentilicias exhibent Gregorii XV P. M. (tab. ant.) et (tab. post.) Scipionis Cobelluzzi card. bybl. (1618-26).

1626 (olim 1558). A. 1477 (ff. 404v et 422v), membran. (f. I chart.), mm. 408×270, ff. I + 423, linn. 40 (ff. 407v ... 420v linn. 39).

Homeri Ilias librum per totum paginis dum taxat aversis contenta (singulae ῥαψῳδίαι incipiunt ff. 1v. 17v. 39v. 51v. 65v. 88v. 102v. 114v. 129v. 147v. 162v. 183v. 196v. 217v. 231v. 250v. 272v. 291v. 307v. 318v. 331v. 347v. 360v et 383v), quam e regione comitatur latina interpretatio ad verbum hac lege expressa, ut singulis τοῦ κειμένου versibus singulae interpretationis lineae respondeant; omittuntur VII, 227-482, VIII, 1-529, XIII-XIV, XV, 1-275, XXIV, 207-804. Cuius ieiunae prorsus versionis initium ex. gr. subiungere liceat: *Iliados primus ·lib· Homeri conglutinationis* (ῥαψῳδίας

scil.) *·lib· primus preces Chrysae· pestem exercitus· odium regum Iram cane dea Pelide Achillis* (haec omnia litt. quadr.) *Funestam: quae innumeros Achiuis dolores fecit: Multasque praestantes animas Orco misit Heroum: ipsos uero escam fecit canibus, Auibusque omnibus. Iouis autem perficiebatur consilium* etc.

Iterantur in fine (ff. 407v ... 421v) libri XXIV verss. 223–804, latina interpretatione tamen omissa.

Marginibus interdum adscribuntur librarii vel alia manu emendationes (cf. ex. gr. ff. 12v, 296v et 307v), versus neglegentia omissi (cf. ff. 229v, 243v, 257v, 296v), lemmata (ff. 30v sqq.), ordo τῶν στίχων semel restituitur (cf. f. 366v 'οὕτως κεῖνται ἐν ἑτέρῳ βιβλίῳ' et 367v 'οὕτως εὗρον ἐν ἑτέρῳ βιβλίῳ).

Ornatu pulcherrimo, candida membrana, latis oris, polita scriptura* conspicuus fasciculos 41 conprehendit (quiniones, decimo ac postremo, quaternionibus, tantum exceptis); cum autem Iohannes Rhosus (v. infra) in duobus ultimis paginas linearum 39 oscitantia fecisset (ceterae 40 nunquam non exhibent), ἀκριβείας laudabili studio videlicet inpulsus folia illa unius diei spatio iterum descripsit, quin tamen (codice hau ad unguem perducto atque conpacto, cf. infra) repudiata effluxerint: quae temporis progressu cum ceteris conglutinata sunt (ff. 407–423, i. e. quinio et quaternio, huius tamen charta ultima excisa, praecedens operculo interno adhaerescit). Anteibant, custodiae causa, folia chartacea tria, ultimi tamen non nisi frustula superant, primum vero tabulae anteriori internae glutine adhaeret. Cf. subscriptiones foliis 422v et 404v iniectas: (f. 422v) ·:· τουτί τὸ βιβλίον ἤτοι ἡ τοῦ / 'Ομήρου 'Ιλιὰς· μετεγράφη, ἐν 'Ρώμῃ· / διὰ χειρὸς ἐμοῦ 'Ιωάννου / πρεσβυτέρου 'Ρώσου τοῦ Κρητός· / (ἔτει ἀπὸ τῆς Χριστοῦ γεννησεως add. in marg.) χιλιοστῷ· τετρακοσιοστῷ· / ἑβδομηκοστῷ, ἑβδόμῳ· ινδ(ικτιῶν)ος, ιης'· / μηνὸς μαΐου, τριακοστή (hanc subscriptionem, pariter atque subsequentem, ed. Th. W. Allen, Homeri Ilias, Prolegomena, pp. 47 sq., de Iohanne autem Rhoso cf. Vogel-Gardthausen, *Die griech. Schreiber*, pp. 187–193); (f. 404v) ·:· ἐτελειώθη ἡ τοῦ 'Ομήρου 'Ιλιάς· / ἀναλώμασι μὲν τοῦ αἰδεσιμωτάτου / κυρίου ἡμῶν κυρίου Φρανκίσκου / τῆς ἱεροαγίας καθολικῆς καὶ ἀπο/στολικῆς ἐκκλησίας· καρδηναλίου / τῆς ἁγίας Μαρίας Νόβας (Francisci nimirum Gonzaga, quo de cf. L. Pastor, *Storia dei papi* etc., II, pp. 197 sq. et pass., non autem, ut perperam adfirmat P. Batiffol, *La Vaticane depuis Paul III*, in *Revue des questions historiques* XLV [1889], pp. 188 sq., Francisci Todeschini Piccolomini, qui diaconus S. Eustachii aa. 1460–1503 fuit)· χειρὶ δὲ 'Ιωάννου πρεσβυτέρου / 'Ρώσου τοῦ Κρητός· / ἐν 'Ρώμῃ· / ἔτει ἀπὸ τῆς Χριστοῦ γενέσεως· χιλιοστῷ· / τετρακοσιοστῷ· ἑβδομηκοστῷ, ἑβδόμῳ (1487 non recte apud P. Batiffol, loc. cit.)· / ἰνδικτιῶνοις δεκάτης· μηνὸς / μαΐου· τριακοστὴ πρώτη :·. Fasciculos triplici subputatione distinctos invenies, nempe: *a*) graeca (ipsius librarii manu, an ceterae quoque eidem tribuendae sint equidem ignoro, certe sunt coaevae), in ora inferiore media primae ultimaeque singulorum paginae (notae α'-ς' quinionum in fine desiderantur pariter atque ς' initio fasciculi), *b*) notis

* vel potius scripturis, graeca scil. et latina, hanc enim ipsius Rhosi calamo tribuere non equidem audeam, quam in codicibus latinis tantum eiusdem temporis haud infrequenter obcurrere me monet A. Campana conlega (cf. ex. gr. Vat. lat. 1835, 3814, 10228 et Casanat. 453).

numeralibus arabicis imo margini medio primae novissimaeque unius cuiusque fasciculi paginae adpictis (numeros 1–6. 8–13 fasciculorum in fine nec non alios paucos bybliopegi culter incaute absumpsit), c) latini alphabeti litteris minusculis notisque arabicis 1 ... 5 (vel 1 ... 4) angulo inferiore externo folior. 1–5 (4) unius cuiusque fasciculi inscriptis (addita crucula in folio sexto vel quinto), sed usque ad fasciculum *l* (11) dum taxat, post quem aliud enumerationis genus (eodem fere quo praecedens loco) iam obtinet, i. e. in chartis 1 ... 5 (vel 1 ... 4) unius cuiusque fasciculi d u p l e x series arabica s i n g u l o r u m folia tantum respiciens, cruculā folio sexto (vel quinto) ut supra notato (altera series, i. e. margini e x t e r n o imo adpicta plerumque effluxit, cf. ex. gr. ff. 189 sqq.), in chartis vero 2–5 (4) dum taxat notae numerales vel potius litterae *β-ε* (*β-δ*), fasciculi numero pariter graeco hac ratione adstructo: *β τοῦ ιβ, γ τοῦ ιβ* etc. Fasciculorum 1–6 in fine primum insuper vel prima verba g r a e c a insequentis fasciculi ad maiorem cautelam librarius notavit.

Librorum initio (cum graeci textus tum interpretationis) atque etiam ante *Βοιωτίαν* sive navium catalogum spatia vacua ad imagines recipiendas Iohannes reliquerat, undecim tamen dum taxat e carminum ipsorum argumentis desumptas elegantissimo artificio pictor absolvit (cf. ff. 1ᵛ. 2. 18. 30. 40), quinque aliae delineatae tantum (cf. ff. 17ᵛ. 29ᵛ. 52), ceterae prorsus omissae: ornamenta pariter sumptuosissima primae unius cuiusque *ῥαψῳδίας* vel conglutinationis paginae margines circum decorant, et ipsa raro fere absoluta (cf. praeter folia primo loco laudata, 52 quoque et 66), bis auro tantum modo lita (cf. ff. 17ᵛ et 29ᵛ), saepius non nisi delineata (cf. ff. 89. 103. 130. 148. 163. 184. 251. 273. 292), plerumque omissa. Francisci Gonzaga tesserae gentiliciae bis adparent, in oris nimirum inferioribus mediis folior. 1ᵛ et 2. Litterae initiales variis coloribus (auro quoque interdum adhibito) exornatae (ff. 1ᵛ. 2. 18. 30. 40. 52. 66), bis non nisi auro tactae (ff. 71ᵛ. 29), alicubi lineis tantum descriptae (cf. ff. 89. 103. 130. 148. 163. 184. 251. 273. 292. 308), ceterum neglectae. Litterae maioris moduli, tituli, periochae subscriptionesque unius cuiusque *τοῦ κειμένου* libri nec non singulorum numeri graeci summis paginis inscripti, lemmata insuper non nulla (ff. 31ᵛ sqq.) rubro exarantur colore, latinae autem interpretationis tituli, initia, notae numerales sive auro sive coloribus picta (rubro, violaceo, caeruleo, viridi). Imaginum ornatuumque genus ad ferrariensis quae dicitur scholae adcedere iudicavit P. D'Ancona, *La miniatura ferrarese nel fondo Urbinate della Vaticana*, in *L'Arte* XIII (1910), p. 361 (cf. quae proxime de codice nostro disseret Fr. W. Volbach v. cl. in *La Bibliofilia*). Scriptione vacant ff. 109 ... 128. 198 ... 238. 390 ... 404. 405–407. 408 ... 422. 423.

F. 1 medio notatur m. ⟨L. Allatii⟩ *Homeri Ilias cu(m) Interpretat(ion)e Latina.*

Codicem, quem breviter descripserunt Batiffol et Allen, locc. citt., e Graecorum Conlegio in Vaticanum provenisse (quidquid de hoc Batiffol dubitaverit) certiores nos facit index librorum manu scriptorum quos L. Felicelli, Athanasiani phrontisterii procurator, tunc temporis Bybliothecae nostrae praeeuntibus tradere iussus est (cf. Arch. Bybl. t. 11, f. 262 '*Odissea* (cod. scil. 1627), *et I l i a d e d'Homero in pergameno foglio grande s c i o l t o*').

Integumenti tabulae ligneae corio purpureo vestitae fibularumque non nisi vestigia retinentes scutis Gregorii XV P. M. (tab. ant.) et (tab. post.) Scipionis Cobelluzzi card. bybl. (1618–26) auro inpressis distinguuntur.

1627 (olim 1559). A. 1477 (f. 318), membran., mm. 412 × 275, ff. 319, linn. 40.

Homeri Odyssea (singulae *ῥαψωδίαι* incipiunt ff. 1ᵛ. 13ᵛ. 24ᵛ. 37ᵛ. 59ᵛ. 71ᵛ. 80ᵛ. 89ᵛ. 105ᵛ. 119ᵛ. 134ᵛ. 151ᵛ. 163ᵛ. 174ᵛ. 188ᵛ. 202ᵛ. 215ᵛ. 231ᵛ. 242ᵛ. 258ᵛ. 268ᵛ. 280ᵛ. 293ᵛ. 303ᵛ), eadem ratione qua codex 1626 conscripta, totius nimirum libri paginis rectis latinae interpretationi accipiundae destinatis: quae tamen, codice aeque ac superior inperfecto, nulla nullibi adparet.

Oris non infrequenter librarii manu adpinguntur emendationes (cf. ff. 5ᵛ. 27ᵛ. 31ᵛ. 33ᵛ etc.) et versus omissi (cf. 83ᵛ. 87ᵛ. 93ᵛ. 102ᵛ etc.), interdum lemmata quoque (cf. ff. 10ᵛ. 198ᵛ. 311ᵛ) vel illa *ὡρ(αῖ)ον* atque *ση(μείω-σ)αι* (cf. ff. 93ᵛ. 96ᵛ. 122ᵛ etc.); semel, quantum vidi, versuum ordo restituitur (f. 179ᵛ), ad ψ, 296 denique notatur in margine *τοῦτο τὸ τέλος τῆς 'Οδ. φησὶν 'Αρίσταρχος καὶ 'Αριστοφάνης.*

Fasciculos conplectitur 32, quiniones omnes (noni tamen folium septimum nullo textus cum detrimento excisum est), iisdem fere subputationibus atque liber superior distinctos, nimirum *a*) graeca, ipsius librarii manu, in margine inferiore medio primae et ultimae singulorum paginae, *b*) notis numeralibus arabicis imo margini medio primae ultimaeque unius cuiusque fasciculi paginae adpictis (an hancce et sequentem enumerationem ipse librarius graecus* inseruerit, nescio, coaevi tamen procul dubio utraque est), *c*) numeris 2 ... 5 angulis inferioribus externis paginarum secundae, tertiae, quartae et quintae singulorum fasciculorum iniectis, quibus fasciculi nota graeca pone adstruitur (ex. gr. 2 *τοῦ β*, 3 *τοῦ β*, 4 *τοῦ β* etc.), sexto insuper folio crucula distincto. Librorum initio spatia vacua (ut in praecedenti codice) Iohannes Rhosus pictori (vel pictoribus) reliquerat, nulla tamen imagine, nullo eleganti ornatu Odyssea nostra gaudet. Singularum rhapsodiarum litterae initiales nunquam non desunt, inscriptiones litteris quadratis rubris exaratae, quarum non nullae flavo liquore superliniuntur (cf. ex. gr. ff. 13ᵛ. 202ᵛ. 258ᵛ): rubri sunt pariter coloris periochae, lemmata, subscriptiones et alia pauca notabilia. Scriptura vacant (praeter totius libri paginas rectas) ff. 318ᵛ et 319 (hoc facie aversa operculo posteriori interno adglutinatur).

F. 317ᵛ, transscribendi munere absoluto, sequentes iambos librarius subiunxit: *φυγὼν 'Οδυσσεὺς τὸν μαχησμὸν 'Ιλίον* (err. pro *'Ιλίου*), / *πλῆθος Κικόνων, Λωτοφάγων τοὺς δόλους·* / *Κύκλωπος δεινὸν ὄμμα τοῦ βροτοκτόνου·* / *τὴν Λαιστρυγόνων ὠμότητα καὶ Κίρκις·* / *τρόπους ἀδήλους καὶ μεμηχανευμένους·* / *ἅδου τὸ φρικτὸν καὶ τὸν Σειρήνων φθόγγον,* / *πέτρας τε πλαγκτὰς καὶ Χαρύβδεως στόμα·* / *Σκύλλης τὸ δεινὸν καὶ βίαιον ὡς ἔφη·* / *υἱοῦ χεροῖν τέθνηκεν, ἐν τῇ πατρίδι* :·. F. 318 eiusdem subscriptio: *Τουτί τὸ βιβλίον· ἤτοι ἡ τοῦ* / *'Ομήρου 'Οδυσσῆα· μετεγράφη* / *διὰ χειρὸς ἐμοῦ, 'Ιωάννου* / *ἱερέως 'Ρώσου· Κρητὸς τὸ γένος·* / *ἀναλώμασι μὲν, τοῦ αἰδεσιμω/τάτου κυρίου ἡμῶν κυρίου Φραγ/κίσκου· τῆς ἱεροαγίας καθολικῆς* / *καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας· καρ/δηναλίου τῆς ἁγίας Μαρίας Νόβας* (quo de cf. superioris codicis enarrationem)· / *ἔτει ἀπὸ τῆς Χριστοῦ γεννέσεως· χιλιοστῷ·* / *τετρακοσιοστῷ· ἑβδομηκοστῷ,* / *ἑβδόμῳ· ἰνδικτιόνος, δεκάτης·* / *μηνὸς σεπτεβρίου, πεντεκαιδεκάτῃ·* / *ἐν 'Ρώμῃ* (hanc subscriptionem iam edd. P. Batiffol, *La Vaticane depuis Paul III*, in *Revue des questions historiques* XLV [1889], p. 189 n. 1, et

* V. not.* ad pag. 299.

Th. W. Allen, *The text of the Odyssey*, in *Papers of the British School at Rome* V [1910], pp. 11 sq.). F. 1 medio notavit ⟨L. Allatius⟩ *Homeri Odyssea.*

Codicem, quem e Graecorum Conlegio Athanasiano in Vaticanam bybliothecam translatum esse superiorem enarrantes monstravimus, nescio an alii praeter laudatum Allen, loc. cit., descripserint.

Integumentum omnino ut in libro 1626.

1628. Saec. XI, membran., mm. 415×295, ff. I. 226 (ff. I. 226 chart.), coll. 2, linn. 32.

s. Iohannis Chrysostomi homiliae, encomia etc.: [1] (ff. 1–6v) cum presbyter fuit ordinatus (P. G. 48, 693–700) [ὁμ. α′]; [2] (ff. 6v–40v) de s. Babyla etc. (P. G. 50, 533–572) [BHG. 208], inscript. ut in cod. Colb.; [3] (ff. 40v–45) in Iuventinum et Maximinum martyres (ib. 571–578) [BHG. 975]; [4] (ff. 45–53v) de ss. Bernice et Prosdoce (ib. 629–640) [BHG. 274]; [5] (ff. 54–58) de s. Pelagia virgine et martyre. I (ib. 579–584) [BHG. 1477]; [6] (ff. 58v–63v) in s. Barlahamum martyrem (ib. 675–682) [BHG. 222]; [7] (ff. 63v–68) in s. Romanum martyrem. I. (ib. 605–612) [BHG. 1601]; [8] (ff. 68v–71v) in martyres Aegyptios (ib. 693–698) [BHG. 1192], doxol. brevior quam in ed.; [9] (ff. 71v–79) in s. Ignatium martyrem (ib. 587–596) [BHG. 816]; [10] (ff. 79–85) de beato Philogonio (P. G. 48, 747–756) [BHG. 1532]; [11] (ff. 85v–89) in s. Lucianum martyrem (P. G. 50, 519–526) [BHG. 998], inscript. ut in ed. Savil.; [12] (ff. 89v–93v) de s. Meletio Antiocheno (ib. 515–520) [BHG. 1244]; [13] (ff. 93v–102) de s. Droside martyre *καὶ ὅτι καλὸν τὸ μεμνῆσθαι θανάτου* cod. (ib. 683–694) [BHG. 566]; [14] (ff. 103–108v) in s. Eustathium Antiochenum (ib. 597–606), doxol. brevior quam in ed. [BHG. 644]; [15] (ff. 109–113v) de sanctis martyribus (ib. 705–712) [BHG. 1188]; [16] (ff. 113v–121) in s. Iulianum martyrem (ib. 665–676) [BHG. 967]; [17] de laudibus s. Pauli apostoli (ff. 121–125v) hom. 1 (ib. 473–478), (ff. 125v–128v) hom. 2 (ib. 477–484) [ὁμ. ιη′], (ff. 128v–131) hom. 3 (ib. 483–488), (ff. 131v–138) hom. 4 (ib. 487–496), (ff. 138–142v) hom. 5 (ib. 495–502), (ff. 142v–147) hom. 6 (ib. 501–508), (ff. 147–150v) hom. 7 (ib. 507–514) [BHG. post n. 1460]; [18] de Maccabaeis (ff. 151–155) hom. 1 (ib. 617–624) et (ff. 155v–158v) hom. 2 (ib. 623–626) [BHG. 1008–9]; [19] de Davide et Saule (ff. 158v–167v) hom. 1 (P. G. 54, 675–686), doxol. longior quam in ed., (ff. 167v–174v) hom. 2 (ib. 687–695), (ff. 174v–186v) hom. 3 (ib. 695–708), doxol. longior quam in ed.; [20] (ff. 187–189) in Diodorum Tarsensem (P. G. 52, 761–766). Subiciuntur (ff. 189–194v) ad Theodorum lapsum ⟨paraenesis 1⟩, re vera 2, *πρὸς Θεόδωρον μοναχὸν· σκεπτόμενον ἐξελθεῖν τοῦ μοναστηρίου, καὶ γαμῆσαι καὶ πραγματεύσασθαι* cod. (P. G. 47, 309–316), des. *ἀντιγράψαι καταξίωσον*

ἡμῖν· εὐφραίνει γὰρ ἡμᾶς ἡ σὴ ἐπιστολή· ἡ δὲ σὴ τελειότης... καὶ ἡμᾶς ὠφελήσει· καὶ γράφουσα καὶ προσευχομένη· ἐρρῶσθαί σε εὐχόμεθα ἐν κυριω ἀμήν [ὁμ. λ'] et (ff. 195–224ᵛ) paraenesis 2, re vera 1 (λόγ. β' cod.), εἰς τὸν ἐκπεσόντα Θεόδωρον (ib. 277–308).

F. 225 manu XII, ni fallor, saeculi inscribitur + πίν⟨α⟩ξ ἄριστος τῆς γραφῆς του βιβλιου.

Obcurrunt in marginibus animadversiones (cf. ff. 1ᵛ. 4. 39ᵛ. 146), lemmata non nulla (cf. ff. 205 et 207), verba omissa (cf. ff. 52. 56ᵛ. 94ᵛ), illa ση. (frequentissime), ὡρ., γνω., omnia librarii manu.

Subflavo pigmento ab uno eodemque scriba exaratus (licet initio paullo grandioribus litteris quam in reliquo libro) fasciculis constat 29 iisque quaternionibus, si 13 excipias, ternionem, 25, binionem, ac postremum, quinionem, cuius folia 3, 7 et 9 nulla τοῦ κειμένου iactura excisa sunt: qui fasciculi ipsius librarii manu, vel certe eius temporibus, in angulo inferiore interno primae ultimaeque singulorum paginae notis graecis numeralibus instructi sunt, oris tamen tumultuarie resectis notae primigeniae haud paucae perierunt, ceteras recentior subplevit nescio quis fasciculor. initio dum taxat (cf. ex. gr. ff. 17, 25, 33 etc.). Animum insuper adverte fasciculos 26-29 propria quoque subputatione instrui (cf. f. 219 notam δ). Litterae initiales maiorisque moduli rubrae, ἡ πύλη f. 1 obcurrens nec non rudes ornatus ceterarum homiliarum initiis inpositi rubris pariter taeniolis constant vel paullo operosiore lineatione distinguuntur (cf. ff. 109. 155ᵛ et praesertim 125ᵛ). Chartae non nullae ex parte lacerae acia et acu consutae sunt (cf. ff. 36. 51. 103. 120), aliarum orae turpiter mutilatae (cf. ff. 169. 195. 202. 205. 206). Ff. Iʳ⁻ᵛ. 102ᵛ. 225ᵛ–226ᵛ scriptione carent.

Folii 1 margine summo ⟨L. Allatius⟩ inscripsit *S. Ioannis Chrysostomi Orationes Variẹ*, paullo inferius nota Patiriensis legitur *Libro 9 de sancto Io(hann)i Chrisostomo sop. li laudi homilia* (vv. *sancto-laudi* antiquiora sunt, omnia tamen saec. XVI, cf. de eius modi titulis in libris Patiriensibus P. Batiffol, *L'abbaye de Rossano*, p. 47, et Ioh. Mercati, *Per la storia dei mss. greci di Genova* etc. [*Studi e Testi*, 68], p. 90 e ib. n. 2). In ora inf. folii 20 caput D. N. Iesu Christi manus hau prorsus inperita delineavit.

De codice nostro egit Batiffol, op. cit., pp. 48 et 69, nec non Mercati, op. laud., pp. 101, 299, 308 et 332, qui iure, ut mihi videtur, autumat recto tramite ex Patiriensi monasterio in Vaticanam bybliothecam devenisse.

Tegumentum ligneis tabellis constans atque subfusco tergore vestitum fibularum vestigia tantum modo praebet; cuius in tabula ant. scutum Urbani VIII P. M., in posteriore vero tabula Antonii Barberini card. bybl. (1633–46) auro inprimitur.

1629. Saec. XI, membran., mm. 362 × 252, ff. V. 315 (— 117, + 313ᵃ: ff. I. 303-314 et 315 chart.), coll. 2 (praeter ff. 303–314), linn. 32 (ff. 303-314 linn. 22–37).

s. Iohannis Chrysostomi opera conplura (f. IV–IVᵛ praecurrit + πιναξ ἀκριβὴς τῆς γραφῆς τοῦ βιβλίου): ¹ de sacerdotio (πρὸς Βασίλειον ἑταῖρον· περὶ ἱερωσύνης· καὶ ὁποῖον εἶναι δεῖ τὸν ἱερέα cod.) (ff. 1–9) lib. I (P. G.

48, 623–632), (ff. 9–17) lib. II (ib. 631–640), add. in fine brevi doxologia (huic libro sicut et insequentibus capitum tabula praemittitur), (ff. 17–37) lib. III (ib. 639–660), (ff. 37–49) lib. IV (ib. 659–672), (ff. 49–54ᵛ) lib. V (ib. 671–678), (ff. 54ᵛ–68ᵛ) lib. VI (ib. 677–692); [2] de Lazaro (sub inscript. paullo breviore quam in ed.) (ff. 69–86) concio 1 (ib. 963–982), cum doxol. breviore quam in ed., (ff. 86–95) concio 2 (ib. 981–992), (ff. 95–109) concio 3 (ib. 991–1006), cum doxol. breviore quam in ed., (ff. 109–120) concio 4 (ib. 1005–1016), (ff. 120–129ᵛ) concio 5 (ib. 1017–1026), omissis in titulo verbis *καὶ εἰς τὸν Ἰὼβ καὶ εἰς τὸν Ἀβραάμ*; [3] (ff. 129ᵛ–143ᵛ) contra theatra *, *εἰς τὸ μὴ πλησιάζειν θεάτροις καὶ εἰς τὸν Ἀβραὰμ* cod. (P. G. 56, 541–554); [4] (ff. 144–151) de beato Philogonio (P. G. 48, 747–756); [5] ad Theodorum lapsum (ff. 151ᵛ–183) paraenesis 1, *λόγος παραινετικὸς ἐν εἴδει ἐπιστολῆς· εἰς Θεόδωρον ἀσκητὴν ἐκπεσόντα* cod. [*λόγ. η'*] (P. G. 47, 277–308), et (ff. 183–189ᵛ) paraenesis 2, *πρὸς τὸν αὐτὸν ἐκπεσόντα παραινετικὸς· ἐν εἴδει ἐπιστολῆς* cod. (ib. 309–316); [6] de conpunctione (ff. 189ᵛ–206) lib. I, ad Demetrium (ib. 393–410) et (ff. 206–217ᵛ) lib. II, ad Stelechium (ib. 411–422), des. *φλογί· ἧς ῥυσθείημεν κυριε καὶ θεὲ χάριτι κτλ.*; [7] ad Stagirium a daemone vexatum (ff. 217ᵛ–240) lib. I, *λόγος παρακλητικὸς πρός τινα δαιμονῶντα ἀσκητὴν Σταγείριον καὶ ὅτι οὐκ ἄνευ κινδύνων οἱ δίκαιοι· τὸν παρόντα βίον, διήνυσαν* (ib. 423–448), cuius ad vv. *Ει δὲ λέγοι τις· τίνος οὖν ἕνεκεν* (ib. 432 lin. 14) notatur in marg. ext. f. 224ᵛ *λόγος β' οὗ ἡ ἀρχή*, in superiore verum *ὅτι ὁ διάβολος· οὐ μόνον οὐδὲν βλάπτει τοὺς νήφοντας· ἀλλὰ καὶ αἴτιος πολλῶν αὐτοῖς εὐεργεσιῶν γίνεται,* (ff. 240–262ᵛ) <lib. II>, *ὅτι ἡ ἀθυμία κτλ.* cod. (ib. 447–472), add. in fine doxologia, (ff. 262ᵛ–284) <lib. III>, *πρὸς τὸν αὐτὸν μοναχὸν Σταγείριον* cod. (ib. 471–494), add. in fine doxologia; [8] de Anna (ff. 284–293ᵛ) sermo I (P. G. 54, 631–643), (ff. 293ᵛ–302) <sermo II>, *εἰς τὴν πίστιν τῆς Ἄννης κτλ.* cod. (ib. 643–652).

Illa *σῆ, ὦ, γν* marginibus interdum librarius adpinxit, quot una quaeque homilia foliis contineretur singularum initio manus XIV, ni fallor, saeculi bis notavit, iuxta titulum scil. inque pagina ima (vel in ipsa vel in praecedenti vel in insequenti), lector denique nescio quis (an. saec. XIV?) verba membrave librarii oscitantia praetermissa sive inter lineas sive in oris diligenter subplevit (cf. ex. gr. ff. 15. 31ᵛ. 109ᵛ. 110 ... 283. 301ʳ⁻ᵛ), lacunam semel integravit (cf. f. 291ᵛ).

Folia tria praevia e codice hagiographico saeculi X-XI duobus laterculis exarato (linear. 35 et 38) decerpta nostroque custodiae in locum adglutinata praebent (f. IIʳ⁻ᵛ et Vʳ⁻ᵛ) vitae s. Cononis Isaurici quae inc. *Ἐν τοῖς καιροῖς τῶν ἁγίων ἀποστόλων ἐν οἷς καὶ ἡ τοῦ λόγου θεότης* frag-

mentum a vv. circiter ⟨ἐ⟩πέ[μενεν παραι]νῶν αὐ/τοῖς ad vv. εἰς τοῦτο ἀνυβρί-στως (cf. R. Trautmann et R. Klostermann, *Drei griech. Texte zum Cod. Suprasliensis.* II., in *Zeitschr. für. slav. Philol.* XI [1934], pp. 305, lin. 29-309, lin. 1) et (f. III^{v-r}) fragmentum vitae s. Codrati et socior. mm. Nicomediae [BHG. 359] sub finem, a vv. ἑνὸς· ἀ[λλὰ καὶ πάσης] / αὐτοῦ ad vv. οὐ προσποιοῦμαι· / ἀλλ' οὔτε σε τὸν τὴν (cf. Acta integra s. Codrati etc., in Analectis Bollandianis I [1882], p. 464, lin. 12 sqq., sed codicis nostri recensio ab illic edita non nunquam abludit, fere omnino verum congruit cum antiqua versione palaeoslavica in celeberrimo Codice Suprasliensi adservata, cf. F. Miklosich, Monumenta linguae palaeoslovenicae e cod. Suprasl., Vindobonae 1851, pp. 85, lin. 7 a. i. — 87, lin. 10 circiter).

Foliis 303-313, mm. 295 × 225, inest s. Iohannis Chrysostomi liturgia, quae dicitur, inde ab oratione Ὁ θεὸς ὁ θεὸς ἡμῶν ὁ τὸν οὐράνιον ἄρτον (cf. Swainson, *The Greek Liturgies*, p. 108): qua in liturgia (animum adverte) Bessarionis, cardinalis nimirum Tusculanique episcopi, bis nomen obcurrit, cf. ff. 303^v (non omnino abrasum), 306 et 310^v (hic ὁ πάπα Ῥώμης in rasura subfectum est). Ff. 313^v et 314^{r-v} Cryptensis monachus nescio quis XVI, ut videtur, saeculi orationes τῆς προθέσεως (iuxta ritum Italo-Graecorum) usque ad εὐχὴν τοῦ θυμιάματος inclusive subiunxit (cf. Sacras... liturgias... quibus utuntur... Monachi Italograeci Ordinis Sancti Basilij etc., Romae 1601, pp. 2 col. sin., lin. 8-3 col. dext. lin. 20); quas, nulla facta distinctione, tres aliae orationes excipiunt ante conmunionem recitandae, scil. Ὁ ⟨θεὸ⟩ς ἄνες ἄφες συγχώρησόν μοι (cf. ib. p. 21), Μή μη δὸς δέσποτα ταῦτα τὰ ἅγια εἰς κρίμα (cf. orationem *Perceptio corporis tui* in Missali Romano) et Γένοιτό μοι κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ ὁ θεὸς ἡμῶν τὸ σῶμα σου τὸ ἅγιον.

Codicem subflavo liquore perite descriptum quaterniones 38 efficiunt, quorum ultimi folia 5-8 nullo textus detrimento abscissa sunt quosque (ab ipso librario, ut videtur) duplici nota subputatos invenies, in angulis nimirum inferioribus internis primae ultimaeque unius cuiusque fasciculi paginae. Charta singula initio atque in fine libri pro custodela saec. XVII conpacta, in utraque officinae chartariae signum adparet, scutum scil. cum litt. M, quam flos sex folior. supereminet (cf. ff. I et 315). Contentorum pinax (praeter initia unius cuiusque λόγου), capitum tabulae, tituli, litterae initiales, litterae maioris moduli, notae numerales summis paginis adpictae rubro colore, folio tamen 1 inscriptio litteris aureis micat litteraque initialis auro, rubro, viridi, caeruleo distinguitur, eadem ratione atque ἡ πύλη ibid. obcurrens: ceteri autem ornatus initio unius cuiusque libri conspicui variis pariter coloribus decorantur, sed omnino diversum picturae genus prae se ferunt. Prima folia horrende maculata, gravi cum iactura scriptionis, ff. II^v et V^{r-v} videtur insuper A. Maius (?) chemicis remediis ad scripturam fere eva-

nidam resuscitandam parum prospere temptasse. Foliorum in sectione externa notatur (manu saec. XV) *XRISOstHOMVS* (sic).

F. 302 imo possessor XIII, ni fallor, saeculi notavit μαργαριτα του πριμικιρι / Ρομανου (P. Batiffol, *La Vaticane depuis Paul III*, in *Revue des questions historiques* XLV [1889], p. 212, legit Μαργαρίτου τοῦ πριμικυρίου 'Ρυσανοῦ, Rossanensis scil.!, sed in pagina aversa rubris characteribus inscribitur + βιβλίον [conr. ex βίβλος] / μαργαρύ/τε [conr. ex — τες], manu fere coaeva, codicem autem nostrum, vel potius nostri similem, in Typico Cryptoferrat. librum *margaritarum* indigitatum esse monet A. Rocchi, De coenobio Cryptoferratensi eiusque bibliotheca, Tusculi 1893, p. 277). Ibid. imaguncula byzantini imperatoris, ut videtur, rudissimo calamo delineata (saec. XIV?). F. III summo notatur *n.°* δ nec non alia nota Cryptensis Θ (haec iteratur in margine inf.). Folii 1 in ora sup. animadversio Τοῦτο τὸ βιβλίον ἦν τῆς μονῆς τῆς Κρυπτωφέρρης. F. I· medio leges *Señor Misia (?) de Paredes / yo Pedro de Ander* (?), m. saec. XVI. F. IV, praeter verbum vel nomen adcurate deletum (αντω......), nescio quis alius tabellam illam dierum infaustorum unius cuiusque mensis secundum Esdram inseruit (saec. XIII-XIV), in graecis codicibus vulgatissimam, inc. + εἰσὶν αἱ παρατηρίσειμαι ἡμέραι τῶν μήνων / αὗται· ἃς ἐφανέρωσεν ὁ θεὸς 'Εσδρᾶ τῷ ἱερεῖ·.... μὴν σεπτέβροιῶ· εἰς γ' καὶ κδ', des. μην αὐγ(ού)στω εἰς δ' καὶ ιε' (cf. Catalogum codicum astrologicor. graecor., pass.), subfixa notula de diebus lunae infaustis + ἔχει δὲ καὶ τὸ φέγγος ἡμέρας δισκόλους· / εἰς τας γ' εἰς τ(ὰς) ε' καὶ εἰς τας· κβ' ·:· ἐν τάντες / γοῦν ταῖς ἡμέραις, ὀυκ ὀφιλ. ἄρχ(ε)σθαι τινός:. F. IV^{v} superne, m. <L. Allatii>, notatur *S. Joannis Chrysostomi de Sacerdotio / et aliȩ homiliȩ*. Folior. 155 et 184 margines externi turpiter mutilati (absque tamen textus iactura) scidulis e codice pergam. saeculi XIII-XIV (mm. circiter 260 × 185, linearum autem 26) refecti sunt, quae praebent (f. 155^{r-v}) ex Aristotelis categoriis fragmenta quattuor, vv. scil. [a] δῆλον ὅτι κατ' οὐδέτερον — μέλαν γενέσθαι (ed. Bekker, I, 13 col. sin., linn. 15–21), [b] εἶναι θάτερον — ἕξιν λεγόμενα (ib., col. dext., linn. 4–9), [c] ἀληθές· ὥστε ἐπὶ μόνων — ἐπὶ τῶν ἄλλων (ib., linn. 32 — p. 14 col. sin., lin. 1), [d] Πρότερον δὲ ἕτερον – πρότερον· δυοῖν (ib., linn. 26–31); (f. 184^{r-v}) ■ Davidis in philosophiam prolegomenis quattuor fragmenta, vv. scil. [a] ⟨ἀ⟩ντιστρέφει· ὅσα μὲν — μελέτην θανάτου (Comment. in Aristot. graeca edd. cons. et auctor. Academiae... Borussicae, XVIII, II, pp. 36, lin. 26 ... 37, lin. 13), [b] δικαιοσύνη καὶ — ἐμνημόνευσε φ⟨ημὶ⟩ (ib. pp. 37, lin. 15 ... 38, lin. 2), [c] τούτω κέχρηται — προδιατυποῖ (pp. 43, lin. 24 ... 44, lin. 4), [d] ⟨θεω⟩ρήματα καὶ — ἔστιν εἰπεῖν (pp. 44, linn. 10 ... 26) (foliis in longitudinem plus quam dimidiatis pleraque desiderantur).

Ff. 303–313 serius iniecta atque quaternionem + binionem efficientia litteras maioris moduli, titulos, rubricas, quae indigitantur, notabilia rubro descripta praebent, inscriptioni f. 313 taenia superinponitur flavo, rubro caeruleoque coloribus sat rudi arte depicta, littera initialis ib. pari ratione decoratur. F. 313 librarii subscriptio, rubris characteribus expressa + θεοῦ τὸ δῶρον, / καὶ πόνος Γεωργίου, ἐλα/χίστου ἱερέως τοῦ Τζαγγαροπούλου (notaverunt Vogel-Gardthausen, *Die griech. Schreiber* etc., p. 85): paullo inferius κτῆμα 'Ιγνατίου ἱερομονάχου, ipsius Georgii, ut vid., manu. Officinarum chartariar. insignia duo adparent, trimontium nimirum ex quo linea egreditur (ff. 304. 305 etc., cf. nr. 11684 apud Briquet, qui maioris est moduli), et bucina quaedam de habena pendens (f. 313, cf. Br. n. 7693, qui tamen differt). F. 313^{a} (mm. 220 × 150) notulas quasdam exhibent rudissimo charactere infimaque lingua conscriptas de pecunia

pluribus vicibus a. 1475 commodata vel soluta a nescio quo Antonio ([?], cf. initio + *ὥμολ[ογῶ] εγο Αττονης*, sequentia verba propter marginem male habitum legi nequeunt) et ab alio, eius forsitan propinquo (nominantur *πρημικριρη* [intell. *πριμικῆρι*] *το Μιγηστιανον, Μιχελος ο γραματικος, Γεοργις ὁ Πλιακος, Διμιτρις ο Παλατιανος του Αντονιτζι ο γαυρος, γα⟨μ⟩βρὸς* scil., etc.).

De codice pauca habet A. Rocchi, op. cit. pp. 277 et 305, nec non P. Batiffol, art. laud. pp. 209 n. 3 et 212 sq.

Integumenti tabulae ligneae corio subrubro signato contectae fibularumque vestigia dum taxat retinentes arma praebent Gregorii XV P. M. (tab. ant.) et (tab. post.) Scipionis Cobelluzzi card. bybl. (1618–26).

1630. Saec. XI, membran., mm. 360 × 258, ff. I. 293 (I chart.), coll. 2, linn. uti plurimum 33.

s. Iohannis Chrysostomi homiliae conplures: [1] (f. 1) in dictum Pauli, Nolo vos ignorare etc., inc. mut. *ὦσιν οἱ τοῖς μέλλουσι μὴ πιστεύοντες* (P. G. 51, 252, linn. 5 sqq.); [2] (ff. 1v–9) de baptismo Christi (P. G. 49, 363–372) [*λόγ. δ'*]; [3] (ff. 9v–24) de Spiritu Sancto* (P. G. 52, 813–826), add. in fine vv. *ἐτίμησε τὸ πλασμα τὸ σὸν — ὁ Χριστος δοξάζεται· αὐτοῦ γάρ ἐστιν ἡ δόξα κτλ.* ut in Vat. gr. 335, cuius enarrationem vide (inscript. homiliae ut in cod. Colbert.); [4] (ff. 24–28v) in s. Lucianum martyrem (P. G. 50, 519–526 [BHG. 998]), inscript. ut in cod. Colbert.; [5] (ff. 28v–36) de fide et lege naturae, *εἰς τὸν περι φύσεως νόμον λόγος πάνυ ὠφέλιμος* cod. (P. G. 48, 1081–1088: homiliam hancce Severiano Gabalensi restituit Ch. Martin in *Revue d'histoire ecclésiastique*, XXV, 1 [1929], p. 709 n. 1, cui adstipulatur F. Cavallera in *Bulletin de littérature eccl. publié par l'hist. cath. de Toulouse*, XXXIII [1932], pp. 140 sq.); indicatur lacuna vv. *οὕτω διὰ τῆς — ἐπλουτίσθη* conprehendens (ib. 1081, linn. 19–20); [6] de verbis Apostoli, Habentes eumdem Spiritum (ff. 36v–45) hom. 1 (P. G. 51, 271–282), (ff. 45–53v) hom. 2 (ib. 281–290), inscript. ut in duobus codd. apud Migne citatis (cf. ib. 281 not. a), (ff. 53v–64) hom. 3 (ib. 289–302), indicatur brevior lacuna inter vv. *τοὺς πειρασμούς* et *τὰ μυρία κακὰ* (ib. 292, lin. 15 a. i.); [7] (ff. 64–73) de peccatis fratrum non evolgandis (ib. 51, 353–364), indicatur brevior lacuna inter vv. *πραγμάτων* et *προσέχετε* (ib. 355 l. 9 a. i.); [8] (ff. 73–79v) quod non sit desperandum (ib. 363–372), cum doxol. edita breviore; [9] (ff. 79v–94) in illud, In faciem ei restiti, *εἰς τὴν ἀποστολικὴν ῥῆσιν· ὅτε δὲ ἦλθε Πέτρος κτλ. καὶ ὅτι οὐκ ἦν ἀντίστασις· ἀλλ' οἰκονομία τα γινομενα σοφωτάτη* cod. (ib. 371–388); [10] (ff. 94–100v) de angusta porta, et in orationem dominicam (ib. 41–48); [11] (ff. 100v–114v) in illud, Vidua eligatur (ib. 321–338); [12] (ff. 115–123v) in illud, Propter fornicationes uxorem etc.

(ib. 207–218); [13] (ff. 123v–130v) de libello repudii, inscript. plenior quam in ed. (ib. 217–226); [14] (ff. 130v–146v) quales ducendae sint uxores, inscript. ut in codd. Colbert. et in ed. Savil. (ib. 225–242); [15] (ff. 146v–149v) in Pharisaeum et Publicanum nec non de humilitate et oratione *, inc. *Καθάπερ νεφῶν συνδρομή*, des. *οὕτω γὰρ διηνεκῶς ἀπολαύσομεν τῆς σωτηρίας· καὶ τῶν μελλόντων ἐπιτευξόμεθα ἀγαθῶν· ὧν γένοιτο κτλ.*, cf. A. Ehrhard, *Überlieferung u. Bestand d. hagiogr. u. homilet. Lit. d. griech. Kirche* etc., II (*Texte u. Untersuch. z. Gesch. d. altchristl. Lit.... hrsgg. v. E. Klostermann u. W. Eltester*, IV R., VI B), p. 243, nec non cod. Mus. Brit. Add. 36. 589, f. 171v (est re vera ex hom. V de inconprehensibili Dei natura excerptum, variis inmutatis, cf. P. G. 48, 744 lin. 23 a. i. — 748); [16] (ff. 149v–158) de profectu Evangelii (P. G. 51, 311–320), inscript. ut in codd. Colbert.; [17] (ff. 158–168v) de caeco et Zacchaeo *, *ὅτε ἐθεράπευσεν ὁ σωτὴρ τὸν ἐκ γενετῆς τυφλὸν· καὶ εἰς τὸν Ζακχαῖον κτλ.* (P. G. 59, 599–610); [18] (ff. 169–178) de filio prodigo * (ib. 627–636); [19] (ff. 178–188) de perfecta caritate (P. G. 56, 279–290); [20] (ff. 188–192v) de s. Meletio Antiocheno (P. G. 50, 515–520), ad vv. *ἐπ᾽ ἄλλῃ κληθέντες αἰτίᾳ* (ib. 518 linn. 15–14 a. i.) notatur in marg. litt. uncialibus *τίς δὲ ἡ ἄλλη αἰτία κτλ.* ut in duobus codd. ap. Migneum adlatis; [21] (ff. 192v–195) in illa, Verumtamen frustra conturbatur * etc., *ἐκ τοῦ λη´ ψαλμοῦ εἰς τὸ πλὴν μάτην κτλ. και κατα πλουσίων καὶ κατα δανειζομένων* cod., des. in vv. *ἐμοὶ ἐποιήσατε· εἶπε τῇ ἀχράντῳ αὐτοῦ φωνῇ ὁ κυριος καὶ θεος ἡμῶν Ιησους ὁ Χριστος. αὐτῷ ἡ δόξα κτλ.* (P. G. 55, 559–561 lin. 7 a. i.); [22] (ff. 195v–199) de salute animae *, *εις το μάταιον βίον τοῦ κόσμου τούτου· καὶ εἰς κατάνυξιν καὶ ὠφέλειαν των ψυχων ἡμῶν* cod. (P. G. 60, 735–738: est re vera s. Ephraem Syri hom. de poenitentia, cf. Assemani III, 308–314); [23] (ff. 199–203v) de eleemosyna *, *εις τὸ ἐφόσον ἐποιήσατε ἑνὶ τούτων κτλ.*, ab ed. (P. G. 60, 707–712) in fine discrepans; [24] (ff. 203v–207) in illud, Si non dimiseritis hominibus peccata eorum * etc., inc. *Πρώην ὁ σωτηρ ἡμῶν· κατα τὴν τῶν ἁγιων εὐαγγελίων παράδοσιν*, des. *ἔλεγεν· εἰρήνην τὴν ἐμὴν, δίδωμι ὑμῖν· μεθ᾽ οὗ τῷ πατρι κτλ.* (cf. P. G. 64, 1401–1402 lin. 4 a. i.: exstat et in cod. Mosquen. 159, f. 146 [Vladimir 164]); [25] (ff. 207–215v) in epist. I ad Thessal. hom. VIII, ed. (P. G. 62, 439–446) multo auctior; inscript. autem des. in vv. *μὴ φθάσωμεν τοὺς κοιμηθέντας*; [26] (ff. 215v–222) in s. Eustathium Antiochenum [BHG. 644], def. in vv. *τῶν ἁγίων τούτων τὰς ἀρετάς· ἵνα καὶ τῶν στε⟨φάνων⟩* (P. G. 50, 597–606 lin. 12) ob partem sup. dext. folii 222 abscissam (qua de causa et vv. *οὐδέπω τοῦ λαοῦ — καὶ προ|εδρίας*, ib. 605 lin. 15–606 lin. 2, desiderantur); [27] (ff. 222v–230) in epist. ad Hebraeos homiliae 31–32 et 23 sub tit. [*Εἰρήνην*] *διώκετε μετὰ πάντων καὶ τον ἁγιασμὸν· καὶ ὁποῖον δεῖ εἶναι*

τον ἀληθῆ χριστιανόν, hac ratione in unam coactae: [a] (ff. 222v–226 col. dext., lin. 2) hom. 31 usque ad vv. *ἀπὸ τῆς συνεχείας ἀνύσωμεν* (P. G. 63, 213–218 lin. 8 a. i.), [b] (ff. 226 col. dext., lin. 2–228 col. sin., lin. 13) hom. 32 a vv. *ναὶ δέομαι καὶ ἀντιβολῶ* ad vv. *τῶν ἀφθάρτων θησαυρῶν τοῦ θεου* (ib. 222, lin. 17–224 lin. 7 a. i.), [c] (ff. 228 col. sin., lin. 13–230) hom. 23 inde a vv. *οὐδὲν γὰρ τῶν τούτων ἐπιτυγχανόντων μακαριώτερον* (ib. 163, lin. 21–166), haud paucis omissis, inmutatis, transpositis; [28] (ff. 230v–239v) de Lazaro concio 7 (P. G. 48, 1043-1054), notatur lac. inter vv. *κρημνὸν κατάγει* et *ὃ δὴ καί* (ib. 1052 lin. 29); [29] (ff. 239v–244) *εἰς τὸ πῶς ὁ Αδὰμ τὴν ψυχὴν ἔλαβεν ὅτε ἐπλασθη· και εις το παθος τοῦ σωτηρος ερμηνεια* (ed. Savile, V, 648-653 [cf. P. G. 64, 1363-64, linn. 8-7 a. i.]: homilia est re vera Antiochi Ptolemaidos, cf. S. Haidacher in *Zeitschr. f. kath. Theologie*, XXXII [1908], pp. 408–410, quam obcurrere notavimus ex. gr. in codd. Mosquen. 216, ff. 320v sqq. et 217, f. 145v sqq. [Vladimir 269 et 271] nec non in Vindob. theol. gr. 107, ff. 145–150v [Lambecius-Kollar IV, 64 sq.); [30] in Genesim (ff. 244v–247v) sermo 3 (P. G. 54, 590–593), (ff. 247v–250) sermo 6, *εἰς τὸν Ἀδὰμ ὅτι πριν ἢ φαγεῖν αὐτὸν ἐκ τοῦ ξύλου τῆς γνώσεως ἤδει τί καλὸν· καὶ τί πονηρὸν· καὶ περι τοῦ δεῖν ἐν οικία κτλ.* cod. (ib. 604–607), (ff. 250–256v) sermo 7, des. in vv. *ταῦτα κατέχετε καὶ μέμνησθε* (ib. 615 linn. 5-4 a. i.) *· καὶ γὰρ πολλὰ τὰ εἰρημένα· καὶ διδασκαλίας βελτίονος ἀπολαύσεσθε· ταῦτα οὖν κατέχοντες μετὰ ἀκριβείας· καὶ πρὸς τὰ μέλλοντα ῥηθήσεσθαι παρασκευασώμεθα· κοινῇ πάντες δόξαν ἀναπέμποντες τῷ θεῳ κτλ.*, omittit vero vv. *Ἀπώλεσας μὲν γὰρ — βασιλείαν τῶν οὐρανῶν* (ib. 614 lin. 23 a. i. — 615 lin. 1), (ff. 257–262) sermo 1, *περὶ νηστείας καὶ τίνος ἕνεκεν ἐξ οὐρανου καὶ γῆς ἤρξατο ὁ Μωϋσῆς καὶ περι ελεημοσύνης, ὁμιλ. α'* cod. (ib. 581–586), des. *ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς καταξιωθῆναι· εὐχαῖς καὶ πρεσβείαις τῶν ἱερέων· χάριτι καὶ φιλανθρωπια κτλ.*, (ff. 262–264v) sermo 2 (ib. 586–590), (ff. 265–269v) sermo 4, *ὁμιλ. γ'* cod. (ib. 593–598), cum doxol. edita breviore, (ff. 269v–274v) sermo 5 (ib. 599-604); [31] (ff. 274v–286) de decem millium talent. debitore homilia (P. G. 51, 17-30); [32] (ff. 286–293v) in illud, Simile est regnum caelor. patrif. etc.,* *κατήχησις πρὸς τοὺς μέλλοντας φωτίζεσθαι· καὶ εἰς τὴν παραβολὴν τοῦ ἀμπελῶνος* cod. (P. G. 59, 577–586) [*λόγ. μβ'*].

Emendationes atque subplementa seriorum manuum alicubi deprehenduntur (ff. 41v. 46. 48v. 52 etc.), locos non nullos e S. Scriptura in Chrysostomi *κειμένῳ* obcurrentes nescio quis indicavit (cf. ff. 13 et 57v) vel alia notavit (cf. ff. 46 et 48v).

Subflavo liquore descriptus fasciculos 37 hodie conplectitur (quaterniones, 35 dum taxat excepto, ternione, et ultimo, 7 folior.), sed quattuor initio effluxisse notae graecae numerales ostendunt sive primae ultimaeque singulorum paginae (*ς'* [ff. 9 et 16v] *.κβ'*.

κδ'. κς'. λ'. λα'. λγ'. λδ') sive primae (ζ'. ις'. κ'. κε'. κζ'. λθ'. μα') sive ultimae tantum ab ipso librario vel certe eius temporibus adpictae. Inscriptiones, litteris uncialibus exaratae, nec non homiliarum numeri summis paginis iniecti rubra, taeniolae inscriptionibus inpositae auro, rubro, caeruleo elegantissime decoratae, id. id. litterae initiales (litteras nec non ornatus aliquot nescio quis barbarus turpiter dempsit, cf. ff. 100. 158. 195v. 222v). Folia ultima circa margines udore tacta, absque tamen textus detrimento.

Codex, quem flavo vel subflavo pigmento unus librarius (quid quid in contrarium adfirmaverit A. Ehrhard loc. infra citando), licet parum aequabili calamo, descripsit, fasciculos 27 hodie servat (⟨δ'⟩ binio, ϛ' senio, cett. quaterniones), in angulo sup. externo primae singulorum paginae ab ipso scriba subputatos: cuius modi notae, margine resecto, interdum perierunt. Adcedebat initio binio, cuius altera charta tantum modo superat pinacem supra laudatum praebens. Tituli, litterae grandioris formae, verba potiora quibus initia sectionum distinguuntur, animadversiones liturgicae summis paginis iniectae purpureo colore (f. 1 dumtaxat rubro). Codex umore hic illic tactus, scriptura non nullibi retractata (cf. ex. gr. ff. 55v–56v), folior. non nullorum orae absumptae, aliae (sub finem) a muribus conrosae, textu tamen ubique indemni. Ff. I et 218r-v vacua.

F. Iv summo notavit ⟨L. Allatius⟩ *Vitę et Martyria diuersor(um) Sanctor(um) / Mensis Septembris.* Margini sup. folii 1 utraque nota Cryptensis adpingitur, Λ nimirum

et *n.° 11*, folii 2 in summo fastigio *le(genda) sa(n)tor(um)* (eadem saeculi XV manu quam similia notantem in codd. 1526 etc. deprehendimus) nec non, inferius, illud consuetum *Τοῦτο τὸ βιβλίον ἦν τῆς μονῆς τῆς Κρυπτωφέρρης.*

Librum breviter descripsit A. Ehrhard, *Ueberlieferung u. Bestand d. hagiogr. u. homilet. Literatur d. griech. Kirche* etc., II (*Texte u. Untersuch. z. Gesch. d. altchristl. Lit.* etc., 4 R., VI B.), Leipzig 1938, p. 339, amplius recensuerant Hagiographi Bollandiani, Catal. codd. hagiogr. graecor. Bibl. Vat., pp. 148–150, qui eum non recte saec. XII-XIII tribuunt (id. id. M. A. Guidi, in Xeniis Romanis, p. 126); obiter memoraverat P. Batiffol, *La Vaticane depuis Paul III*, in *Revue des questions historiques* XLV (1889), pp. 209 n. 3 et 213.

Integumentum ex tabulis ligneis tergore subrubro signato contectis, quarum in altera scutum Gregorii XV P. M., in altera Scipionis Cobelluzzi card. bybl. (1618–26) auro inprimitur: fibularum non nisi vestigia supersunt.

1644. Saec. XII-XIII, membran., mm. 338 × 253, ff. II. 103 (+ 18ª et 72ª; f. I chart.), coll. 2 (praeter f. 103), linn. 26.

s. **Iohannis Chrysostomi** homiliae diversae: [1] (ff. 1–4ᵛ) ⟨ad populum Antiochenum hom. 14⟩, inc. mut. *προ[χειρότερον εἰς] μέσον ἀγά[γωσι τὸν] ὑπεύθυνον* (P. G. 49, 150 lin. 27–154), (ff. 4ᵛ–16ᵛ) hom. 15 (ib. 153–162), (ff. 16ᵛ–28ᵛ) hom. 16 (ib. 161–72), (ff. 28ᵛ–40) hom. 17, om. in titulo vv. *Εἰς τοὺς ἄρχοντας — μαγίστρον*, add. vero in fine *γένοιτω κυριε τὸ ἔλεός σου ἐφ᾽ ἡμᾶς ἀμήν δέσποτα* (ib. 171–180), (ff. 40ᵛ–51) hom. 18, om. in titulo vv. *Εἰς τὴν προειρημένην ὑπόθεσιν τῆς στάσεως* (ib. 179–188), (ff. 51–63) hom. 19, *τῆς σωζομένης* in tit. (ib. 187–198), (ff. 63–75) hom. 21 (*ὁμ. κ´* cod.), *εἰς τὴν ἐπάνοδον τοῦ ἐπισκόπου· καὶ εἰς τὴν τοῦ βασιλέως διάλαγὴν· καὶ πρὸς τὴν πόλιν κτλ.*, des. *πρεπούσης φιλανθρωπίας· ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν κτλ.* (ib. 211–222); [2] (ff. 75–87) ad inluminandos catechesis II, (*ὁμ. κα´* cod.), *πρὸς τοὺς μέλλοντας φωτίζεσθαι — ἀλλότρια χριστιανοῖς· καὶ περι χρηστὰς ἔχειν ἐλπίδας* (ib. 231–240), doxol. brevior edita; [3] (ff. 87–102ᵛ) in Genesim sermo III * (*ὁμ. κβ´* cod.), abrump. in vv. *ἐβλέψατε αὐτὸν ἀπέναντι* (P. G. 56, 525–535 lin. 8).

Verba omissa ipsius librarii manu, ut videtur, marginibus interdum adscribuntur (cf. ff. 6. 11. 37ᵛ etc.).

F. II, e codice saeculi XI binis columnis (36 linear.) exarato decerptum, praebet (f. IIʳ⁻ᵛ) ⟨s. **Basilii Magni** homiliam in illud, In principio erat Verbum⟩ inde a vv. *συστά|σει· ὅλον τὸν λόγον καὶ ἀπηρτισμένον* (P. G. 31, 480 A 2–481), et (f. IIᵛ) eiusdem hom. contra Sabellianos (*λόγ. μζ´* cod.), abrump. in vv. *θεολογοῦντες· ἐκ τοῦ λατρεύ|ειν* (ib. 600–601 A 1).

F. 103, quod liber membran. saeculo XIII grandioribus characteribus

descriptum (linear. 27) subpeditavit, exhibet ⟨**Theophili antecessoris** Institutionum libri IV tit. 6 § 3–6⟩ a vv. *οὐσουκαπιτεύσα|σιν· καὶ λέγειν εἰ φαινεται* ad vv. *τοῖς κρεδίτορσιν ἐξ ἀποφά|σεως* (ed. B. C. Ferrini, Institutionum graeca paraphrasis Theophilo antecessori vulgo tributa etc., Berolini 1884–87, pp. 418 lin. 14–420 lin. 5). Verba non nulla latina, puta *διρέκταν ιν ρέμ, ἢ ιν ρὲμ πουβλικιανὴ* etc. rubro pigmento ab ipso librario inter lineas iterantur.

Librum, praeter folia duo adsciticia quae modo memoravimus, quaterniones 13 efficiunt ad angulum inf. externum primae singulor. paginae librario ab ipso (italo-graeco, ut mihi quidem videtur) subputati: quorum e notis, *κδʹ-λςʹ* nimirum, fasciculos 23 initio desiderari conligitur aliud forsitan volumen olim efficientes (v. infra). Ornatus (admodum rudes), inscriptiones, litterae initiales atque grandioris moduli purpurea (cf. tamen litteras maiores non nullas rubri coloris ff. 56ᵛ–62ᵛ et 76ᵛ–78). Membranis non bene praeparatis calamoque reluctantibus fenestrae passim hiant (cf. ff. 7ᵛ et 12ᵛ). Ff. II–2 umore valde conrupta non absque textus detrimento. F. I scriptione vacat. Libri clausi acie inferna inscribitur λ⟨ό⟩γοι διαφοροι, manus autem paullo recentior inter utrumque verbum addidit rubro charactere ·β·, quod tunc temporis codicis partem priorem una cum altera servari ostendere videtur.

F. Iᵛ summo ⟨L. Allatii⟩ manu notatur *Ioannis Chrysostomi / Homilię uarię*. Folii II margini inferiori rudissimis litteris adpictum *αναγνοστικον μετα διαφορους λογους* (sic) paulloque superius *lege(n)dj djfere(n)tj*, manu saec. XVI. An littera *Y*, quae ad calcem folii I legitur, liber in aliqua sylloge signatus fuerit equidem nescio.

Integumenti tabulae ligneae corio subflavo signato contectae fibularumque non nisi vestigia retinentes arma praebent Gregorii XV P. M. (tab. ant.) et (tab. post.) Scipionis Cobelluzzi card. bybl. (1618–26).

1645. Saec. XI-XII, membran., mm. 320 × 256, ff. I. 321 (ff. I et 321 chart.), coll. 2, linn. 30 (uti plurimum) — 28 (ff. 10–219) vel 37 (uti plurimum) — 38 (ff. 220–313ᵛ).

Menologium metaphrasticum decembris: [1] (ff. 10–14ᵛ) s. Barbarae passio (BHG. 216) (4), [2] (ff. 15–73ᵛ) s. Sabae vita (BHG. 1609) (5), [3] (ff. 73ᵛ–89) s. Nicolai ep. Myrensis vita, recens. I (ed. G. Anrich, *Hagios Nikolaos* etc., vol. I, pp. 235–267, et cf. vol. II, pp. 115–127 [BHG. 1349]) (6), [4] (ff. 89ᵛ–97) s. Ambrosii ep. Mediolanensis vita (BHG. 69) (7), [5] (ff. 97ᵛ–101) s. Patapii vita (BHG. 1424) (8), [6] (ff. 101ᵛ–123) ss. Menae, Hermogenis et Eugraphi passio (BHG. 1271) (10), [7] (ff. 123–153ᵛ) s. Danihelis stylitae vita (BHG. 490) ⟨11⟩, [8] (ff. 153ᵛ–176) s. Spyridonis ep. Trimithuntis vita, in capp. *κγʹ* distincta, notis tamen numeralibus haud paucis librarii oscitantia praetermissis (BMG. 1648) (12), [9] (ff. 177–195ᵛ) ss. Eustratii et socior. passio (BHG. 646) (13), [10] (ff. 196–218) ss. Thyrsi et socior. pas-

sio (BHG. 1845–46) (14), [11] (ff. 218–223ᵛ) s. Eleutherii ep. passio (BHG. 571), edita saepe plenior conrectiorque et ad recensionem codicis Vindob. theol. gr. 111 (cf. Lamb.-Kollar IV, p. 136), ut videtur, adcedens (15), [12] (ff. 223ᵛ–233ᵛ) conment. in s. Danihelem prophetam inque ss. tres pueros (BHG. 485) (⟨17⟩, cf. pinacem infra laudandum), [13] ff. (233ᵛ–238ᵛ) s. Bonifatii passio (BHG. 281–82) (19), [14] (ff. 239–244ᵛ) s. Ignatii theophori passio (BHG. 815) (20), [15] (ff. 244ᵛ–249ᵛ) s. Iulianae passio (BHG. 963) (21), [16] (ff. 249ᵛ–262) ss. Anastasiae ⟨et socior.⟩ passio (BHG. 82) (22), [17] (ff. 262–264ᵛ) ss. X Martyrum Cretensium passio (BHG. 1197) (23), [18] (ff. 264ᵛ–279ᵛ) s. Eugeniae passio (BHG. 608) (24), [19] (ff. 279ᵛ–286ᵛ) s. **Gregorii Nysseni** orat. in s. Stephanum (P. G. 46, 701–721 [BHG. 1654]) (27), [20] (ff. 286ᵛ–295ᵛ) s. Theodori grapti vita (BHG. 1746) (28, 27 iuxta pinacem infra citandum), [21] (ff. 295ᵛ–312) ss. XX milium nec non Indi et Domnae, Glycerii, Theophili, Dorothei et socc. passio (BHG. 823) (⟨28⟩, secundum pinacem modo memoratum); ad vv. *Ὁ δὲ Μαξιμιανὸς καὶ ἔτι τὴν σιωπὴν κτλ.* (P. G. 116, 1068 A 2–3) manus recentior notavit in marg. ext. folii 306ᵛ *Μαρτύριον τῶν αγίων δῦσμυρίων* et alia in ora summa + *τέλος Ἰνδη καὶ Δώμνα.*

Praecedit (f. 9–9ᵛ) + *πίναξ ἀκριβὴς τῆς γραφῆς τοῦ βιβλίου,* in quo passiones vel vitae tres recensentur ab ipso codice alienae, nimirum sub nr. *ιδʹ* passio s. Sebastiani et socc. (19 dec.), sub nrr. *καʹ-κβʹ* vitae s. ⟨Marcelli⟩, archimandritae Acoemetorum (29 dec.) et s. Melaniae Romanae (31 dec.), Nysseni vero encomium in s. Stephanum prorsus omittitur, cuius inscriptionem manus multo recentior subplevit, i. e., nisi egregie fallor, Lucae Felici Tiburtini, hierom. Cryptensis (cf. ex. gr. contentorum tabulas codicibus 1639, 1641 etc. praemissas).

F. 1–8. 313–320, e codice italo-graeco saec. XI (v. infra) decerpta nostroque custodiae in locum adsuta, continent: [a] (f. 1) conclusionem nescio cuius homiliae vel excerpti: *ὁ πύργος καὶ οἱ δέκα καὶ ὀκτῶ· ὅτε τὴν Ἱερουσαλὴμ ὁ Τῖτος καταστρέψας, πολὺν λαὸν ἐθανάτωσεν* (haec verba leguntur in catena in evang. sec. Lucam a Cramero editam, Oxonii 1841, p. 107 linn. 8–9), [b] (f. 1–1ᵛ) s. **Iohannis Chrysostomi** * *ὅτι οὐ δεῖ κακηγορεῖν ἢ καὶ ἀδικεῖν τῷ πλησίον· καὶ ἡ ἀπόδειξις ἐκ τῶν κατὰ τὸν Δαυὶδ καὶ τοῦ Ἰὼβ γεγενημένη· ἀλλ' ἑαυτοὺς εὐθύνας ἀπαιτεῖν τῶν πεπραγμένων,* inc. *Εἴδες πῶς ἀνεπαχθὲς τὸ δικαστήριον,* abrump. in vv. *πεποίηκεν τὰ ἐκείνου· βούλεσθε καὶ ἑτέρωθεν* (cf. P. G. 64, 1341–42 lin. 25 a. i., ubi homilia haec « ex fragmentis consarcinata et praetermissa » dicitur) (*λόγ. καʹ*), [c] (ff. 313–314ᵛ et 319–320ᵛ) ⟨eiusdem ad Theodorum paraenesis 2⟩, inc. mut. *τοῦ πατρῴου θεου· ὅρα*

πόσον κακὸν (P. G. 47, 311 lin. 18–316), [d] (f. 320v) eiusdem in epist. ad Hebraeos hom. 20, εἰς τὸν ἑκουσίως ἁμαρτάνοντα μετὰ τοῦ λαβεῖν τὴν ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας· καὶ ὅπως χρὴ προϊέναι τοῖς μυστηρίοις τοῦ Χριστοῦ cod., abrump. in vv. ἂν τοίνυν ἐπιστρέψας ἐ|πὶ τὸν (P. G. 63, 143 linn. 9–33) (λό. κη'), [e] (f. 8–8v) ⟨eiusdem* de paenitentia sermo 1⟩, inc. mut. εὑρήσει γὰρ ἕκαστος· ἀντι ὧν ἀπώλεσεν, abrump. in vv. τὴν ἀπλήρωτον αὐτοῦ καὶ ἀκή|ρατον (P. G. 60, 683 lin. 17–684 lin. 17), [f] (f. 2) ⟨eiusdem in epist. ad Romanos hom. 31⟩, inc. mut. κατοδυνω|μένων· πῶς οὖν τολμᾷς (P. G. 60, 675 linn. 20–676), doxol. ab ed. div., [g] (ff. 2–7v) eiusdem in illud Pauli, Nolo vos ignorare etc., οὐ θέλω ὑμᾶς ἀγνοεῖν — ἡ δὲ πέτρα ἦν ὁ Χριστος cod., abrump. in vv. βαπτιζόμεθα· ἐκείνων μὴ βα|πτισθέντων (P. G. 51, 241–248 lin. 14 a. i.) (λογ. μα'), [h] (ff. 315–318v) ⟨eiusdem de verbis apostoli, Habentes eumdem spiritum, II⟩ inc. mut. καὶ γὰρ αὐτὰ τὰ ὀνόματα, abrump. in vv. τὸ αὐτὸ θερίζει πάλιν· ἐπι δὲ (P. G. 52, 282 lin. 26 a. i. — 287 lin. 20 a. i.).

Modo flavo modo subfusco atramento descriptus in partes tres distinguitur, quarum prima (ff. 9–101) fasciculis 12 constat iisque quaternionibus (praeter primum, 7 folior., nec non septimum, ternionem), nulla vel hodie nota numerali distinctis, secundam quaterniones 11 efficiunt (adcedentibus in fine binione atque bifolio, i. e. ff. 190–195), serie graeca in angulo inf. externo primae singulor. fasciculor. paginae aucti (oris altius resectis notae perpaucae supersunt, nimirum δ' [f. 126] et ζ'–ι' [ff. 150 ... 174]), tertia denique fasciculos 15 conplectitur in angulo inf. interno primae singulorum paginae subputatos, quaterniones omnes, ιε' tantum excepto, ternione, cuius folium ultimum excisum est, praecedens autem in longitudinem dimidiatum. Manus conplures deprehenduntur haud semper praeclare inter se differentes, quarum *a* (ut mihi quidem videtur) ff. 10–101v exaravit, *b* ff. 102–182 col. sin., *c* ff. 182 col. dext. — 195v, *d* ff. 196–216v col. sin. lin. 12 (nescio an a praecedente diversa, cf. ex. gr. f. 197v col. sin. cum 195v), *e* reliqua: quas omnes italo-graecas A. Ehrhard iudicavit, *Ueberlieferung u. Bestand. d. hagiogr. u. homilet. Literatur. d. griech. Kirche* etc., II [*Texte u. Untersuch. z. Gesch. d. altchristl. Lit. ... hrsgg. v. E. Klostermann u. W. Eltester*, 4 R., VI B], p. 513 n. 3, cuius tamen viri eximii sententiae quo minus adstipuler πύλαι (ff. 9 et 10), ornatus (ff. 15. 73v. 89v. 97v), litterae initiales (ib.) in parte a primo librario exarata obcurrentia me vetant, quae, auro variisque coloribus expressa (prasino, caeruleo, purpureo, rubro), pingendi rationem in australis Italiae finibus usitatam (licet non elegantissimae) procul dubio haud exhibent (in reliquo codice ornatus litteraeque grandioris moduli plerumque minio, atramento non nullibi perquam rudi calamo delineantur. Folia vero 1–8 et 313–320 (a muribus inferne citra textus detrimentum conrosa) e libro italo-graeco saeculi XI fluxisse nullus, reor, in dubium vocabit qui ad ornatuum litterarumque initialium formam pigmentorumque copulationem animum adverterit; quod iam Ehrhard, loc. laud., pronuntiaverat. Ff. 309–312 perforata textum lacunis laborantem praebent.

F. Iv ⟨L. Allatius⟩ notavit *Vitę et Martyria diuersorum Sanctorum*. F. 1 summo

nota Cryptensis *n.° 2* (iteratur in fastigio folii 9) nec non animadversio τοῦτο τὸ βιβλίον ἦν τῆς μονῆς τῆς Κρυπτωφέρρης; ib. in imo margine alia nota, Cryptensis pariter, *B* (iterum obcurrit f. 9ᵛ). Folii 9 in ora sup. nescio quis (XIV saec.?) rudissimo calamo scripsit εστὶ παναχῆ (sic, ?) βιβλῆον του δεκ(εμ)βρηου μῆνὸς. F. 10 summo adpingitur *lege(n)da s(anc)tor(um)*, eadem manu quam ex. gr. in cod. 1643 enarrando laudavimus. F. 195ᵛ nota ipso codice recentior, sedulo abrasa. F. 263 in ora ext. manus Graecorum ritu benedicens, in summo feminae caput. F. 291ᵛ in marg. sinistro icuncula viri sancti nimbati. F. 312, transscribendi munere absoluto, notavit (ultimus) librarius ετελιωθει· εν Χ(ριστ)ῷ τῷ θ(ε)ῷ / μήν δεκέμβριως μηνὶ αὐ/γούστω: ιη' ημε(ρα) ε' ωρ(α) θ'.

Codicem, praeter Ehrhard, op. laud., pp. 513 sq., descripserunt Hagiogr. Bollandiani, Catal. codd. hagiogr. graecor. Bibl. Vaticanae, pp. 150 sq., memoraverunt dumtaxat P. Batiffol, *La Vaticane depuis Paul III*, in *Revue des questions historiques* XLV (1889), pp. 209 n. 3 et 213, et A. Rocchi, De coenobio Cryptoferratensi eiusque bibliotheca etc., Tusculi 1893, p. 278, qui «orientalibus» merito illum adnumerat.

Tabulae ligneae corio purpureo signato vestitae fibularumque vestigia tantum modo retinentes tesseras gentilicias exhibent Gregorii XV P. M. (tab. ant.) et (tab. post.) Scipionis Cobelluzzi card. bybl. (1618–26).

1646. A. 1118 (f. 278ᵛ), membran., mm. 308 × 254, ff. I. 278 (I chart.), coll. 2, linn. 32-45.

s. **Maximi confessoris** opera conplura: [1] (ff. 9–147ᵛ) quaestiones ad Thalassium (P. G. 90, 268 D 5–773), scholiis marginalibus instructae fere iisdem atque illa quae in ed. laud. pone singulas adferuntur, praemissis (ff. 1–2) prologo ad scholia (ib. 261–265) et (ff. 2ᵛ–9) epistula ad Thalassium (ib. 244–261), scholiis volgatis pariter aucta (ib. 265–268: Photii censura, ib. 268 B 8–D 4, omittitur); [2] (ff. 147ᵛ–159) expositio orationis dominicae (ib. 872–909) cum tribus scholiis e volgatis (ib. 909, nrr. β'–δ') et aliis paucis brevissimis; [3] (ff. 159ᵛ–174) liber asceticus (ib. 912–956); [4] capita de caritate (ib. 960–1073), i. e. (ff. 174–179ᵛ) prologus et centuria I, (ff. 180–188) centuria II, (ff. 188–195ᵛ) centuria III, (ff. 195ᵛ–202) centuria IV; [5] capita theologica et oeconomica, ἕτερα κεφάλαια ρ' cod. (ib. 1084–1173), nimirum (ff. 202–211ᵛ) centuria I, (ff. 211ᵛ–224) centuria II, κεφ. ρ' cod.; [6] (ff. 224–226) ⟨capitum quinquies centenorum * centuriae I⟩ cc. 1–15, κεφ. ιε' cod. (ib. 1177–1185 C 5; animum adverte c. ε' edito multo plenius esse); [7] (ff. 226–235) ep. ⟨15⟩, sive de conmuni et proprio etc. (P. G. 91, 544–576, omittuntur tamen vv. Διδάσκων διαῤῥήδην ἡμᾶς — ἀειπαρθένου Μαρίας, ib. 553 C 14–D 6, et φύσει κατ' οἰκονομίαν — διεδείκνυτο σώ|ζων, ib. 556 A 9–B 1, ad quae subplenda ff. 228ᵛ et 229 spatium vacuum relinquitur), scholiis vulgatis ditata (ib. 576, om. δ'); in fine + ἐπληρώθη ὁ περὶ κοινοῦ καὶ ἀϊδίου (sic) λόγος κτλ. πρὸς Κοσμὰν διάκονον Ἀλεξανδρείας;

[8] (ff. 235–250v) disputatio cum Pyrrho (ib. 288–353). Adcedunt hagiographica de s. Maximo, scil. [a] (ff. 250v–255v) relatio motionis inter Maximum et principes (BHG. 1231), lac. a vv. *τού|του συνηγοροῦντος* ad vv. *Παραγγελίαν ἔχο|μεν* (P. G. 90, 124 D 7–128 C 5) ob folium post 254 excisum, [b] (ff. 255v–256) s. Maximi abbatis ad Anastasium mon. (BHG. 1232), et [c] (ff. 256–265v) tomus alter sive gesta in primo exsilio (BHG. 1233).

Marginibus illa *σ*ⁿ, *ὡ*, *γν* ipsius librarii manu saepe inscribuntur.

Adcedunt: [1] (ff. 266–268v) s. **Iohannis Chrysostomi** comparatio regis et monachi (P. G. 47, 387–392), [2] (ff. 268v–275) **Procli** archiep. **Constantinopolitani** oratio de laudibus ss. Deiparae (P. G. 65, 716–757 [BHG. 1110], omittuntur tamen vv. *Καρπὸς τῆς ἀνθρωπότητος — Καὶ ἡ ἁγία*, ib. 741 A 1–3, ad quae excipienda f. 272 spatium vacuum relinquitur), [3] (ff. 275–278) **s. Ephraem Syri** adversus vitiose viventes, *τ. οσ. πρς ἡμ. Νίφοντος, λόγος πρὸς διόρθωσιν — τιμᾶς ἀπαιτῶντων ἐν τῇ μοναδικῇ καταστάσει: καὶ τὸ πῶς δεῖ εἶναι τὸν μοναχὸν* cod., des. *εν εξήκοντα· καὶ ἐν ἑκατὸν· ὅτι τῷ πατρι καὶ τῷ υἱῷ κτλ.* (Assemani I, 111–118 E 5).

Codicem, inter italo-graecos (v. infra) cum scriptionis elegantia tum ornatuum pulchritudine locum eximium sibi vindicantem, fasciculi 36 efficiunt, quaterniones, 20 et 35 tantum modo exceptis, 7 folior., nec non 21 et 34, ternionibus, quorum in altero folium sextum utpote scriptura vacuum abscisum est (animum, insuper, adverte in 33 folium secundum, post 254 nimirum, effluxisse, in postremo postrema duo, scriptione pariter vacua excisa esse): quos fasciculos, ipsius librarii manu in angulo inf. externo primae singulorum paginae graecis notis numeralibus instructos, nescio quis multo recentiore aevo (saec. XV-XVI) latini alphabeti litterarum serie geminata iterum distinxit (*A-Z* et signa tria in libris inpressis adhiberi solita, nempe *7*, *ɔ*, *4*, et *a-l*). Scholia, litteris uncialibus parvis, quae dicuntur, exarata conpendiisque scatentia summo, externo, imo margini adscribuntur. Ornamenta inscriptionibus praefixa (*πύλαι* ff. 1. 9, 147v, taeniolae ff. 91, 159v etc.) nec non litterae initiales grandiorisque moduli tribus coloribus micant, rubro scil., caeruleo et flavo, inscriptiones ipsae (qua tenus minio hau descriptae), cf. ff. 174 sqq., nec non litterae potiores flavo superlitae, qua se se ratione italo-graeci librarii delectabantur. Folia prima ultimaque non nihil aqua superne tacta. Folii 22 ora externa abscissa. F. I vacuum.

Folio Iv summo contentorum indiculus latinus adpingitur, m. ‹L. Allatii›. Folii 1 in ora ima notatur *s(ine) car(actere)* (qua de nota cf. Ioh. Mercati, *Per la storia dei mss. greci di Genova* etc. [*Studi e Testi* 68], pp. 90 et 95-98, qui librum nostrum e Patiriensi monasterio in Vaticanam bybliothecam recto tramite devenisse iure autumat, cf. ib. pp. 91 sq.). F. 278v librarii subscriptio cum temporis possessionisque notis, quas, utpote perquam evanidas, venenorum ope dum taxat eruere potuimus: + *ἐγράφη αὕτη ἡ βίβλος τοῦ οσ(ίου) π(ατ)ρ(ὸ)ς ἡ/μῶν Μαξιμ(ου) τοῦ ὁμολογητοῦ διὰ χειρὸς / Νικολάου χθαμαλοῦ Ῥηγινοῦ* (deest apud Vogel-Gardthausen, *Die griech. Schreiber* etc.)· *ἐν μη(νὶ) / ὀκ(τω-βρίῳ) κδ'· τοῦ ‚ςχκζ'* (= 1118) *ινδ. ιβ'..* + *χεὶρ μὲν ἡ γράψασα σίπεται τάφω· / γραφῆ δὲ μένει*

εἰς χρόνους ἀπεράν/τους. ✠ πάντες δὲ ἀδελφοὶ οἱ ἀναπτύξαν/τες καὶ οἱ μεταγράφωντες εὔχεσθαι / διὰ τὸν κ(ύριο)ν· ὅτι καὶ ὁ γράφον παραγρά/φει· ὁ γὰρ μὴ πταίον ἐν λόγω ἢ ἐν ἔργω· / ἐκεῖνός ἐστιν ἀνὴρ τέλειος. ✠ μνήσθητι κ(ύρι)ε τοῦ π(ατ)ρ(ὸ)ς ἡμῶν Γρηγ[ορί]ου μοναχοῦ τοῦ πόθου (intell. πόθῳ) κτησαμεν[ου] / τήνδε τὴν δέλτον· ὑπὲρ ἀφέσεως / καὶ ἀναίσεως τῶν αὐτοῦ ἁμαρτη/μ[ά]των, νῦν καὶ ἀεὶ κτλ. Inferius excerptum ■ seniorum verbis, quae dicuntur, librarius ipse transscripsit: ✠ εἶπεν γέρον ὥσπερ τὴν σκιὰν ἑαυτῶν πανταχοῦ περιφέρωμεν etc. (nr. 140 apud Nau, *Histoires des solitaires égyptiens*, in *Revue de l'Orient chrétien* 13 [1908], p. 49, qui non recte habet ὥσπερ τὴν κακίαν; latine in P. L. 73, 864 n. 24). In fine δόξα σοι ὁ θ(εό)ς [ἡμῶν δό]ξα σοι ✠.

Notae nullius pretii variorum manibus, variis aetatibus, vario sermone marginibus interdum adscribuntur, quas inter versus italicus f. 115: δαμι λα μυορτι ορμαὶ κι σοῦ κουντεντη, i. e. *dami la muorte ormai chi su cuntenti*, et f. 196ᵛ summo εγω ἀδελφὸς Ἀθανάσιος. F. 147ᵛ adlocutio devotissima inseritur ad inmaculatam Deiparam: ἁγία δέσποινα θ(εοτό)κε οὐκ ἔ⟨σ⟩χες καὶ οὐκ ἦν ἀνάγκην σὺ μένειν τὸν κέρον (καιρόν scil. της καθάρσεως ὅτι σὺ εἶ καθαροτέρα καὶ λαμπροτέρα ὑπὲρ τὸν ἥλιακον φῶς συ ὑπάρχεις ὑψηλοτέρα τῶν ου(ρα)νιων στρατευμάτων, m. saec. XV (?). Aliae conscribillationes utraque lingua, graeca scil. et latina, f. 278ᵛ inferne vix dispiciuntur.

Librum summatim descripsit Mercati, op. et loc. laud., prorsus ignoraverunt K. et S. Lake, *Dated greek minuscule manuscripts to the year 1200* etc.

Tabulae, corio purpureo signato amictae, fibularum vestigia tantum modo praebent; quarum tabularum in anteriore tesserae gentiliciae Gregorii XV P. M., in posteriore scutum Scipionis Cobelluzzi card. bybl. (1618-26) auro inprimitur.

1647. Saec. XVI in., chart., mm. 334 × 214, ff. VII. 159, linn. 30 (ff. 1-19) et 28 (rell.).

Polybii historiarum libror. VI-XVI et XVIII excerpta antiqua, ut ex. gr. in editione Casauboni, Amstelodami 1670, pp. 627-1077, sed absque capitibus: (ff. 1-23ᵛ) e lib. VI, εκ του εκτου των Πολυβιου περι σηστασεως και αυξησεως της Ρωμαιων πολιτειας ετι (litt. quadr.) δ' ακμῆς τε καὶ διαφορᾶς πρὸς τὰς ἄλλας cod., (ff. 23ᵛ-27) e lib. VII, (ff. 27-41) e lib. VIII (omitt. vv. Ἄππιος δ' ἦν ἡγεμὼν — ἀπὸ τῶν ἀνατολῶν, ed. cit., pp. 715 lin. 6 a. i. — 716 lin. 13 a. i.), (ff. 41-56ᵛ) e lib. IX, (ff. 56ᵛ-79ᵛ) e lib. X, (ff. 79ᵛ-93ᵛ) ⟨e lib. XI⟩, (ff. 93ᵛ-100ᵛ) e lib. XII, (ff. 101ᵛ-103ᵛ) ⟨e lib. XIII⟩, (ff. 104-110) ⟨e lib. XIV⟩, (ff. 110ᵛ-126) ⟨e lib. XV⟩, quo in vv. μάλα τῶν ἐχθρῶν — τὰς μάστιγας παρέστησαν (ed. laud., pp. 993 lin. 6 a. i. — 994 lin. 11 a. i.) nescio cur praetermissa manus coaeva vel paullo recentior in marg. externo imoque f. 122 subplevit, (ff. 126-135ᵛ) e lib. XVI, (ff. 135ᵛ-152) ⟨e lib. XVIII⟩.

Marginibus adscribuntur cum librariorum tum nescio cuius fere coaevi manu (ff. 1ᵛ. 2 sqq.) σφαλμάτων medelae, verba omissa, lemmata, γνῶμαι (prima f. 1 inc. τὸ γὰρ ἀδύνατον ἐν τῷ ψεύδει μόνον, cf. ed. Büttner-Wobst,

II, p. 241 linn. 25 sq., ultima f. 149v τὸ δὴ λεγόμενον τρέχωσι την ἐσχατην, ib. III, p. 309 lin. 14): lemmata latina obcurrunt f. 7 nec non (alia manu) 36 et 37v.

A duobus librariis exaratus, quorum alter (ff. 19v lin. 14–152) codicem quoque 1555 perscripsit, quaterniones 19 conplectitur duplice subputatione instructos, graeca scil. et latina (⟨α ι⟩ — ι iiii), utrique tamen (orae inferiori primae unius cuiusque fasciculi paginae dextrorsum adpictae) bybliopegi culter haud parum detrimenti adtulit; paginae insuper 2-4 singulorum quaternionum notis romanis in marg. inf. dextro distinctae sunt (eadem manu qua in cod. 1555 laudato), primum autem vel prima unius cuiusque fasciculi verba in angulo inf. interno praecedentis paginae derecte scribuntur. Librum custodiae gratia quaternio praecurrit scriptionis expers, alius in fine subditur, huius tamen ultima charta, prima illius operculo adglutinatur interno. Litterae initiales pleraeque omnes desiderantur, inscriptiones a librariis omissas manus duae recentiores fere ubique subpleverunt, altera (ff. 1. 23v. 27) eiusdem simillima quae f. 7 lemma supra laud. iniecit, altera (ff. 41. 56v etc.) ab adnotatoris fere coaevi quem supra memoravimus, me quidem iudice, non diversa. Officinar. chartariar. insignia: [a] (ff. I. II ... 158. 159) arcuballista circulo inclusa ovatae formae, [b] (ff. 1. 2. 13 etc.) ancora circulo inserta quem stella sex radior. supereminet (cf. Briquet nr. 489), [c] (ff. 4. 6 etc.) alia ancora id. id., sed multo minoris moduli, [d] (ff. 125. 127 etc.) arcuballista in circulo cum lilio desuper (cf. Briquet nr. 761). Libri sectio colore subrubro tincta.

Operculo anteriori interno possessionis nota *Andreae Naugerij* (Navager scil., † 1529 Blaesii [Blois] in Gallia) adpingitur. F. VIIv superne indiculus latinus m. ⟨L. Allatii⟩.

Integumenti tabulae ligneae corio fusco elegantissime signato saeculo XVI in. vestitae sunt: fibularum clavorumque reliquiae tantum superant.

1648. Saec. X, membran., mm. 340 × 230, ff. I. 316 (I et 316 chart.), coll. 2, linn. 34 (ff. 1-16v) et 36 (rell.).

s. Iohannis Chrysostomi in epistulam I ad Corinthios: [1] (ff. 1–3v) ⟨hom. 2⟩, inc. mut. σηπε|δόνα τοῦ νοσήματος ἐκκαθαίρων (P. G. 61, 19 lin. 34–22), [2] (ff. 3v–11) hom. 3 (ib. 21–30), (ff. 11–19) hom. 4 (ib. 29-40), (ff. 19v–26v) hom. 5 (ib. 39–48), (ff. 26v–32) hom. 6 (ib. 47–54), (ff. 32–43v) hom. 7 (ib. 53-68), (ff. 43v–49v) hom. 8 (ib. 67–76), (ff. 49v–55) hom. 9 (ib. 75–82), (ff. 55–60) hom. 10 (ib. 81–88), (ff. 60v–68) hom. 11 (ib. 87–96), (ff. 68–77v) hom. 12 (ib. 95–108), (ff. 77v–84) hom. 13 (ib. 107–114), (ff. 84–90) hom. 14 (ib. 113–122), (ff. 90-97v) hom. 15 (ib. 121–130), (ff. 97v–105v) hom. 16 (ib. 129–140), (ff. 105v–110v) hom. 17 (ib. 139–146), (ff. 110v–116) hom. 18 (ib. 145–152), (ff. 116v–123v) hom. 19 (ib. 151–160), (ff. 124–132) hom. 20 (ib. 159–170), (ff. 132–142) hom. 21 (ib. 169–180), (ff. 142–149) hom. 22 (ib. 181–188), (ff. 149–157v) hom. 23

(ib. 187–198), (ff. 157v–164v) hom. 24 (ib. 197–206), (ff. 164v–170) hom. 25 (ib. 205–212), (ff. 170–181) hom. 26 (ib. 211–224), (ff. 181–188v) hom. 27 (ib. 223–232), (ff. 188v–194v) hom. 28 (ib. 231–240), (ff. 195–203) hom. 29 (ib. 239–250), (ff. 203v–210) hom. 30 (ib. 249–258), (ff. 210v–216) hom. 31 (ib. 257–264), (ff. 216v–226v) hom. 32 (ib. 263–276), (ff. 226v–234v) hom. 33 (ib. 275–286), (ff. 235–243v) hom. 34 (ib. 285–296), (ff. 243v–252) hom. 35 (ib. 295–306), (ff. 252v–260) hom. 36 (ib. 305–316), (ff. 260v–264v) hom. 37 (ib. 309–322), (ff. 265–273v) ⟨hom. 38⟩ (ib. 321–332), (ff. 273v–286) hom. 39 (ib. 331–348), (ff. 286v–292v) hom. 40 (ib. 347–354), (ff. 293–299v) hom. 41 (ib. 355–362), (ff. 299v–303) ⟨hom. 42⟩ (ib. 361–368), (ff. 303v–308v) hom. 43 (ib. 367–374), (ff. 308v–315v) hom. 44 (ib. 373–382). Doxologiae ab editis plerumque differunt (breviores sunt).

Marginibus, ipsorum librariorum calamis, adscribuntur illa ὡρ et σημ., verba omissa (perraro), lemmata, ἠθικά (primum f. 1v ὅτι οὐκ ανάγκη οὔτε τὰ καλὰ οὔτε τὰ φαῦλα· ἀλλὰ προθέσει, numero carens, ultimum, μγ', f. 306v inc. ὅτι οὐ δεῖ θαυμάζειν ἡμᾶς ὁρῶντας τοὺς ἐν αρεταῖς ζῶντας δυσπραγοῦντας κτλ.); alia lemmata notulasque passim iniecit manus XIII, ut videtur, saeculi (cf. ff. 1v. 9v. 25. 34v etc.).

Fasciculos 40, quaterniones omnes, praeter λδ' quinionem, in angulo sup. externo primae singulor. paginae a librariis enumeratos (e qua numerorum serie fasciculum unum initio excidisse liquet) atque quadruplici crucula vel (inde a f. 17) asterisco in fronte distinctos, flavo plerumque pigmento manus duae descripserunt (*a* ff. 1–13), elegantissimo utraque charactere (altera praesertim), ornatuum vero lenocinia prorsus neglegentes: S. Scripturae verba interpretanda homiliarum initio adlata, inde a f. 17 lemmata quoque nec non τὰ ἠθικὰ litteris uncialibus descripta. Folia conplura situ violaceo teterrimo inquinata (cf. ff. 179v–180, 217v–218 etc.), umore alia superne tacta, sed absque textus detrimento.

F. Iv summo inscribitur *Ioannis Chrysostomi expositio in epistolam / D. Pauli ad Corinthios primam*, m. ⟨L. Allatii⟩. F. 1 imo animadversio *sine caract(ere)* (qua de cf. Ioh. Mercati, *Per la storia dei mss. greci di Genova* etc. [*Studi e Testi* 68], pp. 90 et 95–98). F. 315v *Ego frat(er) Nicodim(us) monac(hus) / ecl(es)ie s(anc)te Marie d(e) Patiro*, manu saec. XV.

De hoc libro videsis P. Batiffol, *L'abbaye de Rossano*, pp. 47, 49, 53 et 82, qui nulla iusta causa saeculi XIII adnotatorem supra laudat. eumdem esse contendit atque ille cui scholia conplura oris Vaticani gr. 1994 adpicta debentur, nec non Ioh. Mercati, op. laud., p. 93, qui e Patiriensi monasterio statim Vaticanis pluteis inductum esse monstravit.

Integumentum tabulis ligneis conpactum tergore purpureo signato vestitur, fibularum autem vestigia tantum modo servat; in tab. anteriore tesserae gentiliciae Gregorii XV P. M., in tab. posteriore scutum Scipionis Cobelluzzi card. bybl. (1618–26) auro inprimitur.

1649. Saec. XII, membran., mm. 329 × 254, ff. I. 138 (I et 138 chart.), coll. 2, linn. uti plurimum 48.

Theodori ep. **Cyrensis** interpretatio XIV epistularum divi Pauli: [1] (ff. 2v–34v) in epist. ad Romanos (P. G. 82, 44–225), omissa subscr. *Ἰστέον ὅτι ἡ πρὸς Ῥωμαίους κτλ.* (ib. 225 C 4–5) ut in cod. August. (eius modi subscriptiones in fine quoque sequentium conmentarior. semper omittuntur); anteit (ff. 1–2v) praefatio (ib. 36–44); [2] (ff. 34v–56v) in epist. I ad Corinthios (ib. 225–376); [3] (ff. 57–69v) in epist. II ad Corinthios (ib. 376–460), «tomo secundo» conmentarii praefixa (f. 64) inscript. *ὑπόθεσις τῆς προς Κορινθ. ἐπιστολῆς τρίτης* (!); [4] (ff. 70–77) in epist. ad Galatas (ib. 460–504); [5] (ff. 77–85) in epist. ad Ephesios (ib. 505–557); [6] (ff. 85–90) in epist. ad Philippenses (ib. 557–589); [7] (ff. 90–96) in epist. ad Colossenses (ib. 592–628); [8] (ff. 96–100v) in epist. ⟨I⟩ ad Thessalonicenses (ib. 628–656), [9] (ff. 100v–103) in epist. II ad Thessalonicenses (ib. 657–673); [10] (ff. 103v–122v) in epist. ad Hebraeos (ib. 673–785); [11] (ff. 122v–130) in epist. ⟨I⟩ ad Timotheum (ib. 788–829); [12] (ff. 130–134v) in epist. II ad Timotheum (ib. 832–857); [13] (ff. 134v–136v) in epist. ad Titum (ib. 857–869); [14] (ff. 136v–137v) in epist. ad Philemonem (ib. 872–877).

Notae liturgicae haud paucae manu fere coaeva marginibus adpinguntur, libri praesertim initio (cf. ff. 5. 6. 7. 8 etc.).

Subnigro atramento satisque rudi harundine exaratum fasciculi efficiunt duodeviginti, nulla vel ad praesens nota numerali distincti, quaterniones uti plurimum (nonus est 5 folior., duodecimus atque ultimus terniones): litterae initiales rubrae, rubrae uti plurimum inscriptiones, taeniolae ornatusque rubro et atramento distincta, litterae potiores rubro, inscriptiones aliquot (cf. f. 53v) flavo colore superlitae, quod ultimum (praeter membranarum squalorem) librum in australis Italiae regionibus transscriptum esse testatur. Ff. I et 138r-v pura.

F. Iv summo notatur *Theodoreti expositio in epistolas Pauli*, m. ⟨L. Allatii⟩. Folii 1 in marg. sup. codicis nota Patiriensis *libro 66*, in marg. inf. animadversio *sin(e) caract(ere)*, quam perperam Cryptaeferratae adpositam esse autumavit P. Batiffol (cf. infra). F. 137v notae duae rubro colore perquam evanido: ... κ(ύρι)ε τοῦ δούλου ... et + μνήστητι κ(ύρι)ε τοῦ δούλου σου / ...... Ἀθανασίου.

Librum memoravit P. Batiffol, *L'abbaye de Rossano*, pp. 50, 70, 100, et Ioh. Mercati, *Per la storia dei mss. greci di Genova* etc. (*Studi e Testi* 68), pp. 89 sq. (cf. pp. 95–98).

Integumentum ex tabulis ligneis corio signato subrubri coloris vestitis, quarum in altera Gregorii XV P. M. scutum, in altera Scipionis Cobelluzzi card. bybl. (1618–26) auro inprimitur, fibularum in utraque vestigiis dum taxat obcurrentibus.

1650. A. 1037 (f. 186), membran., mm. 345×271, ff. I. 189 (ff. I et 188-189 chart.), coll. 2, linn. 42-54 (plerumque 43).

1 (ff. 1–19) Actus Apostolorum, inc. mut. ἐ|ξουσία ὑπῆρχεν· τί ὅτι ἔθου κτλ. (V, 4), in 40 *κεφάλαια* dispertiti, quorum *οἱ τίτλοι* (inde a ϛ′ tantum modo servati) marginibus adpinguntur (v. Soden, *Die Schriften des N. T.*, I, pp. 450–53).

2 Epistulae catholicae, i. e. [1] (ff. 21–22v) Iacobi, [2] (ff. 23-25) Petri prima, [3] (ff. 25v–27) Petri secunda, [4] (ff. 27v–29v) Iohannis prima, [5] (f. 30) Iohannis secunda, [6] (f. 30–30v) Iohannis tertia, [7] (ff. 30v–31) Iudae, singulis praecurrente ⟨Euthalii?⟩ argumento nec non capitum elencho (P. G. 85, 676 sqq.; v. Soden 334 sqq. et 457 sqq.): quorum capitum ipsorumque *ὑποδιαιρέσεων* tituli, ut supra, marginibus quoque adscribuntur. Stichometria non nisi elenchorum adfertur (excepta utraque Petri epistula).

Praecedunt (f. 19) versus iambici *Ἡ πρωτόβαθμος τῶν μαθητῶν ἀκρότης* (v. Soden 385; versus 2 iteratur ante primam Petri), (ib.) elenchus lectionum etc. cum numero capitum, versuum et auctoritatum (P. G. 85, 668 sq.), (f. 19–19v) programma (ib. 669), (f. 19v) elenchus seu potius conputatio testimoniorum (ib. 669–72), (ib.) aliud programma (ib. 672), (f. 19v–20) elenchus testimoniorum (ib. 672–76), et (f. 20–20) prologus ⟨Euthalii⟩ (ib. 665–68: v. Soden 673).

3 Pauli epistulae, conmentario ex interpretatione s. Iohannis Chrysostomi excerpto singulis subsequente ditatae (quo de cf. K. Staab, *Die Pauluskatenen* etc. [Scripta Pontificii Instituti Biblici], 1926, pp. 259 sq., et R. Devreesse, *Chaînes exégétiques grecques*, in *Dictionnaire de la Bible*, suppl., t. I, coll. 1212 sq.): [1] (ff. 39–46v) ad Romanos; ff. 46v–68 subicitur conmentarius, *ἐκ τῆς πρὸς Ῥωμαίους κατὰ λέξιν ἑρμηνείας Ἰωάννου ἐπισκόπου ἐπιτομῇ τῶν ἀναγκαιοτέρων ἐκλογή* cod., cuius modi inscriptiones initio ceterorum quoque conmentariorum obcurrunt; [2] (ff. 68v–75v et 75v–91v) ad Corinthios prima, cuius in fine *ἐπληρώθησαν αἱ ἐκλογαὶ τῆς πρὸς Κορινθ. ἐπιστολ. α′ ἐκ τοῦ κατα πλάτους* (sic) *ὑπομνήματος Ἰωάννου ἐπισκόπου* (eius modi subscriptiones in fine ceterorum quoque conmentariorum inveniuntur, si nrr. 12 et 13 tantum excipias); [3] (ff. 92–96v et 96v–115v) ad Corinthios secunda, [4] (ff. 115v–118 et 118–128v) ad Galatas, [5] (ff. 129–131v et 131v–134v) ad Ephesios; [6] (ff. 134v–136 et 136–149) ad Philippenses; [7] (ff. 149–151 et 151–156) ad Colossenses; [8] (ff. 156–158 et 158–160v) ad Thessalonicenses prima; [9] (ff. 161–161v et 161v–163) ad Thessalonicenses secunda; [10] (ff. 163v–168v et 168v–176v) ad Hebraeos; [11] (ff. 177–178v

et 178v–180v) ad Timotheum prima; [12] (ff. 181–182 et 182–183) ad Timotheum secunda; [13] (ff. 183v–184 et 184–184v) ad Titum; [14] (ff. 184v–185 et 185) ad Philemonem. Uni cuique epistulae praescribitur argumentum (P. G. 85, 748 sqq.; v. Soden, op. et vol. laudd., 339 sqq.) et capitum elenchus (P. G. 85, 749 sqq., v. Soden 462 sqq.; capita cum suis *ὑποδιαιρέσεσιν* oris quoque, ut supra, suo loco adscribuntur), adcedunt vero nota editionis (v. Soden 300) et stichometria nec non lectionum, capitum, testimoniorumque subputatio.

Praemittuntur (ff. 31v–34) ⟨Euthalii⟩ prologus (P. G. 85, 693–713; v. Soden 650–56), (f. 34–34v) martyrium Pauli apostoli (ib. 713–16 [BHG. 1459]), (ff. 34v–35) elenchus seu potius conputatio lectionum earumque capitum, nec non testimoniorum etc. (ib. 716–720), (f. 35) programma, (ff. 35–36) elenchus testimoniorum (ib. 720–725), (f. 36) aliud programma (ib. 725), (f. 36–38) testimonia ipsa et alia additamenta (ib. 725–748 A 10).

Initia conclusionesque *τῶν ἀναγνωσμάτων* in ecclesia recitandorum manus XIII-XIV saec. notare coeperat (ff. 1 sqq.): quae *τὸ κείμενον* insuper hic illic emendavit subplevitve. Latinae glossulae admodum raro inveniuntur (cf. ff. 40r-v et 69v).

Conmentarius in primam ep. ad Corinthios scholiis non nullis vel dissertatiunculis ditatur a viro italo-graeco coaevo vel fere (an a Rhegino metropolita Nicolao, ad quem liber pertinuit? c. infra) marginibus folior. 76 ... 85 adpictis, in quibus Latina ecclesia ac praesertim clericorum coelibatus acerbissime inpetitur: exempli gratia ultimum scholion (ad Galat. I, 8: in conment. ad I Cor. XIII, 3) exhibemus, *ἐὰν ἀναθέματι ὑπεύθυνος ἐστὶν ὁ εὐαγγελιζόμενος παρὸ παρέλαβεν· νῦν δὲ ὁρῶμεν ἐν τῇ ρωμάνα ἐκκλήσια κηρύγματα ἐξεναντίας τῆς κυριακῆς φωνῆς καὶ τῆς ἀποστολικῆς παραδόσεως. δῆλον ἐστὶν ὡς οὐκ ἔξω εἰσὶ τοῦ ἀποστολικοῦ ἀναθέματος.*

Adcedunt, a manu fere coaeva sed multo rudiore descripta: [1] (f. 186) rubrica quo ordine quattuor evangelia recitentur aperiens, inc. + *χρῆ γινώσκην· ὅτι ἀναγινώσκεται ἀπο τῆς τυροφαγίσημου· μέχρη τῆς λαμπρᾶς κυριακῆς τοῦ πάσχα· ὁ εὐαγγελιστῆς Μάρκος κτλ.* (ed. Ioh. Mercati, *Nuove note di letteratura biblica e cristiana antica* [*Studi e Testi*, 95], p. 56 n. 1), [2] (f. 186–186v) *Ἀκολουθεία εἰς ἐγκαίνια* cantus lectionesque in templi dedicatione usurpata indicans (ed. Mercati, op. cit., p. 77), [3] (ff. 186v–187) *Ἀθανασίου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας πῶς καὶ ἔγκριτα βιβλία τῆς παλαιᾶς [καὶ τῆς νέας] διαθήκης* (est excerptum ex ep. festali 39, a recens. volgata satis differens, quod ed. Mercati, op. cit., pp. 78–80) et cf. ib. pp. 56–59, [4] (f. 187) *Γνώσης τῆς ξβίβλου καθὼς ὑποτέτακται κατ ἀκρίβειαν· ὡς ἀπόκειται ἐν*

τῇ δέλτῳ ενωρδίνως (ed. Mercati, ib., pp. 82–84 et cf. quoque 59 sq.), [5] (f. 187–187v) Macarii Magnetis Apocriticon libror. I-III capitum tabula, abrump. post c. *ιη'* libri III (ed. Mercati, op. cit., pp. 62–74 et cf. 49–52).

Fasciculos 25 initio conplectebatur notis graecis in angulo sup. externo primae singulorum paginae ab ipso librario signatos, ex quibus 1 effluxit, 25 binio est, seu potius erat, ultimo folio iam antiquitus resecto, ceteri sunt quaterniones, quorum numeri ob margines incaute decurtatos interdum effluxerunt (*ιζ'* et *κβ'-κε'*). Qui codicem descripserit, quando cuiusque iussu e subscriptionibus littera maiuscula in fine adpictis elucet: (f. 185v) + *εἴληφε τέρμα βίβλος ἠγλαϊσμένη· | Χ(ριστο)υ φέρουσα τοὺς θεοφθόγγους λόγους· | ἔγραψε ταύτην Νικόλαος ἐν πόθῳ· | ἐν ἐπισκόποις ἀρχιερεὺς ὑπάρχων· | γαίας Καλαβρίτιδος Ῥιγίου πόλις· | καὶ Σικελίας Θρηνακρίτιδος χώρας· | θησαυρὸν αὐτὴν ὥσπερ ἄφθαρτον μέγα· | ἔχειν θελήσας παντὸς εὐκλεεστέραν· | χρυσοῦ σμαράγδου τ' ἀργύρου τε πορφύρας· | καὶ μαργάρων τε τῶν σελασφορῶν λίαν· | ὕλης τε πάσης φιλτάτης ψευδολόγω· | τὰ φθαρτὰ γὰρ πέφυκε τέρπειν ἀφρόνων· | κτηνῶν δίκην ἄισθησιν οἱ Χ(ριστο)υ λόγοι· | τέρπουσιν φωτίζουσιν ἐμφρόνων νόας· | καὶ προξενοῦσι τῶν μελλόντων τὸ κλέος·* (inferius) + *ἡ πηγὴ ὧδε τῶν μαθητῶν τοῦ λόγου· ἐκχεῖ τὸ ῥεῦμα τῶν ἀειρρύτων λόγων· | τοίνυν ὁ διψῶν μὴ κατ' ὀκνεῖ τοῦ πίνειν· | ψυχὴν κατάρδων καὶ ποτίζων τὰς φραίνας* (*αι* « conr. » sup. lin. ex *ε*) · | *εὐαγγελιστῶν τοὺς θεοπνεύστους λόγους· | τομαῖς διαιρεθέντας ἐνεπιβόλοις· | καὶ τῇδε βίβλῳ τεχνικῶς ἡρμοσμένους* (primum *ο* conr. sup. lin. ex *ω*) · | *ἅπας ἀκούων, καὶ τρυφῶν καθ ημέραν· | ἔστωσιν ὠσὶν τοῦς ὑποφωνουμένους· | Νικόλαον θαύμαζε τῆς εὐβουλίας· | τὸν αὐτὸν ἐπίσκοπον τὸν προρηθέντα· | σπούδασμα πολλοῖς ὀῦ πρὶν ἐσπουδασμένον· | καὶ σπουδάσαντα συντό*(f. 186)*νως προθυμίαις· καὶ καλλιεργίσαντα κόσμοις ποικίλοις· | τοὺς μὲν ξενίζει τοὺς ὁρῶντας ὡς ἔχει· | τοῖς τοῦ θ(εο)υ δὲ ῥήμασιν ψυχοτρόφοις· | εὐεργετεῖ ἅπαντας ἀκροωμένους· | ἐνταῦθα τὴν θέλγουσαν εἰκότως λύραν· | κινῶν τελῶν συνκινεῖ καὶ τοὺς λίθους· | ὅθεν πλᾶνε σίγησον ὀρφαῖος* (*ὀρφαϊκὴ* scil.) *λύρα· | πόνοις γὰρ Νικόλαος ἥρμοσε ξένην· | καθ' ἡμεροῦσαν τὴν λιθότροπον φύσιν·* (inferius) ·:· *ἆι ἆι τῆς λύπης ἀβάλαι· ἆι τῆς / συμφορᾶς των πραγμάτων· / φεῦ τῆς ὀδύνης· ὅτι χεὶρ ἡ γρά/ψασα σίπεται τάφῳ· γραφὴ δὲ / μένει εἰς μακραιώνους χρό/νους: ἐγράφη ἅυτη ἡ / δέλτος διὰ χειρός Θεοδώρου / κληρικοῦ Σικελιώτου κατ ἐ/πιτροπὴν Νικολάου επισκόπου / κτήτορος ταύτης· ἐν ἔτει ἀπὸ / κτίσεως κόσμου ἔτ. ͵ςφμε'* (= 1037) *ινδ.* [illegible] */ κυ(κλου) (σελήνης) θ' κυ(κλου) (ἡλίου) κα' καὶ ἐπληρωθ(η) μη(νὶ) / ἰαννουαρίῳ εἰς τὸν αὐτὸν χρ(όνον) ἡμέ(ρᾳ) σα(ββάτου) ὥρα γ'* (integre iam ed. Ioh. Mercati, *Nuove note di letteratura biblica* etc. [*Studi e Testi*, 95], pp. 75 sq., et cf. 53 sq.). Inscriptiones capitalibus pariter litteris (ff. 20. 22v etc.) vel (eadem ratione qua S. Scripturae verba interpretanda in conment. adlata nec non *οἱ τίτλοι* aliaque lemmata oris inscripta) uncialibus parvis, litterae initiales admodum ieiuno cultu delineatae raroque (cf. ff. 23. 39. 149) coloribus postmodum tactae (cf. quoque aviculas duas f. 129 virique caput f. 165v). Liber initio atque in fine udore tactus, ff. 186 et 187 lacerata textum exhibent mutilum, folii 38 ora externa abscisa. Ff. I et 188–189v scriptionis expertia.

Folio Iv contentorum indiculum latinum superne adpinxit ⟨L. Allatius⟩. F. 1 imo nota Cryptensis *Φ*, f. 2 summo animadversio *Τουτὸ τὸ βιβλίον ἦν τῆς μονῆς τῆς Κρυπτωφέρρης.* F. 186v imo + *ἐν ὀνομ(α)τ(ι) τοῦ π(ατ)ρ(ὸ)s καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πν(εύματο)s καὶ τῆς κυρίας καὶ ὡλως* (?) *ὑπερενδόξου ὑπερευλο(γη)μένης δεσποίνης ἡμῶν / θ(εοτό)κου καὶ ἀειπαρθ(έ)ν(ου) Μαρίας εγὼ Πέτρ(ο)s Σωτίρις μαρτυρῶ* (sequuntur verba duo vel tria quae interpretari non valui) *οτι ἐν τω καπιτολω* (nota hic abrumpitur), folii 187 in summo fasti-

gio *εν ονόμ(α)τ(ι) τοῦ π(ατ)ρ(ὸ)ς καὶ τοῦ υιοῦ καὶ του αγιου πν(εύματο)ς· ἐγω δὲ Μα* .... / *καὶ ἀγγελικον μηνὶ αὐγούστω ιε'· ημερα κυριακὴ* .... / *ἐχηρωτωνίθη διἄκων ὑπο τοῦ ἁγιωτ(άτου) ἐπισκώπου* ....: quae inscriptiunculae, saeculo XIII-XV, ni fallor, tribuendae, perquam evanidae sunt.

Librum, quem adcuratissime descripsit Mercati, op. cit., pp. 52–55 (post alios quorum ibid. mentio fit), numero 623 notavit Gregory, *Die griech. Hss. d. N. T.*, 1908, p. 69, siglo autem *α* 173 von Soden, op. et vol. cit., p. 222. Folii 31 imaginem phototypam, quam dicunt, subpeditant P. Franchi de' Cavalieri et Ioh. Lietzmann, Specimina codicum graecorum Vaticanorum², tab. 22, foliorum autem 13ᵛ, 120, 160ᵛ, 161, 163ᵛ, 178ᵛ et 186 K. et S. Lake, *Dated greek minuscule manuscripts to the year 1200*, fasc. VII, tabb. 510–516.

Tegumentum tabulis ligneis confectum corioque subrubro signato coopertum fibularum nuda vestigia retinet; cuius tabula anterior Gregorii XV P. M., posterior vero Scipionis Cobelluzzi card. bybl. (1618-26) scutum auro inpressum exhibet.

1651. Saec. XI-XII, membran., mm. 350 × 274, ff. III. 274, coll. 2, linn. 28.

s. **Gregorii Nazianzeni** orationes XVI: [1] (ff. 1–3ᵛ) oratio 1, in s. Pascha I (P. G. 35, 396–401); [2] (ff. 3ᵛ–24) oratio 45, in s. Pascha II (P. G. 36, 624–664), [3] (ff. 24ᵛ–31ᵛ) oratio 44, in Novam Dominicam, *κ. εἰς τ. μρ. Μάμαντα* cod. (ib. 608–621), [4] (ff. 31ᵛ–43ᵛ) oratio 41, in Pentecosten, *κ. εἰς τ. ἅγ. πνεῦμα* cod. (ib. 428–452), [5] (ff. 43ᵛ–53ᵛ) oratio 15, in Machabaeorum laudem (P. G. 35, 912–933), [6] (ff. 54-64) oratio 24, in laudem s. Cypriani, om. v. *ἐπανήκοντος* in inscript., lac. a vv. *καὶ διώκτης καὶ στεφανίτης* ad vv. *ἵνα τι καὶ αὐτοὶ τῷ* propter folium post 62 deperditum (ib. 1169–1189 A 7 et 1192 A 7–1193), [7] (ff. 64ᵛ-74) oratio 19, ad Iulianum tributorum exaequatorem (ib. 1044–1064), [8] (ff. 74ᵛ–85ᵛ) oratio 38, in Theophania, *εἰς τὴν Χριστου γέννησιν* cod. (P. G. 36, 312–333), [9] (ff. 85ᵛ-141ᵛ) oratio 43, in laudem Basilii Magni (ib. 493-605), om. in fine doxol., [10] (ff. 141ᵛ–154) oratio 39, in ss. Lumina (ib. 336–360), [11] (ff. 154ᵛ–189) oratio 40, in s. baptisma (ib. 360–425), [12] (ff. 189–194) oratio 11, ad Gregorium Nyssenum, *εἰς Γρηγ. ἐπ. ἀδελφον Βασιλείου* cod., des. *ἐποφθείσης ἐν Χριστω Ἰησου ἀμήν* (P. G. 35, 832–841 B 2), [13] (ff. 194–217ᵛ) oratio 21, in laudem Athanasii (ib. 1081–1128), [14] (ff. 217ᵛ–235ᵛ) oratio 42, Supremum vale (P. G. 36, 457–492), [15] (ff. 235ᵛ–261) oratio 14, de pauperum amore, lac. a vv. *παρατρέχοντα; τίς προσθήσεται* ad vv. *βάθη ποταμῶν* casu bifolii post f. 248 (P. G. 35, 857–884 C 1 et 888 B 4–909), [16] (ff. 261–274ᵛ) oratio 16, in patrem tacentem, abrump. in vv. *τὸν χρυσὸν καὶ τὸν ἄργυρον, ὥσ|περ* (ib. 933–960 C 12).

Marginibus illa *ὧρ, σηͫ, γν͂ω* etc. ipsius librarii manu rubro interdum adpinguntur.

Ab uno eodemque librario paullo crassiore harundine neque admodum eleganti descriptus fasciculos hodie 35 conplectitur in angulo inf. interno primae singulor. paginae notis graecis rubris distinctos (24 ternio est, cett. quaterniones, octavi tamen folium septimum, secundi ac tricesimi bifolium intimum, ultimi ultimum folium effluxit), adcedente quoque crucula rubri pariter coloris fronti unius cuiusque fasciculi adpicta. F. 1 πύλη auro tribusque coloribus (purpureo nimirum, viridi, caeruleo) exornata, taeniolae vero ceteris inscriptionibus inpositae purpureo tantum colore delineantur; litterae maiores et maximae purpureae, f. 1 auro quoque nunc pallente superlitae. Folia non nulla acia et acu consuta (1, 16, 35 etc.), aliorum orae decurtatae (48, 61, 131 etc.) nullo textus detrimento. Ff. I^{v} et III pura.

Codicis initio bifolium minoris moduli (mm. 218 × 157) conpactum (f. I-II), cuius in charta priore recta illud *Τοῦτο τὸ βιβλίον ἦν τῆς Κρυπτωφέρ/έρρης* (secundum *ερ* delet.) superne notatur, alterius vero gemina facie homiliarum syllabum inscripsit ⟨Lucas Felici Tiburtinus, hierom. Cryptensis⟩; cui syllabo notae *Ξ* et (alia manu) *n.° 14* praemittuntur (haec in summo, illa in imo folio 1 iteratur). F. III^{v} ⟨L. Allatius⟩ notavit *Gregorij Nanzianzeni* (sic) *Orationes XVI.* Folii 1 in ora ima nescio quis XVI saec. conscribillavit *Et allegramo(n)ci* (sic) (cf. *λαμπρυνθῶμεν* initio primae orationis Nazianzeni). F. 25 grammaticalia latina non nulla manu saec. XIV exhibet in margine imo. Folii 62^{v} in ora externa sup. Fortunae rotae imago saec. XV in. (?) non inperite delineata (cf. A. Doren, *Fortuna im Mittelalter u. in d. Renaissance*, in *Vorträge d. Bibliothek Warburg hrsgg. v. Fr. Saxl*, 1922-1923, pp. 80-92, nec non tab. II, 5 et 7); ff. 117^{v} et 129^{v}, externis pariter in marginibus, mulieris imagines duae, folii 197 in marginibus sup. atque externo humana capita, omnia uni atque eidem calamo paullo recentiori tribuenda.

Librum memorat P. Batiffol, *La Vaticane depuis Paul III*, in *Revue des questions historiques* XLV (1889), pp. 209 n. 3 et 213.

Tabulae ligneae subflavo tergore signato contectae fibularum vestigia tantum modo servant; quarum altera scutum Gregorii XV P. M., altera Scipionis Cobelluzzi card. bybl. (1618-26), utrumque auro inpressum, exhibet.

1652. Saec. XII, membran, mm. 392 × 292, ff. I. 133 (I et 133 chart.), coll. 2, linn. 42-45.

s a n c t o r u m v i t a e, in eosdem atque in f e s t o s d i e s etc. h o m i l i a e per totum anni circulum (qua de conlectione i t a l o - g r a e c a v. quae disseruit A. Ehrhard, *Ueberlieferung u. Bestand d. hagiogr. u. homilet. Lit. d. griech. Kirche* etc., I [*Texte u. Untersuch. z. Gesch. d. altchristl. Lit. ... hrsgg. v. E. Klostermann u. C. Schmidt*, IV R., V B.], pp. 308-311): [1] (ff. 1-2) ⟨acta s. A n d r e a e apost. cum laudatione contexta⟩, inc. mut. *διερράγει· καὶ διαρραγεὶς, πικρῷ θανάτῳ* (ed. M. Bonnet, Anal. Bolland. XIII [1894], pp. 349 lin. 2-352 [BHG. 100]) ⟨30 nov.⟩, [2] (ff. 2-4) passio s. B a r b a r a e, des. fere ut in Paris. gr. 683 (cf. S. Viteau, *Passions des saints Écatérine et Pierre d'Alexandrie* etc., Paris 1897, pp. 89-99 lin. 11 et 103-105

[BHG. 213–214] [λο⟨γ.⟩ κ'] ⟨4 dec.⟩, [3] (ff. 4–9v) vita s. Nicolai a. Methodio, (Μιχαὴλ' τ. ἀρχημ. etc. cod., ut in codd. TV[cd] apud G. Anrich, *Hagios Nikolaos*, I, 113 in adpar. crit.), abrump. in vv. ἀποπεμπόμενος, τῆς τοῦ δικαίου (Anrich, ib., p. 134 lin. 1) [BHG. 1348] ⟨6 dec.⟩, [4] (ff. 10–15) passio s. Eustratii et socior., inc. mut. τῶν χειρῶν· καὶ βάκλοις σὺνκλασθήτω (P. G. 116, 485 A 2–505 [BHG. 646] ⟨13 dec.⟩, [5] (ff. 15–18) e Danihele excerpta tria sub titt. προφητεία Δανιὴλ' περὶ Σουσάννης· καὶ δικαιοκρισίας τοῦ θεου ἐν αὐτῇ (Sus. 1–64), περι τῆς προβολῆς Δαρεῖου τοῦ Μῆδου καὶ ἀποβολῆς τοῦ Βαλτάσαρ καὶ τῆς ἐνέδρας τοῦ Δανιὴλ', καὶ τῆς ἐν λάκκῳ τῶν λεόντων καταδύσεως (Dan. V, 30–VI, 28), ἑτέρα διήγησις περι τοῦ Δανιὴλ' καὶ τοῦ Βὴλ' καὶ τοῦ δράκοντος (Baal et drac. 2–41, add. in fine doxol.) [λο. κγ'-κε'] ⟨17 dec.⟩, [6] (ff. 18–21v) **s. Iohannis Chrysostomi** * de tribus Pueris sermo (P. G. 56, 593–600) ⟨eadem die⟩, [7] (ff. 22–25v) **s. Gregorii Nazianzeni** oratio 19, ad Iulianum tributorum exaequatorem (P. G. 35, 1044–1064) ⟨24 dec.⟩, [8] (ff. 25v–29) eiusdem oratio 38, in Theophania, εἰς τ. ἁγ. τ. Χριστου γέννησιν cod. (P. G. 36, 312–333) ⟨25 dec.⟩, [9] (ff. 29v–32v) **s. Basilii Magni** * homilia in sanctam Christi generationem (P. G. 31, 1457–1476), doxol. ab ed. div. ⟨eadem die⟩, [10] (ff. 32v–34v) **s. Procli Constantinopolitani** oratio 17, in laudem s. Stephani, edita (P. G. 65, 809–817 [BHG. 1657]) in fine plenior, des. καὶ δαιμόνων στῆφη διώκωνται· καὶ ποικίλαι νόσοι δραπετεύωνται· χάριτι καὶ φιλανθρωπια κτλ. ⟨27 dec.⟩, [11] (ff. 35–36v) **Iohannis Euboeensis** sermo in ss. Innocentes (P. G. 96, 1501–1508 [BHG. 825]), des. μεθ' ὧν καὶ ἡμῖν δώει Χριστος ὁ φιλανθρωπος θεος κυριος ἡμῶν, μερίδα καὶ κλῆρον ἐν τῇ αὐτοῦ βασιλεία· αὐτῷ ἡ δόξα κτλ. ⟨29 dec.⟩, [12] (ff. 36v–38v) **s. Iohannis Chrysostomi** * de Obcursu Domini, de Deipara et Symeone, εἰς τ. ὀκταήμερον περιτομὴν τοῦ κυριου cod. (P. G. 50, 807–812) ⟨1 ian.⟩, [13] (ff. 38v–50v) vita et miracula s. Basilii a. Amphilochio*, omissis vv. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὁ τῆς μετανοίας — ὡμολόγησαν. Ὁ δὲ Εὔβολος ἔφη in mirac. I (ed. Combefis, pp. 162 lin. 10–168 lin. 6 a. i.) nec non integro mirac. XI, des. μνήμην τοῦ καθαροῦ αὐτοῦ βίου καταλείψας ταῖς ἐκκλησίαις, ταῖς κατ ενέργιαν τοῦ ἁγίου πνευματος, συγγραφῆσας παρ' αὐτοῦ βίβλους· εἰς δόξαν καὶ ἔπαινον τ. κ. ἡμ. Ι. Χ· μεθ οὗ κτλ. (BHG. 247–256. 258 et 260, adverte tamen in codice miraculorum inscriptiones ad unam desiderari), additur nota in fine de fratribus s. Basilii γεγόνασι δὲ τοῦτου τρεῖς ἀδελφοὶ...· ὁ δὲ μέγας Β., ὀκτῶ χρόνους ἐπισκοπήσας, πρὸς κυριον ἀπεδήμησεν ⟨eadem die⟩, [14] (ff. 50v–55) **s. Basilii Magni** homilia in s. baptisma (P. G. 31, 424–444) ⟨5 ian.⟩, [15] (ff. 55–59v) **s. Gregorii Nazianzeni** oratio 39, in ss. Lumina, εἰς τ. ἅγ. θεοφαν. cod. (P. G. 36, 336–360) ⟨6 ian.⟩, [16] (ff. 59v–63) **s. Iohannis Chrysostomi** de baptismo Chri-

Fasciculos 29 conprehendit, quorum ultimi, bifolii, ut videtur, folium alterum excisum, superioris autem fasciculi, quaternionis, folium quartum (post 219); ceteri, quaterniones omnes, in angulo superiore externo primae singulorum paginae (an a scriba scribisve, haereo) graece signati, marginibus tamen parum caute resectis, numeri *β'-ια'* dumtaxat superant (ff. 17 ... 97, animum enim adverte fasciculum primum et, nescio quo errore, octavum notis numeralibus carere). Distinguitur in partes duas, quarum prior, nexibus notisque tironianis insignis, manus tres prodere videtur (*a* ff. 1-8v. 102–103v col. sin. lin. 18, *b* ff. 9-65 col. dext. lin. 18, *c* ff. 65 col. dext. lin. 18–101v), altera litteris minusculis pariter adcuratis describitur eidemque librario fortasse tribuenda est quem sub *a* recensuimus (cf. f. 103v col. sin. linn. 18–19, ubi alteram altera scriptio excipit): ceterum utramque partem ad scholam Cryptensem pertinere minime ambigitur, Iosephus autem Cozza e Pauli I abbatis calamo fluxisse non iniuria contendit (op. cit. pp. cix-cx), cuius re vera scriptio tachygraphica ad librarii nota *b* supra distincti proxime adcedit (cf. R. et S. Lake, *Dated greek minuscule manuscripts to the year 1200*, X, Boston 1939, tab. 719). Homiliarum inscriptiones, lemmata, *τὰ ἠθικὰ* unciali,

qui dicitur, charactere delineantur; quae omnia, aeque ac litterae maiores et maximae, eodem subflavo, quo textus, atramento uti plurimum, rarius cinnabari descripta sunt (cf. ff. 66v-90. 111v-132v). Folia non nulla umore adtrituque male habita, textum evanidum nescio quis infabre alicubi retractavit (cf. ff. 216 sqq.); inde a 220 chartae omnes plus minusve laceratae magno cum damno scriptionis.

F. I superne *Ioannis Chrysostomi expositio in Matthęum*, m. ⟨L. Allatii⟩. Ff. II-III, multo minoris moduli (165×112 mm.), servant [a] (f. IIv) operis titulum graecum m. ⟨Lucae Felici Tiburtini⟩, praemissa nota Cryptensi Ψ (iteratur imo folio 1) et (alia manu) alia nota, Cryptensis pariter, *n.° 23* (quae adpingitur summo quoque f. 1), [b] (f. III) animadversionem *τοῦτο τὸ βιβλίον ἦν τῆς μονῆς τῆς Κρυ⟨πτω⟩φέρρης*. F. VIv imo troparion inseritur *ἦ π̄ δ' Θ(εοτο)κε ἡ προστασία πάντων, τῶν δεοντων· εἰς σὲ θαρροῦμεν· εἰς σὲ καυχώμεθα· / ἐν σοὶ πᾶσα ἡ ἐλπὶς ἡμῶν ἐστὶν· πρέσβευε τῷ ἐκ σοῦ τεθέντι· / ὑπερ οἰκείων δούλων σου*; quod troparion, manu saeculi XIII exaratum, nescio quo modo Cozza, op. laud., pp. cix et cxx, calamo Lucae I abbatis Cryptensis, ducentis ferme annis antiquioris, tribui posse cogitaverit. Folii VII in ora summa *α* (expunct.) *beata⟨m⟩ me dicente* (sic) *o(mne)s gentes*, in ima vero (codice inverso) *ego fraṭer Paulu* et litterae graecae *α β γ δ ε*, omnia manu saec. XI ex., ut videtur (Cozza, op. et locc. cit., Paulo I, secundo abbati Cryptensi, iterums omnians adscribit). F. 1 summo *Chrisostom(us) sup(er) Matheu(m)*, m. saec. XV, ibidemque notula fere coaeva *de Roma*, quae ad quid pertineat me nescire fateor (cf. phototypam, quam dicunt, imaginem ap. Ioh. Mercati, *Per la storia dei mss. greci di Genova* etc. [*Studi e Testi* 68], tab. II *c*). F. 9 summo notatur *Omel(ię) sup(er) euangel(ium)*, eiusdem viri saec. XIV-XV manu quam similia notantem in codd. ex. gr. 1526 et 1637 deprehendimus. Imo f. 218 nota compendiis tachygraphicis ab ipso librario exarata, quam ad praesens enucleare nequimus.

Librum dumtaxat memoraverunt P. Batiffol, *La Vaticane depuis Paul III*, in *Revue des questions historiques* XLV (1889), pp. 209 n. 3 et 213, atque A. Rocchi, De coenobio Cryptoferratensi eiusque bibliotheca etc., Tusculi 1893, pp. 272 et 277.

Integumenti tabulae, tergore subflavo signato contectae, fibularum vestigia tantum modo praebent; quarum tabularum in anteriore tesserae gentiliciae Gregorii XV P. M., in posteriore scutum Scipionis Cobelluzzi, card. bybl. (1618-26) auro inprimitur.

1659. Saec. X, membran., mm. 318×237, ff. I. 449, coll. 2, linn. 31.

s. **Iohannis Chrysostomi** commentarii 1 in epistulam II ad Corinthios, i. e. [1] (f. 1–4v) homilia 2, inc. mut. *ῥυθμίζων· ἅμα δὲ καὶ μετριάζειν*, deficientibus quoque ob folium unum post 1, sex autem, ut videtur, post 2 verbis *εὐχὰς τὰς ἐκείνων — συμβάλλεται. Ἀρχόμενος* et *οὕτω, κακίας οὔσης — ἀγαγὼν σοφίσῃ. Πάλιν* (P. G. 61, 395 lin. 21–396 lin. 21, 397 lin. 18–398 lin. 14 et 403 lin. 25 a. i. — 404), doxol. brevior edita, [2] (ff. 4v–18v) homilia 3 (ib. 405–418), doxol. ab ed. discrepans, [3] (ff. 19-30) homilia 4 (ib. 417–428), [4] (ff. 30-38) homilia 5 (ib. 427–436), doxol. edita brevior, [5] (ff. 38v–45v) homilia 6 (ib. 435–442), [6] (ff. 45v–59v) homilia 7 (ib. 441–454), [7] (ff. 60–66v) homilia 8 (ib. 453–460), [8] (ff. 66v–75) homilia 9 (ib. 459-466), doxol. ab ed. discrepans, [9] (ff. 75v–83v)

homilia 10 (ib. 465–474), [10] (ff. 83v–92) homilia 11 (ib. 473–480), doxol. ab ed. discrepans, [11] (ff. 92–103v) homilia 12 (ib. 481–490), [12] (ff. 103v–111v) homilia 13 (ib. 489–498), [13] (ff. 111v–117v) homilia 14 (ib. 497–502), doxol. ab ed. discrepans, [14] (ff. 117v–127v) homilia 15 (ib. 501–512), des. *τῶν ἐπηγγελμένων ἀγαθῶν· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν· χάριτι κτλ.*, [15] (ff. 127v–134v) homilia 16 (ib. 511–518), [16] (ff. 134v–141v) homilia 17 (ib. 517–524), doxol. ab ed. discrepans, [17] (ff. 141v–148) homilia 18 (ib. 523–530), [18] (ff. 148v–156v) homilia 19 (ib. 529–536), doxol. ab ed. discrepans, [19] (ff. 156v–161v) homilia 20 (ib. 535–540), [20] (ff. 161v–168) homilia 21 (ib. 541–546), des. ut homil. 15, [21] (ff. 168v–175) homilia 22 (ib. 547–554), doxol. brevior ed., [22] (ff. 175–187v) homilia 23 (ib. 553–564), doxol. brevior ed., [23] (ff. 187v–194) homilia 24 (ib. 563–570), doxol. brevior ed., [24] (ff. 194–200) homilia 25 (ib. 569–574), doxol. brevior ed., [25] (ff. 200–209v) homilia 26 (ib. 575–584), doxol. brevior ed., [26] (ff. 209v–216v) homilia 27 (ib. 583–590), des. *καὶ ὁμόνοιαν ἀσπαζωμεθα· καὶ τῶν μελλόντων τευξώμεθα ἀγαθῶν· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν· χάριτι καὶ φιλανθρωπία τοῦ κ. ἡμ. Ἰ. Χ. ἀμήν*, [27] (ff. 217–224) homilia 28 (ib. 589–596), doxol. brevior ed., [28] (ff. 224–235) homilia 29 (ib. 595–606), [29] (ff. 235–241) homilia 30 (ib. 605–610), cuius in fine *τοῦ ἐν αγ. πρς ἡμ. Ἰωάν. τ. Χρυσοστ. ἑρμηνεία εἰς τὴν προς Κορινθ. β' ἐπιστ. τοῦ ἁγ. ἀποστ. Παύλου ἐν λόγοις λ*, litt. uncialibus. 2 in epistulam ad Colossenses, nimirum [1] (ff. 241–252) homilia 1 (P. G. 62, 299–310), doxol. plenior ed., [2] (ff. 252v–263v) homilia 2 (ib. 309–318), [3] (ff. 263v–271) homilia 3 (ib. 317–324), [4] (ff. 271v–279v) homilia 4 (ib. 325–332), doxol. ab ed. paullulum discrepans, [5] (ff. 279v–287v) homilia 5 (ib. 331–338), [6] (ff. 287v–294) homilia 6 (ib. 337–344), [7] (ff. 294–303v) homilia 7 (ib. 343–352), [8] (ff. 304–314v) homilia 8 (ib. 351–360), [9] (ff. 314v–320) homilia 9 (ib. 359–366), initio notatur *ὅλος ὁ λόγος· ηθικος καὶ ωραιος*, [10] (ff. 320v–330) homilia 10 (ib. 365–374), [11] (ff. 330v–339) homilia 11 (ib. 373–380), [12] (ff. 339–351v) homilia 12 (ib. 379–392), post quam absolutam litteris uncialibus notatur (f. 352) *τοῦ ἐν αγ. πρς ἡμ. Ἰωάν. τ. Χρυσοστ.· ερμηνεία εἰς τ. πρὸς Κολοσσαεῖς ἐπιστ. τ. αγ. ἀποστ. Παυλου ἐν λόγ. ιβ'.* In una quaque huc usque laudatarum homiliarum singulum *ἠθικὸν* ad oram notatur, notam tamen numeralem ad illam pertinens lemma saepe hau comitatur (cf. ex. gr. ff. 12, 42v, 65, 109 etc.). 3 in epistulam I ad Thessalonicenses, scil. [1] (ff. 353–360v) homilia 1 (ib. 391–398), cui praemittuntur (ff. 352–353) *τα κεφάλαια τῶν ⟨ια'⟩ ηθικων της προς Θεσσαλονικεις ἐπιστολης*, primum inc. *Ὅτι οὐ δεῖ ἀπογινώσκειν καὶ καταφρονεῖν τῶν εὐχῶν*, ultimum inc. *περὶ τοῦ μη παρατρεχειν πένητας, μάλιστα*

καὶ ορκίζοντας (singula ad singulas homilias in marginibus denuo exscribuntur), [2] (ff. 360v–369) homilia 2 (ib. 399–406), [3] (ff. 369–381v) homilia 3 (ib. 405–416), [4] (ff. 381v–390v) homilia 4 (ib. 415–422), [5] (ff. 390v–398) homilia 5 (ib. 423–428), des. *τῶν ἐπηγγελμένων ἀγαθῶν τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν· χάριτι κτλ.*, [6] (ff. 398–405) homilia 6 (ib. 429–434), des. *ἀπολαύσωμεν ἀγαθῶν· ἐν Χριστω Ιησου τῶ κυριω ἡμῶν· μεθ' οὗ τῶ πατρι κτλ.*, [7] (ff. 405–410v) homilia 7 (ib. 435–440), [8] (ff. 411–420) homilia 8 (ib. 439–446), [9] (ff. 420–430v) homilia 9 (ib. 445–454), [10] (ff. 431–439v) homilia 10 (ib. 455–462), des. *ἀγαθῶν ἐπιτυχεῖν· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἀξιωθῆναι· χάριτι κτλ.*, [11] (ff. 439v–448v) homilia 11 (ib. 461–468), cuius in fine *τοῦ ἐν ἀγ. πρς ἡμ. Ιωάν. τ. Χρυσοστ. ἑρμηνεία εἰς τὴν πρὸς Θεσσαλον. α' ἐπιστ. τ. ἀγ. ἀποστ. Παύλου ἐν λόγοις ια'.*

Praeter *τὰ ἠθικὰ* supra memorata textus emendationes vel subplementa, illa ὦ, σηα etc., animadversiones non nullae (cf. ex. gr. ff. 58v) nec non pauca lemmata marginibus ab ipso librario iniciuntur.

Subflavo liquore ab uno eodemque librario litteris laevorsum paullulum inclinatis eleganter descriptus membranarumque nitore pariter spectabilis, fasciculos retinet 56, ob margines, ut videtur, non mediocriter exsectos, nulla nullibi ad praesens nota subputatos, quaterniones omnes, 53 tantum modo detracto, 7 folior., in ultimo autem folium septimum, utpote scriptione carens, in alios usus abscissum: initio chartae tres, fasciculi deperditi reliquiae, conlocantur, quarum ordinem in libro conpingendo turbatum restituimus. Verba S. Scripturae declaranda uni cuique *λόγωι* praeiacentia, lemmata, commentariorum subscriptiones iam supra relatae unciali charactere describuntur, singular. homiliarum initiis *πύλαι* admodum exili cultu delineatae superinponuntur, ornatus duo paullo operosiore lineatione concinnati ff. 211 et 353 obcurrunt, litterae initiales modulo dum taxat distinguuntur (cf. tamen ff. 92 et 134v). Liber in angulo sup. externo non nihil a muribus conrosus, ultimorum foliorum orae infernae umore tactae, cetera pagina tineis hic illic perforata: *τὸ κείμενον* ubique integrum.

F. 1v indiculus latinus m. ⟨L. Allatii⟩ superne adpingitur. Folii 2 in ora summa nota Patiriensis *libro 14 de Sermoni de sancto Jo(ann)i archiep(iscop)o* (vv. *libro 14 de* paullo recentiora sunt quam cetera, omnia tamen saeculi XVI), in margine imo *s(ine) car(actere)*, quae animadversio quid significet recte contra Batiffolium explicavit Ioh. Mercati, *Per la storia dei mss. greci di Genova* etc. [*Studi e Testi* 68], pp. 90 et 95-98. Lemmata notulaeque manuum recentiorum ff. 123v, 124 et 329v marginibus adpinguntur (duae primae, nisi egregie fallor, eiusdem sunt manus XIII saeculi quam in enarrando codice 1648 laudavimus).

De libro cf. P. Batiffol, *L'abbaye de Rossano*, pp. 50, 69 et 82, nec non Ioh. Mercati, op. laud., pp. 93 et 306.

Integumentum tabulis ligneis conpactum corio purpureo vestitur; cuius tegumenti in tabula ant. scutum Gregorii XV P. M., in tabula post. Scipionis Cobelluzzi card. bybl. (1618-26) auro inprimitur. Fibularum vestigia tantum modo cernuntur.

1660. An. 916 (f. 408), membran., mm. 320 × 200, ff. III. 409 (III. 409 chart.), linn. 26.

sanctorum passiones vitaeque pro mense aprili (qua de conlectione cf. A. Ehrhard, *Ueberlieferung u. Bestand d. hagiogr. u. homilet. Lit. d. griech. Kirche* etc., I [*Texte u. Untersuch. z. Gesch. d. altchristl. Lit.* ... *hrsgg. v. E. Klostermann u. C. Schmidt*, IV R., V B], pp. 608–611): [1] (ff. 1–27v) vita s. Mariae Aegyptiacae a. Sophronio (BHG. 1042), doxol. brevior edita (1 apr.), [2] (ff. 28–33v) passio ss. Apphiani et Aedesii ⟨a. Eusebio⟩ (BHG. 161) (2), [3] (ff. 33v–34v) passio s. Theodosiae m. Caesareae in Palaestina ⟨a. eodem⟩ (BHG. 1775) (3), [4] (ff. 35–49) passio ss. Theoduli et Agathopodos mm. Thessalonicae (BHG. 1784) (4), [5] (ff. 49–56) passio ss. Agapes, Irenes et Chiones mm. Thessalonicae (ed. e nostro codice P. Franchi de' Cavalieri, *Nuove note agiografiche* [*Studi e Testi* 9], pp. 15–19 = BHG. 34) (5), [6] (ff. 56–63v) passio ss. Theodorae et Didymi (ed. e libro nostro in Actis Sanctor. April., III, pp. LXIII–LXV = BHG. 1742) (6), [7] (ff. 63v–68) passio ss. Pherbuthae et socc. (ed. e codice nostro in Actis Sanctor., vol. cit., pp. I–II = BHG. 1511) (eadem die), [8] (ff. 68–75) passio ss. Terentii, Africani et socc. (BHG. 1700) (eadem die), [9] (ff. 75v–108) oratio funebris s. Platonis hegumeni τῶν Στουδίου a s. Theodoro Studita (ed. e nostro libro in Actis Sanctor. Aprilis, I, pp. XLVI–LIV = BHG. 1553) (?), [10] (ff. 108v–190v) vita s. Eutychii patr. Constantinopolitani a. Eustratio presb. (ed. ex hoc ipso libro ib., pp. LIX–LXXXII = BHG. 657) (6), [11] (ff. 191–194v) passio s. Badimi archimandr. (⟨ex hoc libro⟩ ib., pp. LXXXV–LXXXVI = BHG. 210) (8), [12] (ff. 194v–200) passio s. Calliopii m. sub Maximiano (e libro nostro ib. LXXXIII–LXXXV = BHG. 290) (9), [13] (ff. 200–205v) passio s. Antipae ep. Pergami (ex hoc ipso codice ed. in Act. Sanctor. Aprilis, II, pp. 965 sq. = BHG. 138) (11), [14] (ff. 205v–211v) passio s. Sabae Gothi (e libro nostro ib. 966–968 = BHG. 1607) (12), [15] (ff. 211v–228) vita et miracula s. Athanasiae (BHG. 180) (13), [16] (ff. 228v–245v) vita s. Iacobi monachi (BHG. 770), ed. plenior (15), [17] (ff. 246–256v) narratio Malchi mon. captivi (BHG. 1015) (16), [18] (ff. 256v–266) vita s. Iohannis mon. ⟨in Armenia⟩ (ed. e nostro codice in Actis Sanctor. Martii, III, pp. 43*–45* = BHG. 895) (17), [19] (ff. 266–271v) passio s. Zosimi, inc. *Ἐπιβάντος Δομετιανοῦ τοῦ κόμητος τῶν θείων λαργιτιόνων ἐν Κιλικίᾳ*, des. *εὐξαμένου τοῦ ἁγίου Ζωσίμου εἰσεδέχθησαν οἱ τρεῖς ἐν τῇ πέτρᾳ, εὐλογοῦντες τὸν πάντων σωτῆρα Χριστόν· ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος κτλ.* (diei nota erasa), [20] (ff. 272–288) passio s. Georgii

megalomartyris (ed. K. Krumbacher, *Der heil. Georg* etc., in *Abhandl. d. Kön. Bayer. Akad. d. Wissens., Philos.-philol-. u. hist. Kl.*, XXV B, 3 Abhl. 1911, pp. 41–51 = BHG. 671–672) (23), [21] (ff. 288v–309) laudatio s. Georgii a. ⟨s. Andrea Cretensi?⟩, ed. plenior (BHG. 681), des. *ὅτι ἡ βασιλεία καὶ ἡ δύναμις τοῦ σώζειν ἐν καιρῷ θλήψεως· οὐκ ἔστιν ἑτέρου ἀλλ' ἡ μόνον αὐτου τοῦ κυριου ἡμ. I. X. τοῦ ἀληθινοῦ θεου καὶ σωτηρος ἡμῶν· δι οὗ καὶ μεθ οὗ κτλ.* (eadem die), [22] (ff. 309v–314v) passio s. Marci apostoli et evang. (BHG. 1036), subfixis non nullis de forma corporis (*ἦν δὲ ἡ εἰδέα τοῦ ἁγίου Μάρκου, μακρόρυγχος· σύνοφρυς — πεπληρομένος χάριτος θεου παρα πάντας, ἀμήν*: pars est capitis 11 passionis in BHG. sub num. 1035 recensitae, cf. Acta Sanctor. Aprilis, III, p. XLVII ⟨D⟩, linn. 19–23) (25), [23] (ff. 314. 322v–341) vita s. Basileos ep. Amaseni ⟨a. Iohanne presb.⟩ (BHG. 239) (cum vir nescio quis paullo recentior, saeculi tamen, ut videtur, XI, alium textum huc inseruisset, Procopii nimirum diaconi laudationem s. Marci ⟨ex hoc ipso libro⟩ in Actis Sanctor., vol. laud., pp. XLVIII-L editam [BHG. 1037] librique nostra folia nunc 315–322 occupantem, Amaseni vitae inscriptionem primaque verba f. 314v obcurrentia cancellis ipse delevit, subplevit vero f. 322v), [24] (ff. 341v–347) passio ss. Maximi, Dadae et Quintiliani (ed. e libro nostro in Actis Sanctor. Aprilis, II, pp. 974 sq.), [25] (ff. 347–366) passio ss. Paphnutii et socc. DLVI (BHG. 1419) (20!), [26] (ff. 366–408) vita s. Nicetae confessoris a. Theosterícto (ed. in Actis Sanctor. Aprilis I, pp. XXII-XXXIII [BHG. 1341, e codice nostro, cuius et infra relata subscriptio refertur, non autem e cod. Vat. gr. 1190, ut Bollandistae perperam inpresserunt, quorum error — heu — receptus est apud B. Melioranskij, *Перечень визант. грамотъ и писемъ*, in *Записки Имп. Акад. Наукъ*, VIII s., IV, 1899, No 5, p. 43, et Vogel-Gardthausen, op. infra cit., p. 200 [*βίος ... Νικολάου!*] (29).

Crassiore ductu sed minime *ἀμούσῳ* ab una eademque manu (praeter ff. 25–27v) exaratum litterasque sinistrorsum paullulum inclinatas praebentem (membranis haud semper sine reprehensione, «irreprochablement», politis, ut P. Batiffol, *L'abbaye de Rossano*, p. 80, minus recte adfirmavit, flavus liquor, quo codex descriptus, interdum non nihil diffunditur, cf. ex. gr. ff. 241, 259 et 323), quaterniones 50 efficiunt gemina crucula in fronte distincti (cf. A. Ehrhard, op. cit., p. 608 n. 2) graecaque serie in angulo sup. externo primae singulorum paginae subputati (marginibus nimium resectis numerorum notae plerumque vel effluxerunt vel decurtatae sunt, cf. notas *ια'-μ⟨θ'⟩* ff. 81 ... 393): animum, tamen, adverte fasciculum quartum (= ff. 25–32) binione, cuius folium quartum excisum, et quaternione, e quo folia 1–3 abscissa sunt (utrumque nulla textus lacuna) re vera effici, paullo autem recentiori aetate quaternionem alium (i. e. ff. 315–322, cf. supra) inter ff. 314 et 323 conlocatum esse. Passionum vel vitarum inscriptiones unciali,

qui dicitur, charactere describuntur, litterae initiales atque litterae maiores magnitudine tantum a reliquis differunt (cf. tamen ff. 1, 2 et 5ᵛ, litteras initiales a recentiore nescio quo subpletas), ornatus nullus nullibi obcurrit (secus in quaternione insiticio de quo supra locuti sumus). Folia prima novissimaque umore maculata teredo insuper perforavit, τῷ κειμένῳ tamen integro. Ff. I. IIʳ⁻ᵛ. 409ʳ⁻ᵛ pura.

F. Iᵛ superne inscribitur *Vitę Sanctorum Diuersorum*, m. ⟨L. Allatii⟩. Ff. II-III, multo minoris moduli (219 × 159 mm.), iniecit ⟨Lucas Felici Tiburtinus, hierom. Cryptensis⟩, qui utramque alterius folii faciem graeca libri tabula inplevit (praemittuntur notae, Cryptenses pariter, *Y* et, alia manu, *nº 20* — haec summo folio 1 iteratur — nec non animadversio Τοῦτο τὸ βιβλίον ἦν τῆς μονῆς τῆς Κρυπτωφέρρης [ω emend. in ο manus recentior]). F. 408, transscribendi opere conpleto, notavit librarius τετέλεσται ἡ παροῦσα / βίβλος, μηνὶ μαρ[τ]ίῳ / κᾱ ινδ. ᾱ ἔτους κόσμου / ‚ςυκδ' (= 916 a. Ch. n.) γραφεῖσα δια χει/ρος Ιωάννου ταπεινοῦ / καὶ ἐλαχίστου μοναχοῦ, / ἐπι Ανατολίου τοῦ ὁσι/ωτάτου ἡγουμένου / τῶν Στουδίου (iam edd. Bollandiani Patres, Lietzmann-Franchi de' Cavalieri, K. et S. Lake in operibus infra laudandis, cf. quoque Vogel-Gardthausen, *Die griech. Schreiber*, p. 199 sq., qui anni notam perperam legerunt). F. 408ᵛ nescio quis leonis imaginem plane rudem delineavit, quam supra Italo-graecus scripsit του λεοντος / λου λεούνε.

Codicem post Hagiographos Bollandianos, Catal. codicum hagiogr. graecor. Bibl. Vaticanae, pp. 153–155, adcuratissime descripsit A. Ehrhard, op. et loc. citt.: cf. quoque P. Batiffol, *La Vaticane depuis Paul III*, in *Revue des questions historiques* XLV (1889), pp. 209 n. 3 et 213; id., *L'abbaye de Rossano*, p. 80; A. Rocchi, De coenobio Cryptoferratensi eiusque bibliotheca etc., pp. 272 et 278. Folii 200 tabulam phototypam, quam dicunt, exhibet The Palaeographical Society, *Facsimiles of Manuscripts and Inscriptions*, Second Series, II 82, folii 187 praebent Lietzmann-Franchi de' Cavalieri, Specimina codicum graecorum Vaticanorum², Berolini et Lipsiae 1929, tab. 12, folior. 225, 315 et 408 K. et S. Lake, *Dated greek minuscule Manuscripts to the year 1200*, VII, tabb. 461–62 et 463.

Integumenti tabulae ligneae, tergore purpureo signato coopertae fibularumque vestigia tantum modo retinentes, arma Gregorii XV P. M. (tab. ant.) et (tab. post.) Scipionis Cobelluzzi card. bybl. (1618–26) auro inpressa prae se ferunt.

1661. Saec. XVI, chartac., mm. 304 × 204, ff. III. 395, linn. 26.

conciliorum canonum cum interpretationibus Zonarae Balsamonisque syntagma initio mutilum: ¹ (f. 1) ⟨Chalcedonensis⟩ (IV oecum.), inc. mut. *αὐτοὺς Αἰγυπτιακῇ διοικήσει* in medio comment. Balsamonis ad can. 30 (Rhallis et Potlis, *Συνταγμα των θειων και ιερων κανονων κτλ.*, II, p. 290 linn. 15–4 a. i., vel P. G. 137, 496 A 11–B 16), ² (ff. 2ᵛ–151ᵛ) Trullani (R. et P., ib., pp. 295–553, vel P. G., vol. cit., 501-873), praemissis (ff. 1ᵛ–2ᵛ) ⟨Zonarae⟩ animadversionibus de quinto, sexto et quinisexto, quod nuncupatur, concilio (R. et P., ib., pp. 292 linn. 1–12, 293 linn. 1–5 atque 17–20, 294 linn. 10–20 [= P. G. vol. cit., 497 C 14–500 A 4, 500 B

14-18 et D 3-7, 501 A 8-B 5], omitt. enim, spatio vacuo relicto, vv. *ἐπισκοπήσαντος ἐν Φαρὰν — ἢ ἀνενέργητος*, an propter lacunam in exemplari? cf. infra), [3] (ff. 152-197) ⟨oecumenici⟩ septimi (R. et P., ib., pp. 555-646 vel P. G., vol. cit., 876 B 11-1001 B 6), praemissa ⟨Zonarae⟩ notitia de eodem concilio (R. et P., ib., p. 555 linn. 4-15 vel P. G., vol. cit., 876 A 11-B 10), ad quam librarius notavit in marg. *ἀπὸ δὲ τῆς ἕκτης συνόδου ἕως τῆς ἑβδόμης, ἔτη ρκ'· γέγονε δὲ ἐν ἔτη ‚ςʹςʹ τῆς ιαῆς ἰνδικτιῶνος,* subfixa vero (ff. 197v-203v) s. Tarasii patr. Constantinopolitani epistula ad Hadrianum papam cum explanat. ⟨Balsamonis⟩ (R. et P., IV, pp. 375-384 lin. 10 a. i. = P. G. 98, 1441-52 + 138, 936 B 8-937 B 6), [4] (ff. 204-239v) Constantinopolitani primi et secundi, quod indigitatur, praecurrentibus ⟨Zonarae⟩ Balsamonisque notitiis (R. et P., II, pp. 647-704, vel P. G. 138, 1004-1081 C 15), [5] (ff. 240-245) Photiani a. 879 (R. et P., ib., pp. 705-712, vel P. G., vol. cit., 1084-1096), [6] (ff. 245v-257) Carthaginiensis, praemissis notitiis ⟨Zonarae⟩ et Balsamonis (R. et P., III, pp. 1-19 lin. 11, vel P. G., vol. cit. 1096-1121), [7] (ff. 257v-283) Ancyrani, praemissa ⟨Zonarae⟩ notitia (R. et P., ib., pp. 20-69, vel P. G., vol. cit., 1124-1193 D 13), canonum 22-23 ordine inverso, Balsamonis vero interpretatione in can. 4 post interpret. in can. 5 translata, [8] (ff. 283v-296) Neocaesariensis, praemissa notitia ⟨Zonarae Balsamonisque⟩ (R. et P., ib., pp. 70-94, vel P. G., vol. cit., 1196-1232), [9] (ff. 296v-307) Gangrensis, praefixis notitiis ⟨Zonarae Balsamonisque⟩ (R. et P., ib., pp. 96-119, vel P. G., vol. cit., 1233-1269), omissa epist. ad Armenios episcopos, canonibus autem hoc se se ordine excipientibus: 1-9. 12-17. 11. 18-19. 10. 20-21, [10] (ff. 307v-332) Antiocheni, praecurrente notitia ⟨Zonarae Balsamonisque⟩, omisso vero prohoemio *Ἡ ἁγία καὶ εἰρηνικωτάτη σύνοδος κτλ.* (R. et P., ib., pp. 122 linn. 1-20 et 123-169, vel P. G., vol. cit., 1273 A 1-B 9 et 1276 B 12-1340 D 1), [11] (ff. 332v-359v) Laodicensis (R. et P., ib., pp. 171-226, vel P. G., vol. cit., 1341-1421), [12] (ff. 360-394v) Sardicensis, praefixa notitia ⟨Zonarae Balsamonisque⟩ (R. et P., ib., pp. 227-284, vel P. G., vol. cit., 1421-1496).

Praeter textus conplementa non nulla obcurrunt in marginibus lemmata, conmentatorum nomina, animadversiones, exemplar autem, a quo liber noster descriptus est, lacunis non nullis laborasse videtur, cf. ex. gr. ff. 325 et 328v.

Ab eodem librario exaratus qui cod. 1570 descripsit, fasciculos 49 retinet, quaterniones omnes praeter ultimum, quinionem, nulla nullibi nota vel hodie signatos, angulo tamen inf. interno novissimae singulorum paginae primum vel prima verba inse-

quentis ad cautelam derecte inscribitur (codice arctissime conpacto eius modi verba fere nequeunt legi); praecedit, custodiae causa, binio, bifolium subsequitur, sed huius altera, prima illius charta operculo interno glutine adhaerescit. Inscriptiones, litterae maiores et maximae, lemmata etc. rubro colore, nunc perquam evanido. Officinar. chartariarum insignia: [a] (in toto fere codice, cf. ff. 8 + 1 ... 44 + 45 ... 281 + 288 ... 304 + 297 ... 376 + 369) ancora circulo inclusa, quem stella 6 echinorum supereminet (cf. Briquet nr. 552), et littera V, [b] (ff. 17 + 24. 18 + 23 etc.) ancora paullo minoris moduli atque a praecedente discrepans (cf. Br. nr. 549) nec non litterae 3B, quas inter flosculus trium folior. surgit, [c] (ff. 296 + 289. 290 + 295 etc.) alia diversaque ancora (cf. ex. gr. Br. nr. 517), et litterae incertae cum flosculo ut supra, [d] (ff. 384 + 377. 378 + 383 etc.) ancora illius similis quam sub *b* recensuimus, additis tamen litteris MB flosculoque. Libri acies caeruleo liquore tincta. Ff. I-III^{v}. 395^{r-v} absque scriptione.

Operculi anterioris interni in summa ora notatur *fol. 395* paulloque inferius *De sexta, et septima synodo, et de synodis alijs p(er) loca / alius* (*liber* scil., sive potius altera libri pars) *incipiens a Canonib(us) Synodi Cartaginesis* (sic), quibus verbis, manu nescio qua XVI saeculi exaratis, ⟨L. Allatius⟩ subiunxit *cum expositione / Ioannis Zonarę et / Theodori Balsamonis.* Liber, aeque ac numm. 1655 et 1662-1665, dono Francisci Barbari iun., patriarchae Aquileiensis († 1616), vel Hermolai, ipsius successoris, Vaticanis pluteis inductus est, teste pinace in Archivi Bibl. t. 11, f. 259 servato; ubi sub num. 6 iisdem fere verbis quae mox exscripsimus recensetur. Notatur et in quodam pinace codicum τοῦ ἐκλαμπροτάτου Βαρβάρου in Vat. lat. 7246 adservato (f. 122^{v}).

Integumenti tabulae ligneae, ligaminum fibularumque reliquias dumtaxat retinentes, tergore subfusco adfabre signato ipso saeculo XVI (simili ratione qua in codicibus 1655 et 1662-1665, ad eamdem nimirum syllogen ac noster pertinentibus) vestitae sunt, dorso autem tessella chart. mm. 49 × 142 adhaerescit cum eadem inscriptione quam supra rettulimus (nisi quod v. *alius* ante *incipiens* omittitur).

1662. Saec. XVI med., chartac., mm. 316 × 216, ff. III. 195, linn. 29.

Eusebii Caesariensis commentarii in psalmos excerpta diversa (*Εὐσεβίου Καισαρίας, τοῦ Παμφίλου ἐξήγησις* cod.) eadem omnino ratione qua in libris Vatt. gr. 397 et 398 (cf. Devreesse 97 sq.), nimirum: in ps. I, 1^{a} (P. G. 23, 76 C 3). 2-5; II, 1-6. 8. 9^{a}; III, omissis verbis *Οὕτω τὸ Ἑβραϊκὸν — Ἐμίσησάν με δωρεάν* (ib. 97 C 1-100 B 11); IV, 2-9, subfixo, nulla facta distinctione, Asterii Ariani commentario in eumdem psalmum; V, 1-2; XIII, 3-7; XIV, 1^{b}-5; XV, 1-5; XVI, 1. 3-5. 7-15; XVII, 1. 5-40. 47-51; XVIII-XXVII. XXVIII, 1-4. 8-11; XXIX-XXXI; XXXII, iniecto pone vv. *πρὸς τοὺς ἐλέου δεδομένους* (ib. 281 C 6) excerpto homiliae s. Basilii Magni in eumdem psalmum, i. e. *ἐνταῦθα διέζευκται ἀπὸ τῆς κρίσεως — ἀπάσας τὰς ἐν αὐτῷ δυνάμεις συνεπέφερεν* (P. G. 29, 332 C 4-333 B 9). XXXIII-XLIV. XLV (nulla distinctione facta). XLVI-XLVIII, 1-3. Insequuntur diversorum Patrum, scil. ⟨Athanasii, Cyrilli Alexandrini, Didymi,

Eusebii, Hesychii, Theodoreti⟩ (cf. Devreesse, loc. cit.) excerpta in varios psalmos nescio a quo, auctorum lemmatibus fere semper omissis (f. 178 Chrysostomi siglum, f. 179 *'Αθανασίου* et *Εὐσεβίου*), hac ratione conflata: ^{a} (ff. 153–163) in ps. LXXXIII, 4^{a}. 5^{a}. 6^{a}. 9^{a}. 11^{ab}. 12; LXXXIV, 1–3; XC, 4; XCI, 9. 10; XCII, 1^{a}. 1^{c}; XCIII, 1. 9; XCIV, 1. 2. 3^{a}. 4^{c}, quae omnia vel fere in editione laud. desiderantur, ^{b} (ff. 163–193) in ps. XCV, 7^{a}. 8^{b}; XCVI, 1^{b}. 2^{a}. 3–4^{a}. 8. 10^{b}; XCVII, 3^{a}. 5. 6^{a}. 7^{a}; XCVIII, 8. 9; XCIX, 3^{a}. 4. 5; C, 3^{c}. 4. 5^{a}. 7. 8; CI, 1. 3^{c}. 7^{b}. 13. 16. 17^{a}. 24–25^{a}. 27^{b}; CII, 1. 3–4^{a}. 17^{a}. 20^{a}. 21^{a}. 22^{a}; CIII, 1^{b}. 2^{a}. 13^{a}. 14. 16^{b}. 19. 25^{b}. 26^{a}. 29^{b}. 30. 33–35; CIV, 1. 2^{a}. 3–5. 8^{b}. 19^{a}. 20–21; CXII, 5^{b}–8: qua in altera sectione prima vv. *Οὐ μάτην ᾆσμα καινὸν ᾄδειν κτλ.* (P. G. 23, 1221 D 9) ex conmentario Hesychii Hierosolymitani (P. G. 55, 773, linn. 11 a. i. sqq., novissima *ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι* (P. G. 23, 1353 A 14) e Theodoreti (P. G. 80, 1788 B 2) deprompta sunt.

Praefiguntur ^{a} (f. 1) Eusebii in psalmorum inscriptiones (P. G. 23, 66 AC), ^{b} (ff. 1^{v}–4) argumentum psalmorum (ib. 66 C–72 C), et ^{c} (f. 4–4^{v}) canticorum, ^{d} (ff. 5–6) in psalmos ⟨prohoemium⟩ (ib. 72–76 A 13).

Conrectiones atque subplementa non nulla sive ipsius librarii sive paullo recentioris manus in oris obcurrunt (cf. ff. 25. 28^{v}. 111^{v}. 192; 5. 22. 95), alius nescio quis latine graeceve pauca notavit (cf. ff. 40 et 45 '*desunt multa*', f. 100^{v} '*λείπει*'), lemmata duo adpinxit (ff. 24^{v} et 82).

Fasciculos 24, quaterniones praeter ultimum, quinionem, a ⟨Iohanne Mauromata Corcyrensi⟩ descriptos (cf. Graux et Martin, *Fac-similés de mss. grecs d'Espagne*, Paris 1891, tab. 58, et, melius, cod. Vat. gr. 1218) nullaque, ut videtur, numeri nota insignitos (prima tamen singulorum verba margine inf. medio praecedentis paginae ad cautelam inscribuntur) bifolia duo in custodiae locum praecurrunt, unum subsequitur, sed huius altera charta, prioris illorum prior operculo interno glutine adhaeret. Inscriptiones, litterae grandiores atque maximae, notae numerales, taeniola f. 9 rubro colore. Officinarum chartariarum quae invenimus insignia: ^{a} (ff. 1 sqq.) aquila cum desuper corona (cf. Briquet nrr. 94-96, qui tamen discrepant), ^{b} (ff. 9. 12. 14. 15. 26 ... 47. 107 ... 192), scutum quo in cervus gradiens cuique crux inponitur (idem est, ni fallor, atque nr. 3338 Briquetii), ^{c} (ff. 17. 21–23) equus in circulo, cui circulo stella sex radiorum inpendit, ^{d} (ff. 48. 52. 60 etc.) aquila circulo inserta cum corona desuper (cf. nr. 207 ap. Briquet), ^{e} (ff. 54–56. 62 etc.) id. id., sed maioris moduli, ^{f} (ff. III et 195) corona tribus foliis duabusque bacis ornata, cui stella sex radiorum inpendit. Ff. I. II-III^{v}. 6^{v}–8^{v}. 152^{v}. 193^{v}–195^{v} pura. Foliorum acies summa, externa, ima caeruleo colore tincta.

F. I^{v} notatur superne *Eusebij Caesariensis in spal.* (!) *expositio*, eadem manu saeculi XVI quam similia notantem in superiore codice deprehendimus. Codex, iam adlatus in indice quodam librorum *τοῦ ἐκλαμπροτάτου Βαρβάρου* (Vat. lat. 7246, f. 123), recen-

setur quoque in pinace codicum a Francisco Barbaro iun., patr. Aquileiensi († 1616), vel ab eius successore Hermolao Byblíothecae Vaticanae oblatorum: '8. Eusebij in psalmos Vol. in fol. bomb. manuscrip.' (Archivi Bibl. t. 11, f. 259) (cf. enarrationes codicum 1655, 1661 et 1663-1665).

Tabulae integumenti ligneae, tergore coloris castaneae adfabre signato ipso saeculo XVI contectae, ligaminum fibularumque vestigia dumtaxat retinent, dorso autem tessella chart. mm. 40 × 135 glutine adhaeret, in qua eadem operis inscriptio, quae f. Iv, obcurrit.

1663. Saec. XVI, chartac., mm. 301 × 212, ff. II. 214, linn. 26 et (ff. 137-208) 25.

1 (ff. 1-129) **Andronici I Comneni** dialogus contra Iudaeos, inc. *Ἐπειδήπερ πολλοὶ τὴν τῶν παρανόμων Ἰουδαίων ἐπεχείρησαν παραστῆσαι δυσσέβειαν*, des. *τὸ κατὰ δύναμιν τῷ θεῷ δεδιδάγμεθα· οὐκοῦν τῷ ἀνάρχῳ καὶ ἀθανάτῳ βασιλεῖ· καὶ ποιητῇ τῶν αἰώνων μόνῳ σοφῷ θεῷ εἴη δόξα κτλ.* (latine tantum in P. G. 133, 797-924). Praecurrunt, inscriptionis ad instar, versiculi *Ἡ δογματικὴ τῶνδε τῶν λόγων χάρις κτλ.* (ib. 793 sq.), litt. rubris. De hoc opere cf. A. Lukyn Williams, Adversus Judaeos etc., Cambridge 1935, pp. 181-187.

2 **Ps. Nonni** conlectio atque interpretatio historiarum quarum meminit Gregorius ⟨Nazianzenus⟩: [1] (ff. 137-175) in invectiva priore adversus Iulianum (orat. 4) historiae octo et nonaginta (P. G. 36, 985-1036), ex quibus *ιη'*, *λδ'* et *ϛζ'* editis fusiores, *ξα'* brevior, historiae *λϛ'* non nisi inscriptio exhibetur (*Τριακοστὴ ἕκτη ἐστὶν ἱστορία, ἡ κατὰ τὸν ἱμάντα τοῦ Ἀναξόρου· ἔστι δὲ ὡς εἴπομεν*), *λζ'* — *λη'* = 36-37 ap. Migne, *λθ'* = 38-39, *κγ'* des. *πεντήκοντα μνῶν τῷ Ἀννικέρῳ* (ib. 997 C 4), *μζ'* des. *καὶ ἐὰν ζήσῃ ἐπὶ τὰ σκάκελα (!) τῷ τάφῳ αὐτοῦ*, *μη'* des. *ἐν τοῖς ἑαυτοῦ μηχανήμασι* (ib. 1012 B 12); [2] (ff. 175-191) in altera invectiva in eumdem (orat. 5) historiae sex et triginta (cf. ib. 1036-1058), ex quibus *α'* = 1-6 ap. Migne, *λβ'* = 37-39 (haec ultima, fusior, desinit in vv. *φέρεσθαι τὸν τροχόν*); [3] (ff. 191-200) in laude funebri s. Basilii (orat. 43) historiae viginti (cf. ib. 1057-1065) hoc ordine: 1-5 ap. Migne, omisso prohoemio [cod. *α'*]. 6. de Iphigenia [*γ'*] (cf. hist. 7 in orat. 4). de Thessalico antro (ed. A. Westermann, *Μυθογραφοι*, Brunsvigae 1843, p. 365, sub num. xv, 1). de anulo Gygis (cf. hist. 55 in orat. 4). de Mida (Westermann 377 sq.). de Abaridis sagitta (cf. P. G. 38, 509, v. 274). 7. de Alphaeo fluvio (Westermann 361, sub num. ix, 3). de salamandra (ed. R. Devreesse e libro Vat. gr. 437, cuius enarrationem vide). de Lydio curru (P. G. 38, 620 sq.). de Oreste et Pylade (ib. 621). de Molionidibus (Westermann 362, sub num. x, 3). 8. de Minoe et Rhadamantho (*Μίνως καὶ Ῥαδάμανθυς λέγονται υἱοὶ εἶναι τοῦ Διὸς — καὶ ἡ ῥίζα ὠφέλιμος*).

9–13; [4] (ff. 200–208v) in oratione in ss. Lumina (orat. 39) historiae quinque et viginti (cf. P. G. 36, 1065–1072), hac ratione: 1. de Phrygum excisione (cf. P. G. 38, 502 linn. 16–27 atque hist. 59 in orat. 4). 2 [γ' cod.]. 3 [δ'-ε', ε' inde a vv. *Πρότερον ἡ κεφαλὴ τοῦ Διὸς γέγονε· κεφαλῆς* (sic) *ὠδίνων*, cf. P. G. 36, 1069 A 10, sub inscript. *περὶ τῆς κεφαλῆς τοῦ Διός*]. 4. de Dionysi phallis (P. G. 38, 487 linn. 1–17). 5. de festo *μαστιγιῶν* apud Lacedaemonios (cf. ib. 508 sq.). de Tantalo et Pelope (cf. ib. 476, v. 128, vel Westermann 380, sub num. LVII, 1). de Hecate (ed. E. Norden, Scholia in Gregorii Nazianzeni orationes, Hermes XXVII [1892], p. 619; cf. quoque P. G. 38, 487 et 505). 6. 7, ed. plenior, des. *διὰ γὰρ γυναικῶν ἐχρησμώδει ἐκεῖσε ὁ Ζεύς*. de tripode delphico (cf. ib. 498, v. 253). 8. de magis, de Chaldaeorum astrologia et de Thracum orgiis [ιϛ'-ιη'] (cf. histt. 1–3 in P. G. 38, 619 sq.). 9. de Osiride (ib. 508, linn. 8–16). 10–11. de bove Api (ib. 508, v. 271). 12–13, ed. breviores.

Subplementa, emendationes, coniecturae admodum raro ipsorum librariorum manibus oris iniciuntur.

Distinguitur in partes duas a totidem librariis exaratas (prior idem est atque ille qui cod. 1505 descripsit) propriaque chartarum subputatione instructas; quarum partium altera, multo elegantiore calamo descripta, quaterniones conplectitur 17, notarum omnino expertes, altera fasciculos 8, quiniones, praeter primum, quaternionem, numeris pariter carentes; libellis deinde in unum conpactis bifolium singulum pro custodia initio atque in fine additum est, prioris tamen charta prior, alterius altera operculo interno adhaerescit. Andronici dialogus litteram initialem litterasque maioris moduli rubro delineatas praebet, taeniolam vero f. 1 versiculis *Ἡ δογματικὴ τῶνδε τῶν λόγων χάρις κτλ.* inpositam ornatumque litteram initialem comitantem rubro atramentoque; inde a f. 137 omnia nigra. Chartarum insignia: [a] (ff. 4. 6. 7 ... 135) scala in scuto, cui stella sex radior. inpendit (maxime adcedit ad nr. 5927 Briquetii), [b] (ff. 136 + 143 ... 204 + 213) angelus in circulo cum desuper stella sex radiorum et litterae ЯE (fere omnino ut nr. 643 Br.). Chartarum antiqua subputatione, utpote mendosa, neglecta, novam typis inprimendam curavimus. Folia Iv-IIv. 129v-136v. 209-214v scriptione carent. Libri sectio summa, externa, ima caeruleo liquore tincta.

Operculo ant. interno, ad angulum sup. externum, inscribitur *fol. 130 / fol. 72*, utriusque scil. libri partis. F. I summo notatur *Andronici Donnatica* (sic?) *Panoplia*, eadem manu quae pinacem infra laudandum exaravit. Codex, in indice quodam librorum *τοῦ ἐκλαμπροτάτου Βαρβάρου* memoratus (Vat. lat. 7246, f. 123v), a Francisco Barbaro, patr. Aquileiensi († 1616) vel a successore Hermolao Vaticanae Bybliothecae oblatus est, quod pinax testatur in Archivi Bibl. tomo 11, f. 259 adservatus; '2. Andronici Dognatica (sic) Panoplia in vol. bombicino in fol.' (cf. enarrationes librorum 1655, 1661–1662 e t1664–1665).

Liber tabulis ligneis corioque subfusci coloris adfabre signato conpactus est, ligaminum fibularumque non nisi vestigia ad huc servantur, dorso autem scidula chart. mm. 40 × 132 glutine adhaeret cum operis inscriptione latina.

1664. Saec. XVI, chartac., mm. 310 × 217, ff. III. 297, linn. 28.

1 ⟨**Gelasii Cyziceni**⟩ historiae Nicaenae synhodi (eadem ratione atque in codd. V[1]P[3] apud G. Loeschcke et M. Heinemann, *Gelasius Kirchengeschichte*, in *Die griech. christl. Schriftsteller d. ersten drei Jahrhunderte*, Leipzig 1918, cf. pp. XIV et XXI): (ff. 1–17) liber I, capitum inscriptionibus (an librarii oscitantia?) omissis, (ff. 17–86) liber II, (ff. 86ᵛ–95) libri III excerpta, ut in antiquioribus editionibus (P. G. 85, 1344–1360 [= Loeschcke-Heinemann, ed. laud., pp. 183–200]).

2 s. **Athanasii Magni** [1] (ff. 95ᵛ–111ᵛ) de sententia Dionysii (P. G. 25, 480 521), eadem fere ratione atque in cod. Taurin., i. e. verbis *ἡ δὲ πρόφασις δι' ἣν ἔγραψε κτλ.* praeposita inscriptione *λόγος β' τοῦ μεγάλου Ἀθανασιου ὑπὲρ τοῦ ἁγίου Διονυσιου τοῦ Ἀλεξανδρείας* (cf. ib. 497–98 n. 41; initio *λόγ. πρῶτος* et reliqua ut apud Migne), [2] (ff. 111ᵛ–130ᵛ) epistula ad episcopos Aegypti et Libyae, *περὶ τῆς πανουργίας — τοὺς ἀγνοοῦντας αὐτούς* cod. (ib. 537–593 et cf. 537 n. 94), [3] (ff. 130ᵛ–146ᵛ) ⟨de synhodis⟩, a vv. *Ἐπειδὴ δὲ, οὕτως αὐτοὶ* ad vv. *εἷς κυριος· μία πίστις· ἓν βάπτισμα· ἐν Χριστῷ, Ἰησοῦ κτλ.*, omissis tamen illis *Εἰ μὲν οὖν καὶ αὐτοὶ — ὡς αὐτοὶ νομίζουσιν* et *ἵνα δείξωσιν, ὅτι — τὰ ὀλίγα ταῦτα* (P. G. 130, 457 D 10–492 A 11 et cf. 26, 749 D 4–756 C 10, 757 A 6–764 C 13 et 764 D 6–789 C 9).

3 (ff. 147–156ᵛ) **Theodori Raithuensis** de incarnatione (P. G. 91, 1484–1504).

4 (ff. 156ᵛ–161ᵛ) s. **Anastasii Sinaitae** ex Viae Duce excerpta tria, i. e. cap. 3 inde a vv. *Ἀρχὴ τῶν λόγων σου*, cap. 4 totum (praem. *Ἐν ὀνόματι τοῦ πατρος κτλ.* ut in cod. August.) et capitis 3 initium a vv. *Λέγοντες δύο γεννήσεις* ad vv. *προσθήκη προσώπου γνωρίζεται*, cui praemittitur, inscriptionis ad instar, scholion ⟨*Ἀ*⟩*νατροπὴ καὶ καθαιρέσει — φύσις ἀνυπόστατος* (P. G. 89, 89 A 1–97 et 88 C 1–D 5).

5 (ff. 161ᵛ–165) Anonymi Becucciani, qui nuncupatur, dogmata catholica ss. Apostolorum (P. G. 98, 1229–1237 A 10).

6 (ff. 165ᵛ–182) **Theodoti** ep. **Ancyrani** expositio symboli Nicaeni (P. G. 77, 1313–1348).

7 (ff. 182–184) ⟨**Evagrii Scholastici** historiae ecclesiasticae libri III c. 14⟩, sive Zenonis Henoticum, *ἴσον τοῦ ἑνωτικοῦ* cod. (P. G. 86, 2, 2620–2625 A 3; E. Schwartz, *Cod. Vat. gr. 1431, eine antichalkedonische Sammlung* etc., in *Abhandl. d. Kön. Bayer. Akad. d. Wissens., Philos.-philol. u. hist. Kl.* XXXII B., 6 Abhandl. [1927], pp. 52, 21-54, 21).

8 s. **Iohannis Chrysostomi** de inconprehensibili Dei natura sermones VI, i. e. (ff. 185–191ᵛ) sermo 1 (P. G. 48, 701-710), doxol. brevior edita, (ff. 191ᵛ–200) sermo 2 (ib. 709–718), doxol. brevior edita, (ff. 200ᵛ–208)

sermo 3 (ib. 719–728), doxol. brevior edita, (ff. 208v-216v) sermo 4 (ib. 727–736), (ff. 216v-226v) sermo 5 (ib. 735–748), (ff. 226v–232v) contra Anomoeos. XI, τοῦ αὐτοῦ περὶ ἀκαταλήπτου· ἐῤῥέθη δὲ ἐν τῇ καινῇ ἐκκλησίᾳ· λόγος ς' cod. (ib. 795–802).

9 (ff. 236–240v) s. **Athanasii Magni** * homilia in ss. patres et prophetas (P. G. 28, 1061–1073), des. τὴν στερεὰν καὶ ζῶσαν πέτραν ἐμέ, σὺν τῷ πατρὶ κτλ.

10 (ff. 240v–245v) ⟨ὑ⟩πόμνημα εἰς τὸν ἅγιον ἀπόστολον καὶ εὐαγγελιστὴν Μάρκον, inc. ⟨Ἄ⟩ρτι τοῦ παρακλήτου, πυρὸς ἐν εἴδει τοῖς ἀποστόλοις ἐπιφοιτήσαντος, καὶ στομώσαντος αὐτῶν τὴν διάνοιαν, des. μετ' εὐφροσύνης καὶ θυμηδείας πνευματικῆς· μηνὶ ἀπριλλίῳ εἰκοστῇ πέμπτῃ· βασιλεύοντος Γαΐου Τιβεριου Καίσαρος· καθ' ἡμᾶς δὲ βασιλεύοντος τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰ. Χ. κτλ. (cf. BHG. 1035, a qua tamen recens. multum differt: in marg. f. 240v ⟨A. Mai⟩ plumbo notavit *Extat latine apud Surium*).

11 (ff. 246–296) catena in cantica utriusque Testamenti (Symeonis προσευχῇ dum taxat omissa) eadem fere ratione atque in Vat. gr. 1232, ff. 537–539, e quo catenam hancce latine versam ed. A. Carafa, Beati Theodoreti episcopi Cyri interpretatio in omnes Davidis psalmos etc., Patavii 1564, ff. 267–298v (cf. quoque R. Devreesse, *Chaînes exégétiques grecques*, in *Dict. de la Bible*, suppl., t. I, c. 1139). Auctorum lemmata plerumque omittuntur, interdum cum edit. non congrunt.

Praeter bifolia duo initio, unum in fine custodiae loco addita (illorum prioris charta prior, huius altera operculo interno adglutinatur), fasciculos 38 conprehendit ab eodem librario, qui Vatt. gr. 1492, 1493, 1655 et alios conplures exaravit, descriptos, nulla nullibi nota vel hodie subputatos, quaterniones uti plurimum (e 29 folium sextum, e novissimo septimo, utrobique sine τοῦ κειμένου detrimento, excisum est, 28, 30 et 32 terniones). Fasciculis 6–11 ante 1–5 bybliopegi oscitantia translatis, chartarum series ad huc usque perversa exhibebatur, qua emendata, novam foliorum enumerationem typis inprimendam curavimus. Litterae maiores maximaeque rubro, taeniolae inscriptionibus praefixae rubro atramentoque. Chartarum signa: [a] (ff. III. 2 ... 24. 36 ... 56. 105. 106. 121 ... 183. 254 ... 296) gladius (cf. Likhačev nr. 4220), [b] (ff. 4. 57 ... 103. 109. 110) flores tres una e caule surgentes, circulo inclusi quem stella (?) supereminet (cf. Briquet nr. 6683), [c] (ff. 25 ... 29. 116 ... 120) faber ferrarius (fere omnino ut Br. nr. 7558), [d] (ff. 185 ... 235) cervus in circulo, [e] (ff. 236 ... 246) flores tres ut supra, circulo inclusi, nulla tamen stella (?) superinposita, [f] (f. 240) id. id., sed minoris moduli, [g] (f. 297) corona tribus foliis duabusque bacis ornata, cui stella sex radiorum inpendit (cf. enarr. codicis 1662). Liber initio atque in fine paullulum a tineis adrosus. Ff. I-IIIv, 184v, 233–235v, 296v–297v scriptione vacant. Chartarum sectio summa, externa, ima viridi colore (nunc perquam evanido) distincta.

Codicem Bybliothecae Vaticanae sive Franciscus Barbarus iun., patr. Aquileiensis

(† 1616) sive successor eius Hermolaus donavit, teste pinace in Archivi Bibl. tomo 11, f. 259 adservatus: '9. Sintagma (sic) actor. in Nicena Synodo, et alia in uno vol. Bomb. contenta' (cf. enarrationes librorum 1655. 1661–63 et 1665). Iam notatur in indice quodam librorum τοῦ ἐκλαμπροτάτου Βαρβίρου (Vat. lat. 7246, f. 123).

Integumenti tabulae, corio subviridi eleganter inpresso (simili ratione atque in codd. 1655, 1661–1653 et 1665) contectae, ligaminum fibularumque non nisi vestigia retinent, dorso autem scidula chartacea mm. 45 × 135, aliam eiusdem fere moduli tegens, glutine adhaeret, in qua contentorum indiculus (ut in libris modo laudatis) perstringitur (animum, quaeso, adverte iam tunc temporis fasciculorum ordinem turbatum esse possessorem hau fugisse).

1665. Saec. XVI med., chartac., mm. 323 × 222, ff. 286, linn. 29.

1 s. **Cyrilli** archiep. **Alexandrini** homiliae paschales, quae indigitantur: (ff. 1–11v) homil. 1 (P. G. 77, 401–425), (ff. 12–23) homil. 2 (ib. 428–452), (ff. 23–32v) homil. 4 (ib. 452–472), (ff. 32v–44v) homil. 5 (ib. 472–500), (ff. 44v–61) homil. 6 (ib. 500-533), (ff. 61–69v) homil. 7 (ib. 536–552), (ff. 69v–80v) homil. 8 (ib. 553–577), (ff. 80v–93v) homil. 9 (ib. 577-605), (ff. 93v–106v) homil. 10 (ib. 605-633), (ff. 106v–121) homil. 11 (ib. 633–665), (ff. 121–133) homil. 12 (ib. 665–693), (ff. 133–140v) homil. 13 (ib. 693–709), (ff. 140v-149v) homil. 14 (ib. 709–728), (ff. 149v-158) homil. 15 (ib. 728-748), (ff. 158–167v) homil. 16, praemisso prologo (ib. 748–768), (ff. 167v–177) homil. 17, praemissa protheoria (ib. 768–789), (ff. 177–186) homil. 18, praecurrente protheoria (ib. 800-820), (ff. 186–193v) homil. 19, praefixo prologo (ib. 820-837), (ff. 193v–199) homil. 20 (ib. 837–849), (ff. 199–202) homil. 21 (ib. 849–857), (ff. 202–209v) homil. 22, praemisso prologo (ib. 857–873), (ff. 209v–215), homil. 23, protheoria praescripta (ib. 873–885), (ff. 215–222v) homil. 24 (ib. 885–901), (ff. 222v–227v) homil. 25 (ib. 901-912), (ff. 228–235) homil. 26 (ib. 913–928), (ff. 235v–241v) homil. 27 (ib. 928–941), (ff. 241v–248) homil. 28, cum protheoria (ib. 941–957), (ff. 248-253v) homil. 29, cum praeludio (ib. 957–968), (ff. 254–260) homil. 30 (ib. 969–981). Emendationes emendationumve temptamina, subplementa, lemmata ipsius librarii manu raro marginibus adscribuntur (cf. ff. 1, 9v, 50 etc.; 69v, 76v, 78v etc.; 28, 63v, 64 etc.).

2 (ff. 261–276) **Adriani** (Ἀδριανοῦ cod., sed alia manu conr. in Ἀφρικανοῦ, cf. Ioh. Mercati, *Pro Adriano*, in *Revue biblique*, N. S., XI [1914], p. 249 = *Opp. minori* III [*Studî e Testi* 78], p. 386) isagoge in ss. Scripturas (P. G. 98, 1273-1312). Scholia non nulla (ff. 263v–264 et 267) capitumque numeri rubro exarata oris iniciuntur (c. 30 sectionis cui titulus Ἐπίλυσις τῶν ῥηθέντων διαιρέσεων bifariam in cod. partitur, in λ′ nimirum

et, inde a vv. *Τὸ βέβαιον τῆς βασιλείας* [ib. 1284 B 15], *λα'*, in subsequenti autem sectione cc. 25–26 editionis capiti *κε'* codicis respondent, 27 = *κς'*, 28 = *κζ'*, num. *κη'* in cod. omittitur, ita ut 29 = *κθ'* et sic deinceps).

3 **Hieronymi graeci**, qui nuncupatur [1] (ff. 276–278ᵛ) de effectu baptismi etc. (P. G. 40, 860–865), et [2] (ff. 278ᵛ–283ᵛ) dialogus de ss. Trinitate, *ἐρώτησις Ἰουδαίου πρὸς τὸν αὐτόν* cod. (ib. 848–860).

4 (f. 284–284ᵛ) de septem editionibus s. Scripturae (cf. Catenam Nicephori, quae indigitatur, I, *Ἐν Λειψίᾳ τῆς Σαξονίας* 1772, pp. *κθ'* sq. et P. G. 106, 125 sq., n. 45), des. *εἰς διαφύλαξιν· ὅπερ καὶ κατέχει εὑροῦσα μέχρι τῆς σήμερον ἡ ἁγία καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ ἐκκλησία εἰς ἀνεπίληστον μνήμην.* Subduntur, nulla fere distinctione facta, [a] (ff. 284ᵛ–285) de *ἀστροθεσίαι* apud Hiob, inc. *Ἔχει ὁ Ἰὼβ περὶ ἀστροθεσίας τάδε· ὁ ποιῶν πλιάδα καὶ ἕσπερον καὶ ἀρκτοῦρον· καὶ ὠρίωνα· καὶ ταμεῖα νότου* (cf. Hiob IX, 9)· *καὶ ἡ μὲν πλιὰς ἑπτὰ ἑτέρας* (l. *ἀστέρας*) *ἔχουσα, πολλοῖς ἐστὶ κατάδηλος*, des. *ἄλλων δὲ τοπικῶν ὀνομάτων ἐπειγείων ὑπομνησθέντες ποιούμεθα τὴν διήγησιν*, [b] (f. 285–285ᵛ) quae intercedat differentia inter *ὄρος, βουνὸς* et *νάπη*, inc. *Ὄρη μὲν εἰσὶ φυσικῶς ὑψώματα ὄντα ἐκ θεοῦ κατασκευασμένα*, des. *σταχυοειδῶς σχηματίζεται.*

Liber, quem unus idemque librarius totum descripsit (<Iohannes nimirum Mauromata Corcyrensis>, cf. enarrationem libri 1662), in partes duas distinguitur, quarum altera (ff. 1–260) quaterniones 32 et binionem conplectitur, altera (ff. 261–286) quaterniones tres et bifolium: fasciculorum nulla nullibi numeri nota vel hodie deprehenditur, primum tamen vel prima singulorum verba sive angulo inf. interno (derecte) sive ora inferiori (sic uti plurimum inde a f. 176ᵛ) paginae praecedentis ad cautelam inscriptum. Litterae grandioris maximique moduli, homiliarum inscriptiones notaeque numerales, taeniolae duae (ff. 1 et 261) rubra. Folia prima et novissima tineae paulisper adroserunt. Officinarum chartariarum insignia: [a] (ff. 1 ... 14. 122. 124. 129 ... 184. 209 ... 259) cervus in scuto quod in crucem graecam superius desinit (idem est, ni fallor, atque nr. 3338 Briquetii), [b] (f. 16) rhombus, in quo stella sex radiorum, circulo inclusus (Likhačev nr. 4224), [c] (ff. 17 ... 48. 83 ... 97) crux graeca quinque lunulis falcatis ornata circuloque inserta, quem lilium supereminet (cf. Briquet nr. 5380), [d] (ff. 51 ... 57. 62 ... 66. 101. 112) flores tres ex eadem caule surgentes, quibus circulus circumducitur, stella (?) superinposita (cf. Br. nr. 6683), [e] (ff. 60. 65. 68. 70 ... 75. 98. 102 ... 110) id. id., sed minoris moduli et absque stella (?) superinposita, [f] (ff. 113 ... 117, 128) arcuballista in circulo (cf. Br. nr. 747, qui tamen multo antiquior est), [g] (ff. 186 ... 208. 262 ... 266. 269 ... 285) aquila circulo inclusa, cui circulo corona inpendit (Br. nr. 207), [h] (f. 268) faber ferrarius (fere omnino ut Br. nr. 7558). Folia 260ᵛ et 286ʳ⁻ᵛ pura.

Operculo ant. interno manu <L. Allatii> adpingitur *Cyrilli Alexandrini Homelię* (sic) *Eort[asticę XX]X / Adriani Isagoge in sacra(m) Scriptura(m) et alia.*

De codice breviter egit Ioh. Mercati, op. et loc. citt., qui eum ad Franciscum Barbaro iun., patr. Aquileiensem, pertinuisse monstravit (*τοῦ ἐκλαμπροτάτου Βαρβάρου* librorum

in quodam pinace procul dubio notatur: τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Κυρίλλου ... λόγοι ἑορταστικοὶ· λα ἔτι δὲ Ἀδριανοῦ εἰσαγωγὴ εἰς τὰς θείας γραφάς, Vat. lat. 7246, f. 119v): ipsius autem Francisci († 1616), vel eius successoris Hermolai, dono in Vaticanam bybliothecam devenisse indiculus testatur in Archivi Bibl. t. 11, f. 259: '4. Cirilli (sic) Alexand.ni in sacram scripturam sermones in uno vol. digesti cum Adriani exposit.ne in sacram scripturam' (cf. enarrationes librorum 1655 et 1661-1664).

Integumentum corio fusco adfabre signato ligaminum reliquias tantum modo exhibet, dorso autem scidula chartac. mm. 43 × 143 glutine adhaeret, in qua contentorum indiculus, eadem ratione atque in superioribus codicibus, perstringitur.

1666. An. 800 (f. 185v), membran., mm. 310 × 220, ff. 185, coll. 2, linn. 30-32.

s. Gregorii Magni liber dialogorum a s. Zacharia papa graece versus, praemissa (ff. 1v-2v) anonymi praefatione (P. L. 77, 147-150): (ff. 3-40v) liber I (ib. 150-215), (ff. 42v-82) liber II seu vita s. Benedicti (P. L. 66, 125-203, vel melius I. Cozza-Luzi, Historia S. P. N. Benedicti a ss. pontificibus romanis Gregorio I descripta et Zacharia graece reddita etc., Tusculani 1880), (ff. 83-134v) liber III (P. L. 77, 215 ... 318), quo in, fasciculo ιζ' post f. 121 deperdito (cf. infra), vv. εἶναι μαρτύριον, ὁ κύριος — τὴν διήγησιν ὑποστρέψωμεν, i. e. capita 26 (ex parte) et 27-32 (ib. 282 C 16-295 A 15) desiderantur, (ff. 136v-185v) liber IV (ib. 318-430). Singulis libris praecurrit (ff. 2v, 40v-41v, 82r-v, 135-136) capitum tabula.

Anteit (f. 1) epigramma in b. Gregorium Senioris Romae papam, 33 choliambis expressum, quorum in acrostichide Γρηγορίου βίβλος Ζαχαρίου πατριάρχου (post Cozza-Luzi, op. cit., pp. xxv sq., iterum edidit isque diligentissime S. I. Mercati, *Sull'epigramma acrostico premesso alla versione greca di S. Zaccaria Papa del* « Liber dialogorum » *di S. Gregorio Magno*, in *Bessarione* XXXV [1919], pp. 67-75).

F. 41v-42 manus latina saeculi X ex. (iudice gravissimo Helia A. Loew, *The Benevent script* etc., Oxford 1914, p. 365) tabulam paschalem dierumque paschalium seriem beneventana, quae dicitur, scriptura iniecit, vir autem graecus nescio quis recentioris aetatis (an saec. XIII?) notas graecas numerales iuxta latinas adpinxit.

Litteris uncialibus exaratum insolentioris formae latinamque illius aetatis multo magis quam graecam scripturam redolentibus non omnino iniuria e romano quodam scriptorio fluxisse contendit P. Batiffol, *Librairies byzantines à Rome*, in *Mélanges d'archéologie et d'histoire de l'École française de Rome* VIII [1888], pp. 304-308: cuius viri docti sententiae adstipulantur S. I. Mercati, art. laud., p. 68, nec non Lietzmann-Franchi de' Cavalieri in opere infra citando, dum V. Gardthausen, *Griech. Palaeographie*², II, p. 147, Italiae australi vindicandum censere videtur (praeter codicem Bobiensem, hodie Ambros. B 159 sup., a P. Batiffol cum nostro conlatum, cf. ex. gr. libros Vatt. lat. 3835 + 3836, alte-

rum fortasse alterum hau dubie Romae descriptum, apud Heliam A. Lowe, Codices latini antiquiores, I, Oxford 1934, tabb. 18ᵃ–18ᵇ). Fasciculi 25 (3 ternio, 8, 16 et 22 septem folior., 11 quinque folior., 25 novem folior., cett. quaterniones, 17, ut supra notavimus, intercidit) in angulo sup. externo primae singulorum paginae ipsius, ni fallor, librarii manu subputati sunt, notae tamen non nullae (*A'-B'*; *IΘ'-K'*) propter margines resectos udoreve corruptos effluxerunt. Litteras grandioris moduli non nisi magnitudine a reliquis discrepantes uti plurimum deprehendes (cf. tamen ff. 143ᵛ–144ᵛ, 146ᵛ etc.), litterae vero initiales, rubidae tantum vel duobus tribusve coloribus variatae (flavo et rubido, vel flavo, rubido et caeruleo, vel flavo, rubido et viridi), animalium imagines exprimunt, quales in latinis codicibus eiusdem temporis passim inveniuntur (cf. ff. 3, 42ᵛ et 83 pisciculos, f. 136ᵛ serpentes duos cauda coniunctos, quorum uterque anguiculum ore stringens in columellam, quam capite supereminet, adtollitur: haec est littera omnium maxima ornatissimaque). Conlocutorum nomina, litterae initiales versuum supra laudati epigrammatis, inscriptio tabulae capitum libri V dialogorum praemissa minio exarantur rubidi coloris (Batiffol, art. cit., p. 305 ' rouge-brique '), a Graecorum rubro purpureove plane diverso (Gregorii Petrique nomina, rubricatoris incuria saepe omissa, manus recentiores perquam rudes interdum subpleverunt). Membrana non adprime depsta parumque bonae notae atramentum hic illic sorbente, fenestrae citra textus damnum hiant ff. 17ᵛ, 46ᵛ, 48ᵛ, 63ᵛ, 101ᵛ (totius paginae) et 109ᵛ. Chartae conplures initio atque in fine umore male habita, ut scriptio fere evanuerit lectuve difficillima siet, trium autem (ff. 182–184) partes superiores externas scidulis membraneis ex alio codice sedulo eluto decerptis (cf. vestigia scripturae antiquioris f. 182ᵛ) nescio quis refecit atque *τὸ κείμεν:ν* subplevit; an i p s e alibi quoque (cf. ff. 67ᵛ, 140, 141ᵛ–142 etc.) scripturam propter atramentum parum tenax evanescentem retractaverit, haereo. Margines foliorum non nullorum exsecti (ff. 64, 66, 69, 70 et 74).

Operculo ant. interno scidula chart. mm. 24 × 74 cum inscript. *Gregorij Papę Dialogi*, m. ⟨L. Allatii⟩, superne adglutinata. Folii 1 in angulo sup. dextro manus XV saeculi notavit *dialogus s(anc)ti Gregorij*, orae infernae nota Cryptensis ΔΔ adpingitur. F. 41ᵛ vir a scriba diversus paulloque recentior (quod Batiffolium, art. laud., p. 301, nescio quo modo fugerit) invocatiunculam graecis litteris in modum chrismi dispositis, latino autem (ex parte) sermone iniecit: *Ι̅ς̅ Χ̅ς̅ νι-κᾶ δω-μη-νε σαλ-βου κουν-σερ-βα με.* F. 82 librarius ipse *σταυρ:ειδῶς* notavit *ορα προ με* et infra *του γραψαντος*, recentior autem mox laudatus, subiunxit *οτι δι-στυ-ν s ημεῖ* (*εἰμὶ* scil.). F. 185ᵛ librarii subscriptio; + *ἐτελειώθη δὲ ἡ βίβλος / αὕτη μηνὶ ἀπρηλίω / ἡκάδη· α̅ ἔτους· ς̅τ̅η̅* (= 800 p. Chr. n.).

Codicem fuse descripsit Batiffol, art. cit., paucis enarraverunt Hagiographi Bollandiani, Catal. codd. hagiograph. graecor. Bibl. Vaticanae, p. 155, memorant dumtaxat ipse Batiffol in dissert. *La Vaticane depuis Paul III*, in *Revue des questions historiques* XLV (1889), pp. 209 n. 3 et 213, et A. Rocchi, De coenobio Cryptoferratensi eiusque bibliotheca, Tusculi 1893, p. 278. Folii 136ᵛ imaginem phototypam, quam dicunt, subpeditant Bond et Thompson, *Palaeographical Society* II, 81, folii 146ᵛ H. Lietzmann et P. Franchi de' Cavalieri, Specimina codicum graecor. Vaticanor. ², Berolini et Lipsiae 1929, tab. 6, folii 1 librariique subscriptionis S. I. Mercati, art. cit.

Integumenti tabulae corio purpureo indutae fibularumque nuda vestigia praebentes arma Gregorii XV P. M. et (tab. post.) Scipionis Cobelluzzi card. bybliothecarii (1618-26) auro inpressa prae se ferunt.

1667. Saec. X, membran., mm. 296 × 205, ff. I. 391 (+ 2a-b: ff. I. 2a-b. 391 chart.), linn. 31 uti plurimum.

sanctorum vitae atque passiones praemetaphrasticae, homiliae etc. pro mense iunio (cf. A. Ehrhard, *Ueberlieferung u. Bestand d. hagiogr. u. homilet. Lit. d. griech. Kirche* etc., I [*Texte u. Untersuch. z. Gesch. d. altchristl. Lit.... hrsgg. v. E. Klostermann u. C. Schmidt*, IV R., V B.], pp. 641–645): [1] (ff. 3–5) passio ss. Iustini, Charitonis et socior. (BHG. 973) (1 iun.), [2] (ff. 5–9) passio ss. Luciliani, Paulae et infantium, inc. *Βασιλεύοντος Αὐριλλιανου· ἐγένετο ἀθροισμὸς μέγας τῶν χριστιανῶν*, des. *ἔνθα καὶ ἀπέθανέν· μηνὶ ιουνίω γ' ἐπὶ Αὐριλλιανοῦ τοῦ τυράννου· βασιλεύοντος τοῦ κ. ἡμ. Ι. Χ.· ᾧ ἡ δόξα κτλ.* (ed. H. Delehaye, *Saints de Thrace et de Mésie*, Analecta Bollandiana XXXI [1912], pp. 137-192) (f. 5 summo *τῷ μηνὶ εἰς τὰς γ'*, in marg. autem externo *τὸ ἀνάγνωσμα τοῦ ἁγίου Νικηφόρου ζήτει εἰς τὸ τέλος ταύτης τῆς ἀναγνώσεως*, utrumque manu recentiore litterisque rubris), [3] (ff. 9–46v) vita s. Nicephori patr. Constantinopolitani (*συγγραφεὶς* [*βίος* scil.] *ὑπὸ Ἰγνατίου διακόνου καὶ σκευοφύλακος τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης ἐκκλησίας τῆς Ἁγίας Σοφίας* add. in marg. m. recentior), in qua, singulo fasciculo post ff. 10 et 18 deperdito, verba desunt *οἷς, καὶ ἡ κλῆσις τὸ φερωνύμοις εἶναι μαρτύρεται — ὡς εἰς σαγήνην τοὺς πάντας* et *καὶ εἰ μὲν τὸ δοκοῦν ἐκείνοις — ἀφελόντες ἐλλόβια τὴν χρυσῆν* (P. G. 100, 41-45 C 9, 64 B 9-81 B 9 et 100 A 1-160 [BHG. 1335]) (in marg. ext. f. 10v m. recentior, a superiore diversa, eadem quam in marg. folii 294 codicis 1633 deprehendimus, notavit *ἀπεντεῦθεν ἄρχεται ἡ τοῦ μεγάλου Νικηφόρου πατριάρχου ὁμολογητοῦ και μάρτυρος διήγησις δύο φυλλα τοῦ παρόντος πρώτου τετραδίου· τὸ δὲ δεύτερον καὶ τὸ δ' τετράδιον οὐκ ἔστι: —.διήκει δὲ ὁ πολύαθλος βίος αὐτοῦ ἄχρι τοῦ ε' φύλλου τοῦ η' τετραδίου*) (2 iun.), [4] (ff. 46v–67) vita ss. Metrophanis et Alexandri *ἐπισκόπων γεναμένων ταύτῃ τῇ θεοφυλάκτω καὶ βασιλίδι πόλει... ἐν ταυτῷ δὲ καὶ ὁ βίος τοῦ εὐσεβοὺς Κωνσταντίνου γενομένου βασιλέως ἡμῶν* cod. (BHG. 1279) (4 iun., manus autem recentior *δ'* in *ς'* emendavit aliaque [v. infra] in marg. ext. folii 46v notavit + *μηνι τω αὐτῷ δ' τῶν ἁγίων μρρ. Νικανδρου καὶ Μαρκιάνοῦ· ζήτει ἔνπρωσθεν*), [5] (ff. 67–68) passio ss. X martyrum Marciani et socior. (BHG. 1194) (3 iun., ut vid., sed *γ'* emendatum est primum cinnabari in *δ'*, deinde in *ζ'* ab eadem manu quae diei notam in superiori vita conrexit), [6] (ff. 68–70v) passio ss. Nicandri et Marciani (BHG. 1330) (4 iun., conrect. manus recentioris), [7] (ff. 70v–73) passio s. Cyrilli ep. Gortynae (edd. e nostro codice Patres Bollandiani, Acta Sanctor. iulii II, pp. 684-686 [BHG. 467]) (6 iun., conrect. manus recentioris), [8] (ff. 73v–79v) passio s. Theodori stra-

telatae a. Augaro (BHG. 1750), des. πολλὰ γὰρ θαύματα καὶ ἰάσεις ποιεῖ ὁ κυριος δι αυτοῦ ἐν τῇ θήκῃ αὐτοῦ· τυφλοὶ ἀναβλέπουσιν κτλ.· ὅσοι δὲ ἐν θλήψεσι περιπίπτουσιν, προσευχόμενοι ἐν τῇ θήκῃ αὐτοῦ τῶν κινδύνων ἀπαλάττονται δια τοῦ κ. ἡμ. Ι. Χ.· ᾧ ἡ δόξα κτλ. (8 iun., manu recentiore), [9] (ff. 80–100v) passio ss. Theodoti et virginum VII a. ps.-Nilo (BHG. 1782) (9 iun., conrect. manus recentioris), [10] (ff. 101–105) passio ss. Alexandri et Antoninae (BHG. 50) (10 iun.), [11] (ff. 105–110) acta s. Barnabae ap. ⟨a. Marco⟩ (edd. e nostro cod. Patres Bollandiani, Acta Sanctor. iunii, II, pp. 431–35, cf. p. 435 n. a [BHG. 225]) (11 iun.), [12] (ff. 110–127v) laudatio in eumdem a. Alexandro ⟨Cyprio⟩ (edd. ⟨e nostro cod.⟩ Patres Bolland., ib., pp. 436–52 [BHG. 226]) ⟨eadem die⟩, [13] (ff. 127v–132) laudatio s. Bartholomei ap. a. Iosepho mon. (BHG. 232) (sine die), [14] (ff. 132–139) vita s. Onuphrii a. Paphnutio (BHG. 1378), des. ἐτελειώθη δὲ ὁ ἅγιος Ὀνούφριος μηνὶ ιουνίω ἑνδεκάτῃ· καὶ πρεσβεύει συν πᾶσι τοῖς ἁγίοις ὑπερ τοῦ γένους τῶν χριστιανῶν τὸν κ. ἡμ. Ι. Χ.· ὅτι αὐτῷ πρέπει δόξα κτλ. (12 iun.), [15] (ff. 139–145) passio s. Aquilinae (BHG. 163) (13 iun.), [16] (ff. 145–148v) **s. Basilii Seleuciensis** orat. X, in Elisaeum et Sunamitidem (P. G. 85, 137–148 [BHG. 582]) (14 iun.), [17] (ff. 148v–156v) vita s. Methodii patr. Constantinopolitani (BHG. 1278) (eadem die), [18] (ff. 156v–161) passio s. Bonifatii (BHG. 279–280), des. ἐπιζήσασα οὖν ἔτη ιε' ἐν τη ἀσκήσει, οὕτως ἐτελειώθη· ἐπρεσβευσεν γὰρ ὑπὲρ αὐτῆς ὁ ἅγιος μάρτυς καλῶς ἀγωνισάμενος εἰς δόξαν Χριστου ... ᾧ ἡ δόξα κτλ. (15 iun.), [19] (ff. 161–165) passio s. Dulae (BHG. 567) (eadem die), [20] (ff. 165v–170) passio ss. Manuhel, Sabel et Ismahel (BHG. 1023) (17 iun.), [21] (ff. 170v–176v) passio s. Leontii (BHG. 986), cum multis emendationibus ipsius viri manu qui textum in Vat. gr. 1669, ff. 319 sqq. contentum pariter conrexit (18 iun.), [22] (ff. 176v–180) passio s. Zosimi (BHG. 1888) (19 iun.), [23] (ff. 180–208) passio ss. Iuliani et Basilissae (BHG. 970–971) (21 iun.), [24] (ff. 209–214) passio ss. Zenonis et Zenae (e nostro libro edd. Hagiographi Bollandiani, Acta Sanctor. iunii IV, pp. 476–482 [BHG. 1887]) (23 iun.), [25] (ff. 214v–229) **s. Sophronii** patr. **Hierosolymitani** ⟨oratio VII⟩. i. e. encomium in s. Iohannem Baptistam (P. G. 87, 3, 3321–3353 [BHG. 844]), des. κοινωνοὶ καὶ τῆς ἀποκειμένης σοι ζωῆς αἰωνίου γενοίμεθα, καὶ τῆς τῶν ἐν ουρανοις ἡτοιμασμένων σοι πάντων ἀγαθῶν ἀπολαύσεως μέτοχοι· ἐν Χριστω Ιησου τῷ κυριω ἡμῶν· δι οὗ κτλ. (24 iun.), [26] (ff. 229v–233) **s. Athanasii Magni*** homilia in Nativitatem Praecursoris (P. G. 28, 905–913 [BHG. 866]) ⟨eadem die⟩, [27] (ff. 233v–238) **Leontii** presb. **Constantinopolitani** μετα τὴν μέσην ἑβδομάδα ἐν κυριακῇ εἰς τὸν βαπτιστὴν Ιωάν-

νην, inc. *Πολλοὶ μὲν ἤδη πολλάκις ἀγαπητοὶ ποικιλας ὑμῖν διδασκαλίας προτεθήκασιν*, des. *σὺ γὰρ εἶ ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου· καὶ σὺ πρέπει ἡ δόξα κτλ.* ⟨eadem die⟩, [28] (ff. 238v-257v) passio s. Febroniae (BHG. 659) (25 iun.), [29] (ff. 257v-261) vita s. Iohannis ep. Gotthiae (BHG. 891) (in marg. f. 257v ipse librarius notavit *ζητει τὸν βιον τοῦ οσ. πρs. ημων Δαυιδ εις το τελος τοῦ μηνός*: ubi tamen nihil hodie exstat) (26 iun.), [30] (ff. 261-267v) passio s. Basilii presbyteri (BHG. 242) (28 iun.), [31] (ff. 268-281v) acta ss. Petri et Pauli (BHG. 1490), doxol. ab ed. diversa (29 iun.), [32] (ff. 281v-285) **Hesychii** presb. **Hierosolymitani** encomium in ss. apostolos Petrum et Paulum, inc. *Καλὸν μὲν τὸ ῥόδον τῆς ἐαρινῆς ὥρας*, des. *πρεσβεύει γὰρ πάντοτε τυχεῖν ἡμᾶς τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν· ἐν Χριστω Ιησου κτλ.* (cf. Fabricius-Harles VII, 551) (eadem die), [33] (ff. 285-288v) s. **Sophronii** patr. **Hierosolymitani** (P. G. 87, 3, 3356-3364 [BHG. 1495]) (eadem die), [34] (ff. 289-334v) vita s. Hypatii hegumeni in Rufinianis (edd. e codice nostro Patres Bollandiani, Acta Sanctor. iunii, III, pp. 308-349 [BHG. 760]), in qua, fasciculo *μα'* post f. 304 abscisso (v. infra), desunt vv. *τοσοῦτον δὲ ἦν ὀφθαλμιάσας — ἡμῖν γάρ ἐστι τὸ μὴ πεισθῆναι αὐτοῦ* (Callinici de vita s. Hypatii liber, edd. Sodales Bonnenses, Lipsiae 1895, 80, 24-94, 19) (30 iun.), [35] (ff. 335-364) acta s. Theclae a. Basilio ep. Seleuciae (BHG. 1717), deficientibus vv. *Οὗτος καὶ τῶν γενῶν — ἅμα δὲ καὶ τὸ τῆς αἰτήσεως* (P. G. 85, 509 C 4-528 B 10) ob fasciculum *μη'* inter ff. 350 et 351 deperditum (cf. infra), doxologia vero in fine omissa (sine die), [36] (ff. 364-390v) eiusdem miracula *α'-μς'*, abrump. in vv. *καὶ ἐπωθουμένην τῷ ἀγκῶνι*, adverte tamen propter fasciculos *να'-νβ'* inter f. 366v (*ν'* abrump. in vv. *τὴν δεσποτικὴν ἐκείνην καὶ βασιλικὴν*) et 367 (*νγ'* inc. *ὁδοιπορείας ἀποπειρωμένη τοῦ θαύματος*) deperditos miraculi *α'* conclusionem, *β'-ιζ'* integra nec non initium miraculi *ιη'* desiderari (Pantiniana editione, apud Migne, vol. laud., 561-617, denuo impressa, e cod. Vat. gr. 655, nostri apographo pendente, nulla lacuna loc. cit., cf. ib. 568 B 5, notatur), conclusionem vero miraculi *με'* (ed. laud. mirac. XXXI) et subsequentis initium, ob folium 390v lectu difficile, in ed. non inveni (BHG. 1718, et cf. Ehrhard, op. et vol. cit., pp. 642 et 645 n. 4) (sine die).

Additamenta, emendationes, animadversiones, lemmata rarissima cum ipsius librarii tum recentioris viri manu (cf. ex. gr. ff. 32 sqq.) marginibus adscribuntur.

Ff. 1-2, custodiae in locum praemissa, Patrum excerpta utraque lingua, manu saec. XI, hoc ordine praebent: [a] (f. 1-1v) ⟨s. Maximi confessoris quaestiones ad Thalassium⟩ 16-21, inc. mut. *ὑπὸ τὸ ὕδωρ, λέγω*

δὲ τὴν γνῶσιν, abrump. in vv. *τέλειος ἄνθρωπος· δια τὸ ταύτης* (P. G. 90, 301 C 4–313 B 10), add. schol. uno ad quaest. 21, *α'* nimirum ap. Migne; [b] (f. 2) ⟨eiusdem* capitum quinquies centenorum centuriarum III et IV *κεφάλαια* decem⟩ absque ulla distinctione se se excipientia: III, 94, inc. mut. *θεω|ρίαν οὐκ ἄπρακτον διανύων* (P. G. 90, 1301 A 10). 95. 97, praemissis verbis *οὐκοῦν ἐπειδὴ τήν τε λύπην καὶ τὴν ἡδονὴν διττὴν οὖσαν ἀπέδειξεν ὁ λόγος, τὴν καὶ τὴν μὲν κατα ψυχὴν, τὴν δὲ κατ αἴσθησιν συνισταμένην, φέρε καὶ τὰς τούτων συνοπτικωτέρας θεωρήσωμεν αἰτίας.* 100. IV, 2. 6. 4, des. in vv. *τῶν κατ' αὐτὴν ἡδονῶν* (ib. 1304 D 4). 7, inc. *οὐκοῦν ὡς ἔφην, ἐπειδὴ τὴν μὲν τῆς ψυχῆς λύπην κτλ.* 8. 10, inc. *οὕτως οὖν κατ' ἐμὲ φάναι δύναται χαίρειν ἄνθρωπος ἐν ᾧ λυπεῖται· τῇ γὰρ ἀρετῇ κατὰ σάρκα κτλ.* (marginibus folii 2 summo externoque scholia [ζ']-ις' adpinguntur, quorum primum *Ὅτι γένεσις ἐστὶν ἀρετῆς ἀληθὴς φησὶ, ἡ πρὸς τὴν σάρκα τῆς ψυχῆς ἑκούσιος ἀλλοτρίωσις*, ultimum des. *τῆς γνώμης τοῦ νόμου τῆς ἁμαρτίας*); [c] (f. 2–2v) s. Gregorii Magni moralium libri 31 excerpta quattuor, nimirum: [α] c. 23 (sub inscript. *de omelja ·XXXI· morialiorum* [!] *beati Gregorii papae*) usque ad vv. *pro se certantibus subministrat* (P. L. 76, 595 linn. 22–7 a. i.), [β] ex c. 7 (sub inscript. *quia in hoc saeculo sancta ecclesia quasi peregrina est*) initium usque ad vv. *permundavit aream suam* (ib. 576 lin. 8 a. i. — 577 lin. 2), praemissis verbis *Ipse beatus Gregorius in eadem omelia libri XXXI dicit de rinocero(te)*, nec non vv. *quia enim praesentem gloriam amantes — moribus inpugnatur* (ib. 577, linn. 14 a. i. — 2 a. i.), praemissis verbis *post pauca dicit de principibus huius saeculi*, [γ] rursus ex c. 23 vv. *fiat Dan, coluber in via — ascensor eius retro* (i. e. Gen. XLIX, 17, cf. ib. 596, linn. 30–32), praemissis verbis *De antichristo patriarcha dixit, filio suo Dan* et vv. *per quem digne antichristi adventus — cornibus potestatis* (ib. linn. 12 a. i. — 9 a. i.), praemissis vv. *sanctus Gregorius papa*; [d] (f. 2v) s. Fulgentii de fide libri cap. 35 seu reg. 32 usque ad vv. *ulla posse ratione salvari* (sub inscript. *Ex libro sancti Fulgentii capiti (!) XXXI*; P. L. 65, 703 B 2–8), [e] (ibid.) Gennadii ⟨Massiliensis de ecclesiasticis dogmatibus libri⟩ cc. 56–58 (*XXVIII-XXVIIII* cod.). 11–14 (*XII-XIIII* cod.), add. in fine *creationem vero animae. solum creatorem omnium nosse.* 70–71 (*XXXIIII* cod.), subdita nota *hic Gennadius dicit quoniam mortui qui domino surgendo surrexerunt etiam ascendente in celos simul ascenderunt* etc.; [f] (ibid.) e s. Augustini de Trinitate libro XII c. 10 a vv. *Ad imaginem quippe dei naturam ipsam* ad vv. *tanto magis inde formatur ad imaginem dei* (P. L. 42, 1003 lin. 23 a. i. — 1004 lin. 3) et cc. 3–5 a vv. *sicut enim in omnibus pecoribus* ad vv. *in eorum prolem compleatur* (ib. 999 lin. 16

a. i. — 1000 lin. 28), praemissis verbis *Iuxta vero principi⟨um⟩ XII^{me} lectionis sic dicit beatus Augustinus*, subfixis vero K° (?) *Genuit Adam filium ad imaginem et similitudinem s[u]am Basilius dicit· Imago patris filius et filii spiritus.* Excerpta haecce latina vir graecus (italo-graecus) procul dubio exaravit, scribit enim *in euaggelio, aggelicam, napokalypsi* (sic) graecique alphabeti litteras passim adhibet, puta *α* (praesertim in fine lineae) et *ε*.*

Bono charactere descriptus atque dextrorsum uti plurimum inclinato, non nullibi autem in erectam formam abrupte transeunte (cf. ff. 30, 78ᵛ, 144ᵛ, 155, 166ᵛ etc.), scapis 55 initio constabat, ex quibus 2, 4, 41, 48, 51 et 52 hodie desiderantur (cf. supra), 7 et 20 septem folia conplectuntur, ceteri quaterniones exsistunt (e 45 folia 7-8 citra textus damnum excisa sunt), omnes, librarii manu, in angulo sup. externo primae singulorum paginae graeca subputatione instructi: qua subputatione fere integra ad huc servata (notis α' et νδ'-νε' tantum deficientibus), idem tamen, ni fallor, vir, qui animadversionem folii 10ᵛ margini iniecit (cf. supra), notas conplures ad maiorem cautelam iteravit (γ', ε'-ζ', θ'-ια', μβ', μθ', ν', νγ', νδ'), paucas retractavit (η', ιβ'-ιδ'). Scapos insuper non nullos una vel tribus cruculis in fronte distingui (cf. ff. 35, 225, 233,-297, 305, 335, 359 et 383) A. Ehrhard fugisse videtur, op. et loc. cit.: qui alibi recte monuerat (ib. p. 227 n. 1) similem morem in coenobio Studitano invaluisse. Maioris moduli litterae non nisi magnitudine a reliquis discrepant, litterae autem initiales inque passionum inscriptionibus adhibitae uncialem, quae dicitur, formam prae se ferunt; veri nominis ornamentum nullum nullibi adparet (f. 3 taeniola eodem, quo τὸ κείμενον, flavo liquore delineata), nisi quod italo-graecus nescio quis litteras duas initiales (ff. 3 et 127ᵛ) in pisciculi speciem rudi calamo mutavit. Chartae hau paucae murium rabiem expertae textum valde mutilum exhibent (ff. 199 ... 215), chartae 1. 2ᵃʳ⁻ᵛ. 391ʳ⁻ᵛ scriptionis expertes.

F. 1ᵛ summo notavit ⟨L. Allatius⟩ *Vitę et Martyria diuersoru(m) Sanctoru(m)*. Folii 1 in ora inferna nota Cryptensis *K. F.* 2ᵇʳ⁻ᵛ praebet libri syllabum graecum a ⟨Luca Felici hierom. Cryptensi⟩ confectum, praemissa nota *K* iam adlata, quam pone alia, ut videtur,

---

* An graeca quoque superius enarrata transscripserit in dubium vocari potest, quamquam veri simillimum videtur utraque ex eiusdem calamo manasse, certissimum autem eodem tempore locoque: ipse tamen procul dubio Esaiae geminam interpretationem oris palimpsesti Cryptensis *A. γ.* XIV contentam exaravit (alteram ex Volgata, alteram graeco textui magis inhaerentem graecumque scriptorem redolentem), ut libri Vaticani excerpta latina cum Cryptensis phototypico specimine conferenti patebit, quod opellae Iosephi Cozza cui titulus ‘Sacrorum bibliorum vetustissima fragmenta graeca et latina ex palimpsestis codicibus bibliothecae Cryptoferratensis eruta atque edita’ etc., pars prima, Romae 1867, praemittitur (cf. quoque ib. pp. XLIV-LXI). Ex quibus Esaiae versionem Cryptensem, saeculis VIII-IX vel IX-X perperam adscriptam (C. Vercellone, *Un codice greco palimpsesto scoperto dai monaci Basiliani di Grottaferrata* etc., Romae 1866, p. 16; Cozza, op. cit., p. XLV), ineunte saeculo XI (quo tempore nimirum graeca Patrum excerpta Vaticana transscripta esse nullus, opinor, infitias ibit) ortum habuisse conligitur. Cum autem graeca excerpta eamdem profecto manum prodant, quae scholia Latinis infensa marginibus adpinxit libri Vaticani 1650 a. 1037 pro Nicolao archiep. Rhegino exarati, unum virum italo-graecum (an Nicolaum ipsum?) scholia illa concinnasse, Esaiae interpretando operam dedisse, Patrum excerpta pluries laudata conlegisse negari non posse videtur.

manus aliam notam. Cryptensem pariter, posuit (*n.° 10*): ibid. in marg. summo animadversio *Τοῦτο τὸ βιβλίον ἦν τῆς μονῆς τῆς Κρυπτωφέρρης*. Folii 3 in fastigio notatur *lege(n)da sa(n)tor(um)*, eadem manu saeculi XV quam similia notantem in cod. 1526 deprehendimus. F. 10ᵛ imo notula adcuratissime deleta. F. 208ᵛ invocatio erroribus scatens ad ss. ⟨Iohannem⟩ Chrysostomum, Gregorium atque Notarios (Marcianum Martyriumque, nimirum), et alia eiusdem generis. F. 265ᵛ eadem manus versiculos duos e Psalmorum libro exscripsit (Ps. CX, 10 et XXXVII, 2). Folii 267ᵛ in marg. superiori *εγῶ αδ(ελ)φος· Ρωμανιs· ὁ ιἐρɩ μωναχɩs*, manu saec. XIV-XV (?). F. 283 summo + *florida uirgo d(eu)m pep(er)it hec sine germi(n)e ueru(m)*, manu saec. XIV-XV (*hec* expunge, ut versus legitimus evadat!). F. 334ᵛ notula rudissimo charactere saec. XIV conscripta legitur: *σῶσον ὁ θ(εὸ)s τὸν κυρ διἄκῶναν τον Ἰωακίμ· ὅτ(ι) ἔδωκέν μ(οι) / τον βίβλὼν τοῦτιν· καὶ ἠνέγνωσ' αὔτώ ...... (μιν)αχ(os) ὁ .. συγκελ(λοs) δοῦλ(os) Χ(ριστ)ὼ / δῶξά τὼ π(ατ)ρὶ κτλ.*, atque inferius *μινὶ φε(βρουαρίῳ) ιν(δικτιῶν. s) δης ἐλα(βον?) απῶ σοῦ ......:..... δοῦλον* et alia quae enucleare non valui.

Codicem, praeter A. Ehrhard, op. et loc. citt., descripserunt Hagiographi Bollandiani, Catalogus codicum hagiograph. graecor. Bibl. Vaticanae, pp. 155-158, memoraverunt inter alios P. Batiffol, *La Vaticane depuis Paul III*, in *Revue des questions historiques* XLV (1889), pp. 209 n. 3 et 213, A. Rocchi, De coenobio Cryptoferratensi eiusque bibliotheca, Tusculi 1893, pp. 269, 272, 278 (heic perperam italo-graecus dicitur) et 305, Ioh. Mercati, *Per la storia dei mss. greci di Genova* etc. (*Studi e Testi* 68), p. 98 n. 5.

Integumenti tabulae corio rubro vestitae scutaque Gregorii XV P. M. (tab. ant.) et (tab. post.) Scipionis Cobelluzzi card. bybl. (1618-26) auro inpressa exhibentes fibularum non nisi reliquias ad huc retinent.

1668. Saec. XII, membran., mm. 315 × 214, ff. I. 359, linn. 29.

catena in Genesin (typ. III Karo-Lietzmann, Catenar. graecor. catalogus, p. 12; cf. R. Devreesse, *Chaînes exégétiques grecques*, in *Dict. de la Bible*, suppl. t. I, c. 1101). Inc. *Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν: ἑρμηνεία Θεοδωρήτου: τί δήποτε μὴ προστέταχε κτλ.*, des. *τόπος ἐστὶ πέραν τοῦ Ἰορδάνου... ὅ ἐστιν ἑρμηνευόμενον, τόπος κύκλου* (ut in cod. Vaticano gr. 1684; cf. *Σειρα ενος και πεντηκοντα υπομνηματιστων εις την οκτατευχον κτλ.... εκδοθεισα... επιμελειαι... Νικηφορου... του Θεοτοκου. Ἐν Λειψίᾳ τῆς Σαξονίας*, 1772, t. I, coll. 1 ... 548 Z 5). Auctorum nomina plerumque in textu, rarius in marginibus notantur, saepe (praesertim sub finem) plane omittuntur: notae numerales ab *α'* ad *χπβ'*, oris pariter adpictae.

Praecurrunt (ff. 1-37ᵛ) **Aristeae** epistula, cuius inscriptionem, *Ἀριστέας Φιλοκράτῃ* scil., manus paullo recentior orae supernae f. 1 adscripsit (ed. Thackeray apud Swete, *An Introduction to the Old Testament in Greek*, pp. 519-574) et (ff. 37ᵛ-38ᵛ) e **s. Athanasii** * synopsi Scripturae sacrae cap. de Genesi sub inscript. *περὶ τῶν ὀνομάτων τῶν βιβλίων· καὶ διατί ἕκαστον οὕτως καλεῖται· καὶ ἀπὸ μέρους τί περιέχει ἕκαστον* (cf. Karo-Lietzmann, loc. cit.).

Verba per oscitantiam interdum omissa librarius ipse in marginibus subplevit (cf. ff. 6ᵛ, 50, 67ᵛ etc.), locos alios conplures nescio quis recentior vel in marginibus integravit vel *κειμένῳ* in ipso conrexit (cf. ff. 2, 7ᵛ, 10, 20ᵛ etc.).

Praeter singulum folium custodiae in locum utrimque conpactum, fasciculos 45 conprehendit ab una eademque manu flavo liquore politaque scriptura exaratos, quaterniones omnes (34 tantum excepto, ternione), eosque graeca serie angulo inf. interno primae singulorum paginae adpicta subputatos: quae tamen numerorum notae, librario ab ipso iniectae, ob margines nimium resectas pleraeque omnes perierunt (λα', λζ', μ', μβ', μδ' et με', integrae vel dimidiatae, dum taxat superant, ceterarum non nisi vestigia vel ne vestigia quidem cernuntur). Ornatus nulli, litterae maioris maximiqui moduli nullibi minio descriptae. Folii 357 ora externa recisa, f. 359ʳ⁻ᵛ scriptione caret.

F. I medio notatur *Emptus ex Libris Ill.ᵐⁱ Lelij Ruini / ep(iscop)i Balneoregien(sis)* (de quo, Polonorum ad regem Sigismundum III olim nuntio, cf. quae in libro 1551 enarrando posuimus) *1622*, in pagina aversa summa legitur *Aristeas de Interpretat(ion)e Diuinę scripturę / I(n) Genesim Catena ex diuersis Patribus*, m. ⟨L. Allatii⟩. F. 358ᵛ imo possessionis nota saeculi, ut vid., XIV, rudissimis characteribus conscripta + τοῦτο το βυβλ̇ηον εἰνέ Μανου· ἠλ· του Βοῦ· ηλα (?).

Codicem, quem Karo-Lietzmann, op. et loc. citt., saeculo XII recte tribuerunt, saeculo recentiorem sine iusta causa iudicarunt P. Wendland, Aristeae ad Philocratem epistula etc., Lipsiae 1900, p. ix, et Thackeray, op. cit., p. 513 (hic tamen non absque dubitatione), XII-XIII adscripsit A. Rahlfs, *Verzeichnis der griech. Hss. des A. T.*, p. 264.

Integumenti tabulae, tergore coloris castaneae adfabre signato saeculo, ut videtur, XVI amictae, ligaminum reliquias, vestigia bullarum tantum retinent.

1669. Saec. X in. (ff. 319-350 saec. XI), membran., mm. 313 × 212, ff. III, 425 (ff. I-III et 425 chart.), linn. 28 (ff. 319-350 plerumque 29).

s a n c t o r u m v i t a e atque p a s s i o n e s p r a e m e t a p h r a s t i c a e, h o m i l i a e etc. pro diebus 1–15 mensis n o v e m b r i s (cf. A. Ehrhard, *Ueberlieferung u. Bestand d. hagiogr. u. homilet. Lit. d. griech. Kirche* etc., I [*Texte u. Untersuch. z. Gesch. d. altchristl. Lit. ... hrsgg. v. E. Klostermann u. C. Schmidt*, IV R., V B.], pp. 488–491): ¹ (ff. 7–22ᵛ. 1–6ᵛ. 23–37ᵛ) ss. C o s m a e et D a m i a n i miracula X-XVI. XVII-XIX. XXXIII-XXXVIII, inc. mut. ἐκτενῶς προσάγων τῷ κυριω (L. Deubner, *Kosmas u. Damian*, Leipzig u. Berlin 1907, p. 118, 23): animum adverte propter singulum folium ante 1 et post 6 deficiens verba desiderari τῆς στούππας νομίσασα — ἐφ' οἷς ὅλως ἐτόλμη|σεν (ib. 141, 73–142, 14) et alia fere totidem inter ἀλλὰ τοῦτο προ et τὸ πάθος ἔφυγεν in nullo alio codice servata (cf. ib. 150, 10–11: de fasciculis initio deperditis deque foliorum ordine turbato cf. Deubner, op. cit., pp. 5 sq.) (cf. BHG. 385, 387 et 390) ⟨1 nov.⟩, ² (ff. 37ᵛ–52ᵛ) passio ss. A c y n d i n i, P e g a s i i, A n e m p o d i s t i et socior. (BHG. 22) (λ[ό]γ.

β' minio notavit iuxta titulum eadem manus quam in codice 1667 describendo ad f. 5 memoravimus) (2 nov.), [3] (ff. 53–73) passio ss. Acepsimae, Ioseph et Aeithalae (ed. e codice nostro H. Delehaye, *Actes des martyrs persans*, in Patrologiae Orientalis t. II, pp. 478–517 [BHG. 15–16] (3 nov.), [4] (ff. 73v–123) vita s. Ioannicii a. Saba monacho (vv. *βίος τοῦ οσ. πατρος ἡμῶν Ἰωαννικίου* in rasura atque manu recentiore) (BHG. 935) ⟨4 nov.: *τῇ αὐτῇ ἡμέρα* cod., sed eras.⟩, [5] (ff. 123v–142v) passio s. Cononis Isaurici (edd. ex libro nostro R. Trautmann et R. Klostermann, *Drei griech. Texte zum Cod. Suprasliensis. II.*, in *Zeitschr. für slav. Philologie* XI [1934], pp. 299–320) ⟨4 nov.: *τῇ αὐτῇ ἡμέρ[ᾳ]* cod.), [6] (ff. 143–156v) vita sive certatio s. Pauli ep. Constantinopolitani, inc. *Οἱ μὲν οὖν βουλόμενοι τινὰ τῶν ἔξω ἐν τῷ παρόντι βίῳ διαφανέντων*, des. *διωγμοὺς πολλοὺς ὑπομείνας καὶ ἐξορίας καὶ θάνατον· τῶν αἰωνίων ἐπέτυχεν ἀγαθῶν· ὧν καὶ ἡμεῖς ἀξιωθείημεν· εὐχαῖς καὶ πρεσβείαις κτλ.* (conclusio inde a vv. *καὶ πάντα ἀξίως τῆς αὐτῆς πολιτείας διαπραξάμενοι*, cf. Vat. gr. 808, f. 76 col. sin., linn. 8 a. i. — 5 a. i. subplevit in ora externa f. 156v manus paullo recentior, in angulo autem sup. externo f. 143 idem vir, quem in enarrando libro 1667 ad f. 10v laudavimus, notavit *ζήτει καὶ τοῦ ὁσίου πατρός ἡμῶν Λεονάρδου θαυματουργοῦ τῇ αὐτῇ ἡμέρα τὴν πᾶσαν ακολουθίαν εἰς τετράδια καινούργια*, quae tamen *τετράδια* hodie in cassum rimareris: de s. Leonardo ab Italo-graecis culto cf. H. Delehaye, Synaxarium Eccl. Constantinopolit., p. 200 linn. 55–56) (6 nov.), [7] (ff. 157–171v) encomium in ss. archangelos Michahel et Gabrihel a. Michahele mon., inc. *Τὸ στόμα μου ἤνοιξα καὶ εἵλκυσα πνευμα φησὶν ὁ θεῖος Δαυίδ· καγὼ τήμερον μετ αὐτοῦ*, des. *ὡς δημιουργὸν καὶ πρύτανιν καὶ συνοχέα τοῦ παντὸς· ὑμνεῖ· εὐλογεῖ· δοξολογεῖ· εὐχαριστεῖ· προσκυνεῖ· σοὶ γὰρ ἀληθῶς πρέπει τιμὴ δόξά τε καὶ ἡ προσκύνησις· μεγαλωσύνη καὶ μεγαλοπρέπεια τῷ πατρι κτλ.*, subfiguntur autem versiculi tres *ὡς ταξιάρχης τῆς ἄνω σκηπτουχίας, | πρωτάγγελος πέλων τε ῥῦσαι πταισμάτων· | λιταῖς με ταῖς σαῖς καὶ τρικυμίας βίου* ⟨8 nov.⟩, [8] (ff. 172–175) passio s. Orestis (BHG. 1384) (9 nov.), [9] (ff. 176–182) passio s. Menae (BHG. 1254) (11 nov.), [10] (ff. 182–187) passio ss. Victoris ⟨et Coronae⟩ (BHG. 1865) (eadem die), [11] (ff. 187v–198v) passio s. Vincentii, cuius ultima vv. (*ὃς ἐτελείωσε μαρτύριον εἰς δόξαν Χριστοῦ κτλ.*) subplevit manus recentior in marg. inf. folii 198v (BHG. 1867) (eadem die), [12] (ff. 199–257) vita s. Theodori Studitae a. Michahele mon., in qua f. 199, eius initium usque ad vv. *λήθης φάρμακον* continens (P. G. 99, 233 C 6), saeculo XI subpletum (BHG. 1754) ⟨eadem die⟩, [13] (ff. 257v–318v) vita s. Iohannis eleemosynarii a. Leontio ep. Neapoleos, in capita ξ' divisa et ab edit. (H. Gelzer, *Leontios'*

von Neapolis Leben etc., Freiburg i. B. u. Leipzig 1893 [BHG. 886]) saepe diversa, des. ἐξαίφνης τὴν τῶν μύρων ἰαματικὴν εὐωδίαν ἐκ τῆς οἰκείας σωροῦ πᾶσιν ἀνέβλυσεν· ἧς, ἅπαντες ἐν ευφροσύνῃ ἀπολαύσαντες, δόξαν καὶ μεγαλοπρέπειαν τῷ πατρι κτλ. (cf. Gelzer, 102 linn. 2 sqq.) (capita duo, λζ' scil., inter XXXV et XXXVI editionis, et νς', inter XLIV et XLV, inedita videntur, quorum prius, de Iohannis disputatione cum Theodosianis, inc. καὶ γὰρ εἰ καὶ μὴ σοφὸς ἦν τῷ λόγῳ πάνυ ὁ ὅσιος, des. ἀνεχώρησαν μετ αισχύνης, alterum, Alexandriam rhetorice beatam praedicans quod Iohannem aluerit eiusque corpus possideat, inc. εἰ γὰρ Τυάνων οἱ πάροικοι μέχρι τοῦ νῦν σχεδόν, des. ἐν βραχεῖ κατάδηλα ποιῆσαι πιράσεται) (12 nov.), [14] (ff. 351-364) vita s. Martini ep. ⟨Franciae⟩ (BHG. 1181) (λόγ. ιε', cf. infra) (eadem die), [15] (ff. 364v-379v) vita s. Iohannis Chrysostomi ⟨a. Theodoro ep. Trimithuntis⟩ (cf. BHG. 872), non paucis omissis (cc. 2, 15 et 24), aliis in conpendium redactis (ex. gr. cc. 5 et 25), in fine autem ed. amplior, inc. Ἰωάννης οὗτος μικρὸς ὢν τῇ ἡλικίᾳ, ἐπαιδεύθη ἐν πάσῃ σοφίᾳ ἀνθρωπων (P. G. 47, LII lin. 2 a. i), des. οὗτος ὁ Ἰσίδωρος καὶ οἱ διωχθέντες παρὰ Θεοφίλου μοναχοί, ἐν τῷ παραδείσῳ τῷ γραφέντι προς Λαῦσον τὸν πραιπόσιτον μνημονεύονται· ὧν ὁ βίος καὶ τὰ θαύματα φέρονται, καὶ ἡ ἁγιωσύνη περισσή· χάριτι Χριστου κτλ. (13 nov.), [16] (ff. 379v-389) passio s. Philippi ap. (BHG. 1526) (14 nov.), [17] (ff. 389v-400v) encomium in s. Philippum apostolum a. Michahele mon., inc. Πᾶσα μὲν μαρτύρων Χριστου τελετὴ καὶ πανήγυρις, φαιδρὰ καὶ περιχαρὴς καὶ σωτήριος, des. καὶ τὴν θεουργὸν ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου τοῦ σωτηρος ἡμῶν Ι. Χ. γέννησιν ἑορτάσαι καὶ τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν ἐπιτυχεῖν· χάριτι καὶ οἰκτιρμοῖς κτλ. ⟨eadem die⟩, [18] (ff. 401-409) passio ss. Guriae et Samonae mm. Edessenorum (BHG. 731) (15 nov.), [19] (ff. 409-414) passio s. Abibi (BHG. 732) (eadem die), [20] (ff. 414-424v) miraculum ss. Guriae, Samonae et Abibi (BHG. 739), abrump. in vv. ἐν αὐτοῖς εστι ψεῦδος (ed. E. v. Dobschütz, *Die Akten der edessenischen Bekenner* etc., in *Texte u. Untersuch.* XXXVII, 2 [1911], p. 196 lin. 3) (λόγ. κα') ⟨eadem die⟩.

Saeculo XI nescio quis descripsit inseruitque (ff. 319-350v) vitam s. Iohannis Chrysostomi, inc. Καὶ πάντων μὲν τῶν κατὰ θεὸν πολιτευσαμένων ὁ βίος ut BHG. 875, cum qua initio magis consentit (licet in conpendium redacta), infra vero ad BHG. 876 propius adcedit, multis tamen ut supra omissis vel inmutatis, des. παραδραμόντες τὰ παρατρέχοντα, καὶ μόνα ποθήσαντες τὰ οὐράνια· ἐν Χριστῶι Ἰησοῦ κτλ. ⟨13 nov.⟩ (λόγ. ιδ'). Emendationes non nullae marginibus adpinguntur (cf. ff. 319v-321v) ab eadem manu quae Leontii passionem in cod. 1667, ff. 170v-176v obcurrentem sedulo emendavit.

Flavo liquore ab una eademque manu exaratus in partes duas distinguitur, quarum prior fasciculos 23 hodie retinet (ff. 1–175), nulla vel ad praesens nota numerali distinctos (14 et 17 septem folior., 23 binio, ceteri quaterniones, primi tamen fasciculi, quem recte post secundum reponendum esse monstravit L. Deubner, op. cit., p. 5, bifolium externum, primi ac vicensimi primum folium, post 156 scil., effluxit); altera vero pars (ff. 176–424) fasciculis 28 constat in angulo inf. interno primae singulor. paginae ipsius librarii manu graece subputatis (δ' et κε' septem folior., [κη'] tria tantum folia servat, ceteri quaterniones, animum tamen adverte in γ' folium ultimum, 199 videl., saeculo X-XI subpletum esse): omnes insuper fasciculi gemina crucula in fronte notantur, quem morem apud Studitanos monachos invaluisse censet A. Ehrhard, op. et vol. cit., p. 227 n. 1. Quaterniones haud enumeratos quattuor (ff. 319–350) saeculo XI insertos esse iam supra monuimus, qui vero textus initio codicis perierint, i. e. passio quaedam ss. Cosmae Damianique nec non martyrium s. Cyriaenae, Typico Cryptensi a. 1300 a Blasio nuncupato, quo in libri nostri lectiones conplures singillatim indicantur, A. Ehrhard fretus edocuit (op. cit., p. 490). Adcedit utrimque, custodiae in locum, singulum bifolium chartaceum, alterius autem altera charta operculo post. interno glutine adhaerescit; de f. III, minoris moduli (mm. 218 × 158), cf. infra. Inscriptiones unciali, qui dicitur, charactere descriptae, litterae maioris maximique moduli magnitudine tantum modo a reliquis discrepant, litteras initiales non nullas recentiores Italograeci, quorum in manibus codex tunc temporis erat, pro suo sensu refinxerunt (cf. ff. 37ᵛ, 73ᵛ, 157, 257ᵛ [pisciculus!], 401). Membranis hau semper artis ad apicem politis scriptionemque recipere negantibus, parvae fenestrae hic illic hiant (ff. 103ᵛ, 185ᵛ, 225ᵛ, 239ᵛ), atramentum non nullibi diffunditur (cf. ex. gr. f. 103), vel, parum tenax, fere effluxit (f. 53 scriptura retractata). Folia non nulla umore tacta (cf. ff. 5 sqq. etc.), conplurium orae infernae turpiter excisae (ff. 110–120. 141–150), ut infima τοῦ κειμένου linea interdum perierit. Ff. 296–302 et 424 plus minusve lacerata, 313 acia et acu consutum. Chartae Iʳ⁻ᵛ. II. 175ᵛ. 425ʳ⁻ᵛ purae.

F. IIᵛ summo inscribitur, manu ⟨L. Allatii⟩, *Vitę et Martyria diuersorum Sanctor(um) Patru(m)*. F. IIIʳ⁻ᵛ exhibet libri syllabum graecum a ⟨Luca Felice Tiburtino, hierom. Cryptensi⟩ concinnatum, praecurrente nota *T*, quam pone aliam notam, Cryptensem pariter, manus alia subiunxit (*n.º* $\widehat{19}$, iteratur in ora summa folii 1); f. III inferne obcurrit animadversio τοῦτο τὸ βιβλίον ἦν τῆς μονῆς τῆς Κρυπτωφέῤῥης. F. 164ᵛ imo, litteris perquam rudibus, notatur ἐγῶ Ἰωάννὶς δε Νερετὸ πρεσβίτεβ. (sic). F. 171ᵛ summo *Ego frate Romanu de Geraci*, m. saec. XIV-XV.

Codicem, praeter Ehrhard, op. et loc. cit., descripserunt Hagiogr. Bollandiani, Catalogus codicum hagiograph. graecor. Bibl. Vaticanae, pp. 158–161, memoraverunt inter alios P. Batiffol, *La Vaticane depuis Paul III*, in *Revue des questions historiques* XLV (1889), pp. 209 n. 3 et 213, et *L'abbaye de Rossano*, p. 80, nec non A. Rocchi, De coenobio Cryptoferratensi eiusque bibliotheca etc., Tusculi 1893, pp. 278 (ubi italo-graecis iniuria adnumeratur) et 305.

Integumenti tabulae corio rubro signato amictae scutaque Gregorii XV P. M. (tab. ant.) et Scipionis Cobelluzzi, card. bybl. ab a. 1618 ad a. 1626 (tab. post.), prae se ferentes fibularum non nisi vestigia retinent.

1670. Saec. XI, membran., mm. 291 × 230, ff. III. 198 (ff. I-III et 198 chart.), coll. 2, linn. 29 et (ff. 128-197) 30.

Veteris Testamenti librorum propheticorum sylloge initio mutila, alibi lacunosa: [1] (ff. 2-3v) Zacharias inde a vv. *φυλὴ οἴκου Λευὶ* (XII, 13), in fine notatur *στι* (χχ) *ψος'*. [2] (f. 1r-v) Malachias inde a vv. *ὀνό|ματί μου ἐπὶ ψεύδη* (III, 5), in fine *στι* (χχ) *σδ'*. [3] (ff. 8-9v. 4-7v. 10-57v) Esaias inde a vv. *γάρ μου ὁ θυμός* (I, 24), deficientibus quoque verbis *καὶ ἓξ πτέρυγες — οὐδὲ μὴ ταρα|χθῆτε* (VI, 2-VIII, 12) ob folia duo post 5 deperdita; in fine *στι* (χχ) *,γψ*. *Τὸ κείμενον* dividitur in sectiones *πη'*, quarum uni cuique lemma litt. uncialibus parvis exaratum in margine respondet, primum (*γ'*) inc. *προφητεία· ἐμφανῆ τὴν νέαν Ἱερουσαλὴμ καὶ τὴν Σιὼν· πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν*, cf. II, 1 sqq., ultimum inc. *προφητεία δευτέρας Χριστοῦ παρουσίας καὶ ἀπωλείας τῶν ἀσεβῶν*, cf. LXVI, 15 sqq. Manus latinae duae saec. XV verborum locorumve non nullorum interpretationem latinam ex Volgata depromptam sive inter lineas sive marginibus iniecerunt (cf. ff. 17v; 28v sqq. etc.). [4] (ff. 58-103) ⟨Hieremias⟩ ex recensione lucianea, quo in, fasciculis aliquot post f. 97 amissis, lacuna hiat a vv. *καὶ κτήσονται ἀγροὺς ἐν ἀργυρίῳ* | ad vv. *κατοικήσει ἐκεῖ ἄνθρωπος* (XXXII, 44 — L, 40 secundum Hebraeorum partitionem), in fine *στι* (χχ) *,δφ*. Marginibus folior. 58-59v (superioribus atque externis) nescio quis saec. XIV nitida scriptura latinam versionem capitum I, 1-II, 26 adpinxit. [5] (ff. 103-108) Baruch (tit. add. m. recent.), in fine *στι* (χχ) *φιδ'*. [6] (ff. 108v-114) ⟨Lamentationes⟩, in fine *προσευχη* (i. e. cap. V) *στι* (χχ) *μ*. [7] (ff. 114-115v) ⟨Hieremiae⟩ epistula, abrump. in vv. *ἀδύνατοι ὄντες* (v. 53). [8] (ff. 116-173v) Hiezecihel inde a vv. *ζώων· καὶ αὕτη ἡ ὅρασις* (I, 5), in fine *στι* (χχ) *,δφ*. [9] (ff. 173v-176) Susanna (tit. add. m. recent., ut supra), in fine *στι* (χχ) *σκδ'* (initio m. saec. XIII-XIV notavit *θὲς εἰς τέλος τῶν ὁράσεων· καὶ ἔστιν κεφα' ιγ'*). [10] (ff. 176-195v) ⟨Danihel⟩, quem excipit (ff. 196-197v) ⟨Bel et dracon⟩ (*ια'* cod.), cuius initio vir saec. XIII-XIV modo laud. monet *τρισκεδέκατον ἡ Σουσάννα· ιδ' τὸ παρὸν ἤγουν τὸ εἴδωλον*. In fine *Δανιὴλ* : : *στι* (χχ) *,αω* atque inferius *δόξα τῷ θεῷ· πάντων ἕνεκα* + *ὡς πολλὰ μογίσας* + (tria ultima vv. litt. rubr.).

Capitum notas numerales, concordantias, quae nuncupantur, cum aliis libris tum Veteris tum Novi Testamenti eadem saeculi XIII-XIV manus graeca, quam supra laudavimus, oris iniecit, librorum vero inscriptiones (*Ζαχαρίας, Μαλαχίας* etc.) summae cuique paginae adscripsit.

Liber, flavo liquore polite descriptus (quem nulla iusta causa ex australis Italiae finibus prodiisse autumavit A. Rocchi, De coenobio Cryptoferratensi eiusque bibliotheca etc., Tusculi 1893, p. 276), fasciculos 26 nulla vel hodie nota numerali distinctos

conplectitur (f. 58 summo an notae vestigium?), aliquot tamen initio, alios (quinque fortasse) post f. 97 intercidisse iam notavimus: adcedit utrimque pro custodia bifolium chartac., sed prioris charta prior, alterius altera operculo interno adglutinatur. Fasciculi 2 et 21 terniones, 16 septem folior., ceteri quaterniones, sed primi fasciculi folia 3-4 et 6 effluxerunt, secundi folia 3-4, sexti decimi folium tertium (post 115 nimirum, errore ib. notatur ὧδε. ζ^η δύο φὺ), primarum autem chartarum seriem iam dudum turbatam esse notulae ostendunt manu perquam rudi ff. 4 et 9ᵛ inscriptae. Sacri textus verba potiora nec non litteras grandioris moduli subrubro pigmento librarius interdum exaravit (cf. ex. gr. ff. 11ᵛ. 13ᵛ. 58 ... 183 ... 196), librorum autem litteras initiales titulosque plane omisit: hos ff. 103 et 173ᵛ dum taxat, illas ubique Italo-graecus minio subplevit, qui f. 58 parum eleganti harundine πύλην insuper avemque anguiculum rostro caedentem delineavit (f. 176 littera initialis in aviculam superius desinens atramento rudissime ab alia manu delineata). Folia prima novissimaque umore non nihil tacta, ff. 4-5 et 8 lacerata (f. 8 cum aliquo textus damno), f. 9 acia et acu consutum, omnium orae, supernae praesertim, incaute resectae (ut lemmata ad Esaiam supra mem. aliquid interdum detrimenti acceperint, cf. ff. 6 et 18). Ff. I. IIIᵛ. 198ʳ⁻ᵛ absque scriptione.

F. Iᵛ contentorum indiculum superne iniecit ⟨L. Allatius⟩. Ff. II-III, minoris moduli (mm. 209 × 136), praeter libri notam Cryptensem *n.° 26* (f. III, iteratur et f. 1 summo) atque syllabum graecum a ⟨Luca Felice Tiburtino, hierom. Cryptensi⟩ confectum, praemissa alia nota *BB* (f. IIᵛ), animadversionem *Τοῦτο τὸ βιβλίον ἦν τῆς μονῆς τῆς Κρυπτωφέρρης* saepius adlatam exhibent (f. III). F. 1 imo nota Cryptensis *BB* iteratur. F. 2 summo m. saec. XV (?) notavit *IIII Prophetae*; quae inscriptio, bybliopegi cultro decurtata, codicem tunc temporis iam mutilum, primorum autem foliorum ordinem adhuc rectum esse suadere videtur.

Librum, quem nota 231 Holmes et Pearson insigniverant, paucis descripsit A. Rahlfs, *Verzeichnis der griech. Hss. des A. T.*, p. 264. Memoravit dum taxat P. Batiffol, *La Vaticane depuis Paul III*, in *Revue des questions historiques* XLV (1889), pp. 209 n. 13 et 213.

Integumentum tabulis ligneis conpactum fibularumque vestigia tantum retinens corio rubro signato vestitur: in tab. anteriore scutum Gregorii XV P. M., in tab. posteriore scutum Scipionis Cobelluzzi card. bybl. (1618-1626) auro inprimitur.

1671. Saec. X, membran., mm. 312 × 204, ff. II. 407 (ff. I-II et 407 chart.), linn. 29.

s a n c t o r u m v i t a e atque p a s s i o n e s p r a e m e t a p h r a s t i c a e, h o m i l i a e etc. pro mense a u g u s t o (cf. A. Ehrhard, *Ueberlieferung u. Bestand d. hagiogr. u. homilet. Lit. d. griech. Kirche* etc., I [*Texte u. Untersuch. z. Gesch. d. altchristl. Lit. ... hrsgg. v. E. Klostermann u. C. Schmidt*, IV R., V B.], pp. 673-676): ¹ (ff. 1-24) commentarius (*μαρτύριον* cod.) in M a c h a b a e o s (BHG. 1006), ab ed. discrepans ⟨1 aug.⟩, ² (ff. 24-33) s. **Gregorii Nazianzeni** oratio ⟨15⟩, in Machabaeorum laudem (P. G. 35, 912-933 [BHG. 1007)] ⟨eadem die⟩, ³ (ff. 33-45) passio et inventio s. S t e p h a n i protom., ab ed. saepe diversa, des. *δυνάμεις ἐγένοντο ἐπὶ τῶν*

ἀσθενούντων ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις· εἰς δόξαν πατρος κτλ. (cf. A. Papadopulos-Kerameus, *Αναλεκτα ιεροσολυμιτικης σταχυολογιας κτλ.*, V, p. 48, lin. 1 [BHG. 1649]) (2 aug.), [4] (ff. 45–56) vita s. Isaacii (ex nostro cod. edd. Patres Bollandiani in Actis Sanctorum maii, VII, pp. 247–258 [BHG. 956]) (3 aug.), [5] (ff. 56v–69v) vita s. Dalmati (BHG. 482) (eadem die), [6] (ff. 69v–79v) passio s. Stephani papae sociorumque (BHG. 1669, ed. V. V. Latyšev, *Неизданные греческіе агіогр. тексты*, in *Записки Имп. Акад. Наукъ*, VIIIe s., t. XII, № 2, pp. 76–92) (4 aug.), [7] (ff. 79v–87v) passio s. Eusignii (BHG. 639) (f. 82v ad vv. *ὁ τῆς πόρνης υἱὸς Κωνσταντῖνος βασιλεύσας κτλ.* m. saec. XIV notavit in marg. *οὐ λέγει ἀληθ'. ὅτι πόρνη ἦν· μὴ γένοιτο· ἄλλὰ μαλλον παρθένος ἁγνή· καὶ μηδενὶ ἑτέρω προσελθοῦσα ανδρὶ ἢ τῶ Κωνστ. ἅπαξ καὶ μόνον: ὁ δὲ συγγραφεὺς πολλὰ ἐψευσατο*) (5 aug.), [8] (ff. 87v–91v) passio s. Iae ([BHG. 761] ed. e codice nostro H. Delehaye, *Actes des martyrs persans*, in Patrol. Orient., II, pp. 453–461) (eadem die), [9] (ff. 92–95v) **s. Iohannis Chrysostomi** * in Transfigurationem Servatoris (P. G. 61, 713–716, sub nomine Procli in P. G. 65, 764–772) (6 aug.) [10] (ff. 95v–103) **s. Ephraem Syri** in Transfigurationem Domini (Assem. II, 41–49) ⟨eadem die⟩, [11] (ff. 103–113) **s. Anastasii Sinaitae** sermo in Transfigurationem Domini, *ἐρρέθη ἐν αὐτῷ τῷ ἁγίῳ ὄρει τῇ αυτη ἡμερα*, inc. *Ὡς φοβερὸς ὁ τόπος οὗτος*, des. *εἰς τὸ Θαβώριον ὄρος ἑόρτασον τῷ παμβασιλεῖ Χριστω τῶ ἀληθινῶ θεω καὶ κυριω ἡμῶν Ι. Χ. κτλ.* (cf. P. G. 89, 23–24) ⟨eadem die⟩, [12] (ff. 113–125v) passio ss. VII Puerorum Ephesenorum (BHG. 1594) (7 aug.), [13] (ff. 125v–130) passio ss. Laurentii, Xysti papae et Hippolyti (BHG. 976–977; cf. P. Franchi de' Cavalieri, *Note agiografiche*, VI [*Studi e Testi* 33], pp. 170 nn. 3–4 et 171; 161 n. 2, 164 n. 1 et H. Delehaye, *Recherches sur le légendier romain*, Analecta Bollandiana LI [1933], pp. 40 sq.) (10 aug.), [14] (ff. 130v–134) passio s. Eupli (BHG. 630, cf. P. Franchi de' Cavalieri, *Note agiografiche*, VII [*Studi e Testi* 49], pp. 26–28) (11 aug.), [15] (ff. 134–143) passio ss. Photii, Aniceti et socior. (BHG. 1542, ed. V. V. Latyšev, op. cit., pp. 93–113) (12 aug.), [16] (ff. 143–152v) historia brevis de s. Martino papa et s. Maximo confessore (ed. e libro nostro R. Devreesse, *Le texte grec de l'Hypomnesticum de Théodore Spoudée*, Analecta Bollandiana LIII [1935], pp. 66–80) (13 aug.), [17] (ff. 153–162v) **Iohannis * apostoli** liber de dormitione Deiparae (BHG. 1055) (folii 153 in marg. ext. notavit m. saec. XIII, ipsa fortasse quae plane similia monuit ad eumdem textum in Vat. gr. 1633, f. 294: *οὗτος ὁ λόγος ψευδής ἐστι· αιρετικοὶ γὰρ αὐτὸν πεποιήκασι πρὸς χλευ⟨ην⟩ καὶ διαστροφὴν τῆς ἀληθείας δια τοῦτο ὁρᾶτε μὴδέ τί εξ αὐτοῦ ἀναγνῶτε: λέγει γὰρ ὅτι οὐκ ετάφη ἡ*

θεοτοκος, ἀλλ' ἡρπάγη μετὰ τῶν ἀποστόλων εἰς τὸν παράδεισον: καὶ ψεῦδος θέλει παραστῆσαι τὸ παρὰ τῆς θείας γραφῆς καὶ Χριστοῦ ἐκκλησίας ἀδόμενον ὅτι ἐτάφη καὶ μετὰ τρίτην ζῶσα μετάρσιος εἰς οὐρανους ἀνεβιβάσθη καὶ νῦν σύνεστι συνδοξαζομένη καὶ συνευφραινομένη Χριστῷ τῷ ἰδίῳ υἱῷ· κατα τὸ ἀνά(στηθι) κυριε εις τὴν αν[ά]π(αυσιν) σου σὺ καὶ ἡ κιβωτὸς τοῦ ἁ[γιάσματός σου], Ps. CXXXI, 8, *καὶ το μητερα ἐπὶ τέκνω ευφρ[αι]νομένην*, Ps. CXII, 9; alia m. recentior f. 162 monuit in ora externa: *ὅλον ἐστὶ ψευδές καὶ αἱρετικῶν ποίημα· καὶ τοῦτο πλεῖον ἁπάντων*) (15 aug.), [13] (ff. 162v–168) s. **Theodori Studitae** (*ὁμολογητοῦ* et *ἡγουμένου τῶν Στουδίου* cod.) oratio ⟨5⟩, in Dormitionem ss. Deiparae (P. G. 99, 720–729 [BHG. 1157], cf. M. Jugie, *La mort et l'assomption de la Sainte Vierge* etc. [*Studi e Testi* 114], pp. 255 sq.) ⟨eadem die⟩, [19] s. **Andreae Cretensis** ⟨orationes 13, 12 et 14⟩, i. e. in Dormitionem ss. Deiparae (ff. 168v-177) oratio ⟨2⟩ (P. G. 97, 1072–1089 [BHG. 1115]), (ff. 177v–190) oratio 1, *λόγος δεύτερος* cod. (ib. 1045–1072 [BHG. 1122]), doxol. brevior ed., (ff. 190–200) oratio 3 (ib. 1089-1109 [BHG. 1109]) (eadem die), [20] s. **Iohannis Damasceni** in Dormitionem ss. Deiparae (ff. 200v-212) oratio 1 (P. G. 96, 700–721 [BHG. 1114]) et (ff. 212–227v) oratio 2 (ib. 721–753 [BHG. 1097]), in qua lacuna hiat vv. *ὡς ἂν προθυμίας — τῆς θείας ἐμφορούμενοι* (ib. 733 B 7–736 B 2) conprehendens (an eadem quae in cod. Reg., cf. ib. 734 n. 42?) (eadem die), [21] (ff. 228–234) passio s. Diomedis, edita (V. V. Latyšev, op. cit., pp. 125–132 [BHG. 548]) brevior, a verbis enim *ὁμοῦ τε τὰ ἔπαθλα τὰ ἐσόμενα αὐτοῖς ἐγγυόμενος παρὰ τοῦ ἀθλοθέτου Χριστοῦ* (cf. ib. p. 127, lin. 12) transilit ad illa *τούτων δὲ οὕτως μεγάλως πραττομένων* (ib. p. 128, lin. 8) (16 aug.), [22] (ff. 234–249v) passio ss. Iulianae et Pauli (BHG. 964, ed. V. V. Latyšev, *Συλλογη παλαιστινης και συριακης αγιολογιας*, II [*Православный Палестинскій Сборникъ*, вып. 60], Petropoli 1914, pp. 56–73, denuoque R. Trautmann et R. Klostermann, quos editio superior latuerat, ex ipsis codicibus evolgaverunt in *Zeitschr. für slav. Philologie* XI [1934], pp. 2–19) (17 aug.), [23] (ff. 249v–277v) passio ss. Flori et Lauri (BHG. 660) (18 aug.), [24] (ff. 278–284) passio s. Andreae stratelatae (BHG. 118), doxol. brevior ed. (19 aug.), [25] (ff. 284v–293v) vita s. Samuhelis prophetae, inc. *Οὗτος ὁ μακάριος Σαμουὴλ ὁ προφήτης ὑπῆρχεν ἐξ Αρμαθὲμ Σηφᾶ· ἐξ ὄρους Ἐφραίμ*, des. *καὶ πλήρης ἡμερῶν, ἐν εἰρήνη ἀνεπαύσατο· οὗ ταῖς πρεσβείαις κυριε· καὶ ἡμᾶς τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν μετόχους ποίησον· ἵνα δοξάζωμεν σὲ τὸν ἀγαθὸν θεον ἡμῶν κτλ.* (initium tantum ut ap. H. Delehaye, Synaxarium Ecclesiae Constantinopolitanae, coll. 909 sqq.) (20 aug.), [26] (ff. 293v–305) passio s. Bassae et filiorum eius (BHG. 268, ed. V. V. Latyšev, *Неизданные греч. агіогр. тексты* etc.,

pp. 133–146), add. in fine *ἐπληρώθη τὸ μαρτύριον τῆς ἁγίας Βάσσης. καὶ τῶν υἱῶν αὐτῆς· κηρύσσεται δὲ αὐτῆς ἡ μνήμη. μηνὶ αὐγούστῳ εἰκάδα πρώτῃ* (21 aug.), [27] (ff. 305v–313) passio s. Agathonici et socior. (BHG. 40), ab ed. satis diversa (22 aug.), [28] (ff. 313–321) passio s. Anthusae (BHG. 136) (23 aug.), [29] (ff. 321v–322) passio s. Athanasii ep. (BHG. 181) (24 aug.), [30] (ff. 322v–326) passio ss. Charisimi et Neophyti (BHG. 299) (eadem die), [31] (ff. 326v–340v) **s. Andreae Cretensis** oratio ⟨16⟩, in apostolum Titum, *εἰς τ. ἅγ. κ. ἀποστολικὸν ἡμ. πατερα καὶ πρωτόθρονον Τ.* cod. (P. G. 97, 1141–1169 [BHG. 1852]), doxol. longior ed. (25 aug.), [32] (ff. 341–354) passio s. Adriani et XXIII socior. (BHG. 27), ab ed. satis discrepans, des. *ἐσφράγισαν τὸ οἴκημα· πλῆθος δὲ ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν ἀπέμειναν ἐκεῖ· πάντων ἀποταξαμένων καὶ δουλευόντων τῷ κυριῳ· ᾧ ἡ δόξα κτλ.* (cf. Acta Sanctor. septembris, III, p. 230 F 5–9) (26 aug.), [33] (ff. 354–360) **s. Theodori Studitae** (*ὁμολ.* et *ἡγουμ. τῶν Στουδίου* add. cod.) oratio ⟨8⟩, in Decollationem s. Iohannis Baptistae (ed. e nostro codice A. Mai, Nova Patrum Bibl., V, 3, pp. 43–53 = P. G. 99, 757–772 [BHG. 864]) (29 aug.), [34] (ff. 360v–376) **s. Andreae Cretensis** oratio ⟨15⟩, in s. Iohannis Decollationem (P. G. 97, 1109–1141 [BHG. 861]) ⟨eadem die⟩, [35] (ff. 376–381v) **s. Iohannis Chrysostomi** * in Decollationem s. Iohannis Baptistae (P. G. 59, 485–90 [BHG. 859]) ⟨eadem die⟩, [36] (ff. 381v–393) **Chrysippi** presb. **Hierosolymitani** encomium in s. Iohannem Baptistam (BHG. 851, ed. A. Sigalas, *Des Chrysippos von Jerusalem Enkomion auf den hl. Johannes den Täufer* [*Texte u. Forschungen zur byzant.-neugriech. Philologie*, nr. 20], Athen 1937) ⟨eadem die⟩, [37] (ff. 394–399) **s. Germani I** patr. Constantinopolitani in ss. Deiparae zonam, *εἰς τὰ ἐγκαίνια τοῦ ναοῦ τῆς παναγίας θεοτοκου: τῶν Χαλκοπρατίων τῆς ἁγίας σωροῦ· καὶ εἰς τὴν κατάθεσιν τῆς τιμίας καὶ ἁγίας ζώνης κτλ.* (P. G. 98, 372–384 [BHG. 1086], et cf. M. Jugie, *La mort et l'assomption de la Sainte Vierge* etc., pp. 697 sqq.), [38] (ff. 399–406) **s. Euthymii** patr. Constantinopolitani encomium in zonam ss. Deiparae etc. (BHG. 1138, ed. M. Jugie, *Homélies mariales byzantines*, in Patrol. Orientali, XVI, pp. 505–514).

Flavo vel subflavo liquore a tribus manibus exaratus, quarum tertia (ff. 394–406) superioribus vix recentior (secunda, omnium elegantissima, in fine partis a se descriptae, ff. 143 lin. 5–393 nimirum, notavit + *ἐτελειώθη ἡ βίβλος δια χειρὸς Δωροθέου διακόνου ἁμαρτωλοῦ· ἐπὶ Τιμοθέου ἡγουμέ(νου) τῆς εὐαγεστάτης μονῆς τοῦ ἁγίου Προδρόμου τῶν Στουδίου*, cf. Vogel-Gardthausen, *Die griech. Schreiber*, p. 114), fasciculos 52 conprehendit, 2, 24–26, 42 septem foliorum, 19 quinionem, cuius ultimum folium excisum, 31 et 52 terniones (alterius charta novissima resecta), quaterniones ceteros (nisi quod quinquagesimi ultimum folium abscissum). Numerorum notae primigeniae, angulo sup. externo

primae unius cuiusque fasciculi paginae adpictae, cum interdum evanuissent vel cultrorum caede absumptae essent (inde a ιη', f. 136, nulla nullibi obcurrit), recentior nescio quis in earumdem paginarum ang. inf. dextro atramento numeros subplevit, haud paucos tamen fasciculos omnino neclegens (cf. notas β'-γ', ε'-ϛ', ιβ', ιθ', κα'-λ', λβ', λθ', μϛ', μθ', ν', νβ' atque animum adverte inter ιθ' et κα' quaterniones duos numero carentes obcurrere, quem errorem cum anonymus forsitan persensisset, fasciculum 52 nota νβ' [post ν'!] signavit). Fasciculi singuli trina quoque crucula in fronte distinguebantur (quo de more cf. quae in enarrandis codicibus 1660, 1667 et 1669 notavimus), oris tamen bybliopegi ferro parum caute resectis, eius modi signa non nisi ff. 153 ... 185 adparent. Custodiae gratia bifolium chartaceum initio libri adsutum, aliud in fine, sed huius altera charta, prior illius operculo interno glutine adhaerescit. Passionum inscriptiones charactere unciali parvo exaratae, litterae initiales usque ad f. 143 magnitudine tantum a reliquis, minusculis videl., differunt (non nullas tamen recentior vir minio atramentove in ornatiorem formam sat ἀμ·ύσως redegit, cf. ff. 1, 24, 33ᵛ et 103), in parte autem a Dorotheo descripta rotulas (ff. 228 et 284ᵛ), aviculas (ff. 293ᵛ et 326ᵛ) aliosque ornatus ipso, quo τὸ κείμενον, atramento elegantissime delineatos invenies. Scriptio evanida non nullibi retractata (cf. ff. 1 et 2ᵛ), ff. 100 et 367 acia atque acu consuta, alia conplura lacerata, interdum cum textus detrimento (cf. ff. 82, 102, 106, 114, 353, 380), foliorum 135 et 198 margines inferni resecti. F. 393ᵛ scriptura vacat. Liber umore superne dextrorsum non mediocriter laesus (cf. ff. 257 sqq.), ultimae chartae textum evanidum vel lacunosum exhibent.

F. Iᵛ superne notavit ⟨L. Allatius⟩ *Vitę et Martyria diuersorum Sanctorum Patrum*. F. IIʳ⁻ᵛ, vix minoris moduli, libri syllabum graecum a ⟨L. Felici hieromonacho Cryptensi⟩ concinnatum praebet: ib. in facie recta notae quibus liber in Cryptoferratensi coenobio insigniebatur, Є scil. et (alia manu) *n.° 5* (utraque iteratur f. 1), nec non animadversio Τοῦτο τὸ βιβλίον ἦν τῆς μονῆς τῆς Κρυπτωφέρρης. F. 1 summo m. saec. XV inscripsit *d(e) mult(is) sanc(tis)· ystorie* (sequitur verbum quod legere nequivi). F. 227ᵛ inferne monocondylion saeculi, ut vid., saec. XI + ὁ εὐτελὴς μ·ναχὸς Βίκτωρ (?) καὶ ἀποθη(κάριος) (cfr. omnino simile monocondylion in Vat. gr. 1675, f. 333ᵛ). F. 406ᵛ manu saec. XV quaedam latina *dilect(i)o* (?) *i(n)effabile m(en)tis e(st) gaudiu(m) alt(er)nis i(n) s(er)uicijs / dulce sume(n)s pabulu(m) amoris alt(er)nabile nut(ri)tiuu(m)*; ib. nescio quis trecentis fere annis recentior etymologiam, quam dicunt, latino-italici verbi *mere⟨n⟩da* (secundum *e* sup. lin.) a μερος et 'edo' proposuit!

Librum, praeter Ehrhard, op. et loc. cit., descripserunt Hagiogr. Bollandiani, Catalogus codicum hagiogr. graecor. Bibl. Vaticanae, pp. 161–164, nec non Sigalas, op. cit., pp. 2 sq., memoraverunt inter alios P. Batiffol, *L'abbaye de Rossano*, p. 80, et *La Vaticane depuis Paul III*, in *Revue des questions historiques* XLV (1889), pp. 209 n. 3 atque 213, nec non A. Rocchi, De coenobio Cryptoferratensi eiusque biblioteca, Tusculi 1893, pp. 269 (sub num. 28), 272, 278 et 305. Lectiones mensis augusti e codice nostro indicantur in Typico Cryptoferratensi anni 1300 a Blasio II nuncupato (cf. Ehrhard, op. cit., p. 673 n. 3).

Integumenti tabulae, corio rubro signato vestitae armaque Gregorii XV P. M. (tab. ant.) et Scipionis Cobelluzzi card. bybl. ab a. 1618 ad a. 1626 (tab. post.) praebentes, fibularum non nisi vestigia retinent.

1672. Saec. XIII, membran., mm. 315 × 240, ff. 221, linn. uti plurimum 22-24 (ff. 162-221 saec. XIV, mm. 283 × 222, coll. 2, linn. uti plurimum 30-34).

1 s. **Iohannis Damasceni** opera non nulla: [1] (ff. 1-64ᵛ) de fide orthodoxa, sine librorum distinctione, cc. ⟨μδ'⟩ ... ρα' (⟨μδ'⟩-οα' = II, 10-30 et III, 1-7, ⟨οθ'⟩-ρα' = III, 15-29 et IV, 1-8 edit., οβ'-οη' desiderantur, v. infra), inc. mut. *τὰ δὲ ἐδώδιμα* (P. G. 94, 908 D 2 [quae in ipsa pagina praecedunt legi nequeunt]... 1117 A 11). Textus ab ed. laud. non semel discrepat: capiti ⟨μδ'⟩ subiungitur (ff. 2-3) provinciarum index, eadem fere ratione atque in Coisl. 374 (Montfaucon, Bibliotheca Coisliniana, pp. 582-84) et in Patm. ΡΚϚ' (Sakkelion, *Πατμιακη βιβλιοθηκη*, pp. 72 sq.); c. με' (II, 11) add. in fine (ff. 5ᵛ-6) inedita quaedam *ἢ ξύλον μὲν ζωῆς, ἡ μετοχὴ τοῦ θεοῦ — θεώσεως καὶ ζωῆς αἰωνίου γίνεται πρόξενος*; c. μϚ' (II, 12) om. vv. *Τοῦ δὲ μὴ πειθομένου — καὶ μὴ θελόντων ἐνεργοῦσι* (P. G., vol. cit., 928 D 1-930 B 7), quae capiti ν' (II, 16) subfiguntur (cf. ib. 927-8, n. *t*); c. μθ' (II, 15) eumdem timoris generum ordinem servat quem codd. Regii (cf. ib. 931 sq., n. *a*); c. ξζ' (III, 3) pone vv. *ὁ αὐτὸς καὶ ἄνθρωπος τέλειος* (ib. 993 A 5) longum additamentum inserit (ff. 31ᵛ-32ᵛ) *ἀλλὰ καὶ πάσης συνθέτου φύσεως τὰ μέρη κτλ.*, ut in compluribus codd. Regiis (P. G. 95, 412 sq.); c. οα' (III, 7) verbis *δύο αὐτοῦ τὰς γεννήσεις σέβοντες* (P. G. 94, 1009 C 3) illa (f. 39ᵛ) *οὐ γὰρ πέπονθε σαρκωθεὶς κτλ.* ut in codd. Regiis laud. subdit, fasciculis tamen duobus (cf. infra) ante f. 40 deperditis, additamentum abrump. in vv. *ἀλλ' ἐνήργησε δημιουργήσας ἑαυτῷ· σάρκα* (P. G. 95, 413 B 1-10), capita autem οβ'-οη' nec non οθ' (III, 15) usque ad vv. *τούτων διάφορος ἡ ἐνέργεια* | (P. G. 94, 1052 B 8) desiderantur; capitis πβ' (III, 18) in fine notatur σⁿ *ὅτι οὐ γνώμη· ἀλλὰ φυσικῇ δυνάμει αἱ δύο τοῦ κυρίου θελήσεις διέφερον ἀλλήλοις*. Adcedit (f. 65) ⟨s. Maximi?⟩ (cf. enarrationem Vat. gr. 490 ap. Devreesse 306) tabula sive diagramma duplex, i. e. *διαιρεῖται ἡ κατα Χριστον φιλοσοφία εἰς τρία. εἰς πρακτικὸν τούτου Τὸ μὲν ἐστὶ ταπείνωσις*, des. *ὅ εστι τοῦ μονογενοῦς ἐνανθρώπισεις ἀπερίεργως*, et *δι ἑπτὰ τρόπων· συνίστανται τὰ καλά*, inc. *διὰ θεον ὡς Παῦλος καὶ Μωσῆς*, des. *ἔφαγον καὶ ἐχορτάσθησαν*, subdita conclusione *Δια τούτων τῶν ζ' πολλάκις — ἐὰν μὴ καλῶς γένηται*. [2] (ff. 66-75ᵛ) de fide contra Nestorianos (ed. ex hoc ipso codice Fr. Diekamp in *Theologische Quartalschrift* 83 [1901], pp. 560-583). [3] (ff. 75ᵛ-91) adversus Nestorianos (P. G. 95, 188-224). [4] (ff. 91-121ᵛ) contra Iacobitas, *τ. αὐτ. Ἰω. μον.· πρεσβ. Δαμασκηνοῦ· ἐπονομασθέντος Χρυσορρόα· λόγος ποιηθεὶς κατὰ τῆς θεοστυγοῦς τῶν Ἰακωβιτῶν θρησκείας* (P. G. 94, 1436-1501), absque lacunis quae in edd. hiant (primam, ampliorem, ex codice nostro subplevit Diekamp, dissert. laud., pp. 596-599). [5] (ff. 121ᵛ-157ᵛ) de duabus voluntatibus, *διδασκαλία*

περὶ τῶν ἰδιωμάτων τῶν, ἐν τῷ ἑνὶ Χριστῷ τῷ κ. ἡμ. δύο φύσεων κτλ. cod., fere ut in cod. 493 (P. G. 95, 128–185), usque ad vv. *καὶ ἓν ἀποτελέσας πρόσωπον* (f. 132ᵛ lin. 1) ab ed. discrepans, exinde vero pergens *ἀπέστω δέ· ἀλλ' ἡμᾶς μὴ γένοιτο τετράδι λατρεύειν κτλ.* ut apud Migne (ib. 140 C 4 sqq., et cf. Vat. 493 laud. apud Devreesse, 315).

2 (ff. 158–161ᵛ) **Iohannis Philoponi** libellus de paschate (ed. C. Walter in Commentation. philol. Ien. VI, 2 [1899], pp. 197 sqq.), abrump. in vv. *ὅλῳ ἔθνει πανταχοῦ τῆς* (ib. 214, 24), sed, ultima pagina perquam male habita, quae praecedunt inde a vv. *πρ[ο]ρρήσει· [Ματθαῖος]* (ib. 213, 31) fere nullibi legi queunt.

3 (ff. 162–221) ⟨s. **Anastasii Sinaitae**⟩ quaestiones ⟨2–19⟩, editis (raro tamen) modo breviores modo pleniores. Quaestio 2 orditur a vv. *τοῦ Χρυσοστόμου. Οὕτω καὶ πό⟨λ⟩εις μέσας κτλ.* (P. G. 89, 348 B 11), quibus praeponitur inscriptio *Є λέξης πέρι προφητῶν· κάι τῶν ἁγίων πατέρων.*

F. 65ᵛ manus XIII saec. exhorcismum nescio quem (an in mulierum sterilitatem?) iniecit, cuius, postmodum eluti atque ex parte abrasi, lineas hau paucas ne venenorum quidem ope legere potuimus: cf. linn. 5 sqq. ... *τροπὰρηα· καὶ δῶς κάτὰ νοικτα φàγην ἑνὰ και εἰς τὰς γ' νῆκτας λαβὸν το ζὸναρὴν αὐτῆς γραφε σταυρους ρα' καὶ τα β' τροπàρηà καιαὶ* (sic) *κυμηθη ζῶσμε(νη) καὶ λῃέτὲ* (i. e. *λύεται*) *κτλ.*

Si ff. 162–221 detrahas, quae utpote diversae originis casuque tantum huc inlata seorsim recensebimus (v. infra), partibus duabus liber noster constat (vel forsitan duobus Damasceni operum codicibus, iam dudum tamen in unum conflatis, quod ff. 1 et 161ᵛ, diu postrema ideoque umore, adtritu, teredine pessume habita, folia contra 65ᵛ–66 sordium fere omnino expertia, testantur). Quarum partium altera (ff. 1–65), a duabus manibus exarata (*a* ff. 1–24ᵛ), fasciculos octo conprehendit, quaterniones (praeter 5, septem foliorum), et bifolium, duplici serie graeca, praeter bifolium, subputatos, antiquiori scil. angulo sup. externo primae (cf. vestigium f. 56) et angulo inf. externo (mirum sane!) ultimae uniuscuiusque fasciculi paginae adpicta (nota *ιη'* dumtaxat superest, cf. f. 32ᵛ), recentiori autem in angulo inf. interno novissimae paginae obcurrente (numm. *κα'-κε'. κη'-λ'*, antiquioribus ⟨*ιε'-ιθ'*⟩. ⟨*κβ'-κδ'*⟩ respondentes, cf. ff. 8ᵛ ... 63ᵛ, fasciculos duos, *κ'-κα'* nimirum, ante f. 40 intercidisse ostendunt): altera vero pars (ff. 66–161), a tribus librariis descripta (*b* ff. 114–160 lin. 13) fasciculis tredecim efficitur cum in media fronte primae singulor. paginae (cf. ff. 104, 112 et 120) tum in angulo inf. interno postremae (cf. ff. 119ᵛ. 135ᵛ. 143ᵛ. 151ᵛ) nova enumeratione distinctis iisque quaternionibus (praeter quintum, ternionem, atque ultimum, bifolium). Tituli, iisdem superinpositae taeniolae, litterae maioris maximique moduli, capitum numeri (plerumque) cinnabari purpureove colore exarata. Hic illic ad capita editionis Lequienianae libri de fide orthodoxa lectorem remisit (cf. ff. 3, 27, 44ᵛ, 64) lacunasve indicavit (cf. ff. 39ᵛ et 64ᵛ) ⟨L. Zaccagni⟩: qui ubi aliae Damasceni opellae in cod. 493 (*Alius Codex*) inciperent notavit (cf.

ff. 75ᵛ, 91) etc. Ff. 71, 96 et 147 acia et acu consuta. Folii 1 pars superior externa oraque inferior, folior. 2, 160 et 161 margines ex parte nova membrana refecta.

F. 2 in marg. externo nota Patiriensis *λibro 29* (*2* corr. ex *3* aut e contrario?) / *sermoni Sancto Io(ann)i Dama/sceno* (sequitur verbum atramento deletum, verbum autem *sermoni* paullo recentius aliaque manu superadditum esse videtur): ib. in margine inf. animadversio *s(ine) car(actere)*, qua de cf. Ioh. Mercati, *Per la storia dei mss. greci di Genova* etc. (*Studi e Testi* 68), pp. 90 et 95-98.

Ff. 162-221, nescio ubi quandoque codici adsuta, in sex fasciculos tribuuntur (1 quaternio, senio novissimus, ceteri sunt quiniones), nulla nullibi nota vel ad praesens distinctos, ab una eademque manu exaratos (exceptis tantum parte folior. 183 et 187ʳ⁻ᵛ atque f. 221ʳ⁻ᵛ). Scriptio rudissima, tituli, notabilia, litterae initiales rubro perquam evanido, taeniolae inscriptionibus inposita rubro atramentoque. Officinarum chartariarum insignia (praeter incerta ff. 200 ... 209): ᵃ (ff. 162 ... 199) pirum cum duobus foliis (cf. ex. gr. Briquet nr. 7358), ᵇ (ff. 210 ... 219) arcuballista (cf. Br. nr. 708). Orae, internae potissimum, aqua foedatae, primas insuper atque ultimas chartas tineae non nihil adroserunt. F. 189ᵛ in ora summa + *ο Χ(ριστ)ε βοηθει μοι τον δουλον σου Γε(ώ)ρ(γιον)*, manu fere coaeva (iteratur, nescio an eiusdem calamo, summo f. 190, ultimum tamen verbum effluxisse videtur: ib. reliquiae fortasse inscriptiunculae bybliopegi forficibus decurtatae: *καὶ νόσος γε της κακη* atque inferius *κακῆς εὐεξίας· λιμῷ μὲν οὔτις ῥαδίως διεφθάρει*). F. 218 in ora inf. remedium quoddam indicatur + *ἔπαρον ῥοδέλαιον καὶ ανηθοέλαιον καὶ ἄλιφε τὸ πρίσμα eis τα παντ(α) μέλι τα πονοέμ(εν)α* (? *πονούμενα*?).

Librum descripsit Diekamp, dissert. laud., pp. 556-559, e Patiriensi monasterio recto tramite Vaticanis pluteis inlatum esse ostendit Ioh. Mercati, op. laud., pp. 91, 203 et 306.

Integumentum corio subrubro signato vestitum fibularum vestigia tantum modo retinet: in tabula ant. scutum Gregorii XV P. M., in tabula post. scutum Scipionis Cobelluzzi card. bybl. (1618-1626) auro inprimitur.

1673. Saec. XI in. (ff. 12-230) et X (ff. 231-332), membran., mm. 315 × 225, ff. II. 333 (-80-89; ff. I-II. 10-11 et 333 chart.), coll. 2, linn. (ff. 12-230) 43-49 (plerumque 43) et (ff. 231-332) 34.

1 sanctorum vitae, in eosdem atque in festos dies nec non in Triodii Pentecostariique sollemniores dies homiliae (qua de conlectione italo-graeca v. A. Ehrhard, *Die Ueberlieferung u. Bestand d. hagiogr. u. homilet. Literatur d. griech. Kirche* etc. [*Texte u. Untersuch. z. Gesch. d. altchristl. Literatur ... hrsgg. v. E. Klostermann u. W. Eltester*, IV R., V B., Leipzig 1937, pp. 311-315): ¹(ff. 12-16ᵛ) vita s. Symeonis Stylitae (BHG. 1682) ⟨1 sept.⟩, ² (ff. 17-20ᵛ) s. Andreae Cretensis oratio IV, in Nativitatem ss. Deiparae (P. G. 97, 861-881 [BHG. 1092]) ⟨8 sept.⟩, ³ (ff. 21-23) eiusdem oratio I, in eumdem festum (ib. 805-820 [BHG. 1082]), doxol. longior ed. ⟨eadem die⟩, ⁴ (ff. 23-24) Pan-

taleonis diaconi Cpolitani sermo in Exaltationem s. Crucis (P. G. 98, 1265–1269 [BHG. 430]) <14 sept.>, [5] (ff. 24–26) inventio s. Crucis atque clavorum (BHG. 401 et 407) <eadem die>, [6] (ff. 26–30) protevangelium Iacobi, *τ. μακ. Ἰακώβου τ. ἀπ. καὶ ἀδελφοῦ τοῦ κυρ.· περὶ τῆς γεννήσεως τ. ἀγ. θεοτοκου* cod. (BHG. 1046), des. *ἡ χάρις τοῦ πατρος καὶ τοῦ υἱου καὶ τοῦ ἀγ. πνευματος μετὰ πάντων ὑμῶν ἀμήν* ut in codd. F^bN editionis Tischendorfianae <8 sept.>, [7] (ff. 30–32v) s. **Amphilochii** ep. Iconiensis oratio in Obcursum Domini (P. G. 39, 44–60) <2 febr.>, [8] (ff. 32v–36v) eiusdem in ss. Deiparam et in Symeonem (Combefis, SS. PP. Amphilochii Iconiensis, Methodii Patarensis et Andreae Cretensis opera omnia etc., Parisiis 1644, pp. 36–56; sub nomine Theodoti ep. Ancyrani in P. G. 77, 1389–1412) <eadem die>, [9] (ff. 37–38v) s. **Cyrilli** archiep. Alexandrini* hom. <11>, in ss. Deiparam (P. G. 77, 1029–1040 [BHG. 1154]) (dom. sanctor. Patrum), [10] (ff. 38v–40v) s. **Athanasii Magni*** sermo de descriptione Deiparae, des. in vv. *πρὸς τὸν πατέρα μου καὶ πατερα ὑμῶν· αὐτῷ ἡ δόξα κτλ.* (P. G. 28, 944–957 D 3) <24 dec.>, [11] (ff. 40v–43v) s. **Gregorii Nazianzeni** oratio <38>, in Theophania, *εἰς τὸ γενέθλιον τοῦ σωτηρος* cod. (P. G. 36, 312–333) <25 dec.>, [12] (ff. 43v–46) s. **Basilii Magni*** hom. in sanctam Christi generationem (P. G. 31, 1457–1476), doxol. ab ed. div. <eadem die>, [13] (ff. 46–49v) s. **Iohannis Chrysostomi** in diem natalem D. N. Iesu Christi, des. *δυνηθῶμεν εὑρεῖν, χάριν, ἔλεος εἰρήνην· ἧς γένοιτο πάντας διηνεκῶς ἀπολαύειν· χάριτι καὶ φιλανθρωπια κτλ.* (P. G. 49, 351–362) <eadem die>, [14] (ff. 49v–50v) eiusdem* in s. Stephanum (P. G. 59, 699–702 [BHG. 1659]) <26 dec.>, [15] (ff. 50v–51v) s. **Procli** patr. Constantinopolitani oratio in laudem s. Stephani (P. G. 65, 809–817 [BHG. 1657]) <eadem die>, [16] (ff. 52–53) s. **Iohannis Chrysostomi** in Herodem et infantes (P. G. 61, 699–702) <29 dec.>, [17] (ff. 53–54v) **Basilii Seleuciensis** orat. <37>, de infantibus in Betlehem ab Herode sublatis (P. G. 85, 388–400 [BHG. 824]), [18] (ff. 55–56) s. **Iohannis Chrysostomi*** in ss. Theophania (P. G. 50, 805–808) <6 ian.>, [19] (ff. 56–59v) s. **Gregorii Nazianzeni** orat. <39>, in ss. Lumina, *εἰς τα ἅγ. θεοφάνια τ. κ. ἡμ. Ἰ. Χ.* cod. (P. G. 36, 336–360), glossulis non nullis charactere unciali parvo, qui dicitur, oris adpictis, aeque ac inferior, ditata, [20] (ff. 59v–68) eiusdem orat. <40>, in s. baptisma, *εἰς τὰ ἅγ. θεοφάνια* cod. (ib. 360–425) <7 dec.>, [21] (ff. 69–76v) s. **Iohannis Chrysostomi*** in Genesin sermo III, *εἰς την παρείσβασιν τῶν νηστειῶν καὶ εἰς τὴν ἐξωρίαν του Ἀδάμ* cod., ed. (P. G. 56, 525–38) in fine plenior, Susannae enim exemplo alia subnectit, Annae videl. prophetissae, Elisabeth, Marthae atque Mariae nec non ss. Deiparae <sabb. Lacticinior.>, [22] (ff. 77–79v) **Nestorii** *Ἰω. ἀρχ. Κωνσταν-*

τινουπ. cod., in illud, Si filius Dei es, etc. (P. G. 61, 683–688, cf. Fr. Nau, *Le texte grec de trois homélies de Nestorius* etc., *Revue de l'Orient chrétien* XV [1910], pp. 113–119) ⟨1 dom. ieiunior.⟩, [23] (ff. 79v–91) s. **Iohannis Chrysostomi** * *εἰς τοὺς ἀποληφθέντας εἰς τὰ ἐγκένια· ἔτει ὄντος αὐτοῦ ἐν Ἀντιοχείᾳ*, inc. *Οὐκ ἀρκεῖ τὸ ἁπλῶς καὶ ὡς ἔτυχεν ἀκούειν ἡμᾶς χριστανθρώπους*, des. *ἵνα τῆς μελλούσης ἀτελευτήτου γεέννης ἀπαλλαγῶμεν· καὶ τῆς τῶν οὐρανων βασιλείας ἀξιωθῶμεν· χάριτι κτλ.* (cf. P. G. 64, 491 sq., nec non S. Haidacher in *Zeitschr. f. kath. Theologie* 30 [1906], pp. 182 et 573 sq., atque Chr. Baur in *Theol. Quartalschrift* 100 [1919], p. 265: est, paucis mutatis additisve, hom. IX de paenitentia, P. G. 49, 343–349) ⟨?⟩, [24] (ff. 91–94) eiusdem * in parabolam de filio prodigo (P. G. 59, 515–522), doxol. longior ed. ⟨2 sabb. ieiunior.⟩, [25] (ff. 94v–99) eiusdem * in illud, Simile est regnum caelor. patrif. etc. (ib. 577–586) [*κδ'*, err.] ⟨2 dom. ieiunior.⟩, [26] (ff. 99–100) eiusdem * in parabolam evangelii sec. Lucam etc. (P. G. 61, 755–58) ⟨3 dom. ieiunior.⟩, [27] (ff. 100–103) eiusdem * in Samaritanam * etc., ab ed. (P. G. 59, 535–542) discrepans, des. *τὸ ἐλλείπων τῆς δημιουργίας πηλῷ πρὸσάναπληροῦντα* (cf. ib. 542 lin. 16)· *καὶ αὕτη κυριον αὐτὸν ἀνακηρύττει· ὅτι αὐτῷ ἡ δόξα κτλ.*, ut in codd. 1587, ff. 332 sqq., 1633, ff. 160 sqq. et 1641, ff. 253 sqq. (haec homilia Ehrhardium casu fugit, cf. op. supra laud., p. 313) ⟨an 3 dom. ieiunior. ut in cod. 1641 ?⟩, [28] (ff. 103–107v) s. **Athanasii Magni** * hom. in caecum a nativitate (P. G. 28, 1001–1024) ⟨4 dom. ieiunior.⟩ (*κς'*, err.), [29] (ff. 107v–109) s. **Iohannis Chrysostomi** * de Lazaro et de divite (P. G. 59, 591–96) ⟨5 dom. ieiunior.⟩, [30] (ff. 109–110v) **Hippolyti** (?) *τ. αὐτοῦ* cod., in quatriduanum Lazarum (ed. Achelis, I, 2, pp. 215–227) (sub nom. s. Iohannis Chrysostomi * in P. G. 62, 775–778) ⟨sabb. Lazari⟩, [31] (ff. 110v–113v) s. **Iohannis Chrysostomi** * in Martham, Mariam et Lazarum etc. (P. G. 61, 701–06) ⟨eadem die⟩, [32] (ff. 113v–115) eiusdem * in Adnuntiationem ss. Deiparae, des. *ἡ εἰρήνη ἡμῶν· ἧς γένοιτο διὰ παντὸς ἀπολαύειν ἡμᾶς· χάριτι Χριστου τοῦ ἀληθινοῦ θεου ἡμῶν. ᾧ ἡ δοξα κτλ.* (P. G. 50, 791–96 et, sub nom. s. Gregorii Thaumaturgi, ib., 10, 1172–77; cf. Ch. Martin, in *Revue d'histoire ecclésiastique* 24¹ [1928], p. 364 n. 3, et M. Jugie, Analecta Bollandiana XLIII [1925], pp. 91 sq.) ⟨25 mart.⟩, [33] (ff. 115–117) eiusdem * in eundem festum (P. G. 60, 755–760), doxol. longior ed. ⟨eadem die⟩, [34] (ff. 117–119) s. **Epiphanii** ep. Cypri * hom. ⟨1⟩, in festo Palmarum (P. G. 43, 428–437) ⟨dom. Palmarum⟩, [35] (ff. 119–122) **Leontii** presb. Constantinopolitani *εἰς τὰ προφωτίσματα εἰς τὰ βαΐα καὶ εἰς τὴν ἔγερσιν τοῦ Λαζάρου*, inc. *Ἤδη τῆς δεσποτικῆς πανηγύρεως, παρακύπτει τὰ χαρίσματα*, des. *ὁ δεσπόζων οὐρανιων καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων· αὐτῷ τῷ Χριστω ἡ δόξα*

κτλ., ed. (P. G. 61, 715–720, sub nom. s. Iohannis Chrysostomi*, cf. quoque Fabricius-Harles VIII, 322) plenior ⟨eadem die⟩, [36] (ff. 122–124ᵛ) **s. Iohannis Chrysostomi*** in parabolam de ficu, *εἰς τὴν ξηρανθῆσαν συκὴν* cod. (P. G. 59, 585–590) (magna feria II), [37] (ff. 124ᵛ–131ᵛ) **s. Ephraem Syri** de laudibus b. Joseph, ab ed. (Assemani, II, 21–41) discrepans, des. *ἀφ οὗ ἴδον τὸ τέκνον μου Ἰωσήφ· ὑπὲρ δὲ τούτων ἁπάντων Χριστον δοξολογήσωμεν σὺν πατρι κτλ.* ⟨eadem die⟩, [38] (ff. 132–134) **s. Iohannis Chrysostomi*** in decem virgines, des. *καὶ μονὴν ἑτοιμάσω ἐν οὐρανοῖς· αὐτῷ ἡ δόξα κτλ.* (P. G. 59, 527–532) ⟨magna feria III⟩, [39] (f. 134–134ᵛ) eiusdem* in meretricem ⟨et Pharisaeum⟩ (P. G. 61, 709–712) ⟨magna feria IV⟩, [40] (ff. 134ᵛ–136) **s. Athanasii Magni***, *τ. ἐν ἀγ. πρς ἡμ. Ἰωάννου ... του Χρ.* cod., sermo in feriam V (P. G. 28, 1048–1053) ⟨magna feria V⟩, [41] (ff. 136–137ᵛ) **s. Iohannis Chrysostomi***, *τ. ἀγ. Εὐσεβίου* cod., in s. Parasceve et in passionem Domini, eadem, ut vid., ratione atque in Vatt. gr. 1633, ff. 229–230ᵛ, et 1641, 306ᵛ–308 (in quo Eusebio pariter tribuitur), des. *εἰς οὐρανους ἀνεκόμησεν ἀναστὰς ἐκ νεκρῶν· αὐτῷ ἡ δόξα κτλ.* (P. G. 62, 721–724, lin. 44) ⟨magna feria VI⟩, [42] (ff. 137ᵛ–143) **s. Epiphanii Cypri*** hom. ⟨2⟩, in Sabbato Magno (P. G. 43, 440–464), conclus. atque doxol. ab ed. parum div. ⟨magno Sabbato⟩, [43] (ff. 143–144) **s. Gregorii Nazianzeni** oratio ⟨1⟩, in s. Pascha (P. G. 35, 396–401) ⟨dom. Resurrectionis⟩, [44] (ff. 144–146ᵛ) **s. Epiphanii Cypri** hom. ⟨3⟩, in die Resurrectionis (P. G. 43, 465–477) ⟨eadem die⟩, [45] (ff. 146ᵛ–149) **s. Gregorii Nazianzeni** oratio ⟨44⟩, in Novam Dominicam, *κ. εἰς τ. ἔαρ· κ. εἰς τὸν μρ. Μάμαντα* add. cod. (P. G. 36, 608–621), cum unico scholio ad vv. *μισῶ καὶ τὴν διὰ ἔρος* (sic) *κτλ.* (ib. 616 B 6 sqq.), inc. *πρὸς γυναίκας καὶ μάλιστα τὰς τον μονήρη βίον ἐπανηρημένας*, des. *διὰ τῆς ἀκαίρου καὶ ἀπρεποῦς θεωρίας* ⟨dom. Thomae⟩, [46] (ff. 149–151ᵛ) **s. Iohannis Chrysostomi*** in s. apostolum Thomam, *εἰς τὴν νέαν κυριακὴν κ. εἰς τ. ἅγ. Θωμὰν τ. ἀπ.* cod., ab ed. (P. G. 59, 681–688 [cf. BHG. 1839–41]) interdum diversa, inc. *Ἰδοὺ πάλιν ἑορτῇ· ἰδοῦ πάλιν σωτηρια ψυχῶν· ἥκω τὸ χρέος ἀποδόσον ὑμῖν* (cf. ex. gr. Vatt. gr. 1587, f. 314, vel 1633, f. 255) ⟨eadem die⟩, [47] (ff. 151ᵛ–153) **s. Iohannis Chrysostomi*** in Mediam Pentecosten (P. G. 61, 739–42) ⟨Media Pentecoste⟩, [48] (f. 153ᵛ) **s. Iohannis Chrysostomi*** in Mediam Pentecosten, inc. *Ὁ τῆς ἀναστασίμου ἑορτῆς αἴτιος Χριστος*, des. *καὶ εἰς τὰς μετὰ τοῦτο ἑορτὰς· χάριτι κτλ.* (cf. P. G. 64, 1383–84 lin. 14) ⟨eadem die⟩, [49] (ff. 153ᵛ–154ᵛ) eiusdem* in Adscensionem sermo ⟨1⟩ (P. G. 52, 791–794) ⟨die Adscensionis⟩, [50] (ff. 154ᵛ–156) **s. Epiphanii Cyprii*** homilia ⟨4⟩, in Adsumptionem Christi (P. G. 43, 477–485) ⟨eadem die⟩, [51] (ff. 156–160) **s. Gregorii Nazianzeni** oratio ⟨41⟩, in Pen-

tecosten ⟨I⟩, κ. εἰς τὸ πνευμα τὸ ἅγιον add. cod. (P. G. 36, 428–52) ⟨die Pentecostes⟩, [52] (ff. 160–162v) **s. Iohannis Chrysostomi*** in Pentecosten, καὶ εἰς τοὺς απ̊π̊ add. cod. (P. G. 52, 803–808), des. ut in Vat. gr. 1641, f. 352v ⟨eadem die⟩, [53] (ff. 162v–165v) eiusdem* in natale s. Iohannis prophetae (P. G. 61, 757–62 [BHG. 848]), conclus. paullo brevior edita ⟨24 iun.⟩, [54] (ff. 165v–167v) eiusdem* in Petrum et Paulum sermo (P. G. 59, 491–96 [BHG. 1497]), des. fere ut in cod. Regio (cf. ib. 495 n. *b*) ⟨29 iun.⟩, [55] (ff. 167v–168v) eiusdem* in Transfigurationem Domini, inc. Ἤκουες τοῦ δεσπότου Χριστου ἀρτίως λέγοντος· ἀμὴν λέγω ὑμῖν, des. πλήρις γὰρ ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ τῆς δόξης αὐτοῦ· τοῦ πατρος κτλ. (ed. Savile VII, 339 sq.) ⟨6 aug.⟩, [56] (ff. 168v–171) **s. Ephraem Syri** in eumdem festum, ab ed. (Assemani II, 41–49) valde discrepans, des. in vv. καὶ ἓν ἐστὶν τὸ πρόσωπον τοῦ ἁγιου πνευματος· καὶ αὐτῷ ἐστὶν ἡ δόξα κτλ. (cf. ib. 49 E 2) ⟨eadem die⟩, [57] (ff. 171–174v) **s. Andreae Cretensis** in Dormitionem ss. Deiparae orat. ⟨II⟩ (P. G. 97, 1072–89 [BHG. 1115] ⟨15 aug.⟩, [58] (ff. 174v–178) **s. Germani** patr. Constantinopolitani in Dormitionem ss. Deiparae orat. ⟨I–II⟩ absque ulla distinctione se se excipientes (P. G. 98, 340–357 [BHG. 1119 et 1135]) ⟨eadem die⟩, [59] (ff. 178–180v) **s. Iohannis Chrysostomi*** in Decollationem s. Iohannis Baptistae, cum eodem additamento de pravis mulieribus quod in cod. 1633, ff. 310v–313, notavimus (P. G. 59, 485–90 [BHG. 859]) ⟨29 aug.⟩, [60] (ff. 180v–184) acta s. Andreae ap. (BHG. 94) ⟨30 nov.⟩, [61] (ff. 184–186) passio s. Barbarae (BHG. 213) ⟨4 dec.⟩, [62] (ff. 186v–188v) s. Nicolai ep. Myrensis acta sive praxis de stratelatis (BHG. 1350: ed. G. Anrich, Hagios Nikolaos, I, pp. 67-77) ⟨6 dec.⟩, [63] (ff. 189–195v) eiusdem vita a. Methodio, Μιχαὴλ τ. ἁγ. ἀρχιμανδρίτου cod. (BHG. 1348: ed. Anrich, ib., pp. 113–139) ⟨eadem die⟩, [64] (ff. 195v–197) passio s. Luciae (BHG. 995) ⟨13 dec.⟩, [65] (ff. 197–199) passio s. Bonifatii (BHG. 279–80) ⟨19 dec.⟩, [66] (ff. 199–202) vita s. Iohannis Calybitae (cf. BHG. 868), ab ed. discrepans ⟨15 ian.⟩, [67] (ff. 202–204v) passio s. Agathae (cf. BHG. 37), ab ed. discrepans, des. ἀρξάμενον καλάνδων φευρουαρίω ε΄· ἐν ᾗ καὶ ἑορτάζομεν τὴν μνήμην αὐτῆς· χάριτι καὶ φιλανθρωπια κτλ. ⟨5 febr.⟩, [68] (ff. 205–207v) passio s. Theodori stratelatae a. Augaro (BHG. 1750), des. πολλὰ γὰρ θαύματα καὶ ἰάσεις ἐκτελεῖ ὁ θεος δια τοῦ μάρτυρος, εἰς ἡμετέραν πίστοσιν ... τυφλοὶ ἀναβλέπουσιν· χωλοὶ περὶπατοῦσιν· δαίμονες ἀπελαύνονται· ὅσοι δὲ ἐν θλίψεσιν ὄντες· προσερχόμενοι πρὸσπίπτουσιν τῷ τύμβῳ αὐτοῦ τῶν κινδύνων ἀπαλλάττονται· καὶ χαρμονῆς καὶ εὐφροσύνης ἀποπληρούμενοι ὑποστρέφουσιν· διὰ τῶν οἰκτιρμῶν κτλ. (cf. Vat. gr. 1667, f. 80) (sine nota num.) ⟨8 febr.⟩, [69] (ff. 207v–209) passio s. Nicephori (BHG. 1331), des. καὶ

τοῖς ἁγίοις μάρτυσιν συναριθμεῖσθαι κατηξιώθη· εἰς ἔπαινον τῆς δόξης τῆς παναγίας καὶ ζωοποιοῦ καὶ ὁμοουσίου τριάδος· πατρος κτλ. [ξε′] ⟨9 febr.⟩, [70] (ff. 209–211) passio s. Blasii et socior. (BHG. 276), ab ed. discrepans, des. *καὶ εὐωχίας πολλῆς· ἐμαρτύρισεν δὲ ὁ ἅγιος Βλάσιος· ἐν Σεβαστείᾳ τῇ πόλει· ἡγεμονεύοντος Ἀγρικολάου· βασιλεύοντος δὲ τοῦ κυριου ἡμῶν Ι. Χ.· ᾧ ἡ δόξα κτλ.* ⟨11 febr.⟩, [71] (ff. 211–216) vita s. Martiniani (BHG. 1177), ab ed. discrepans, des. *ἀπήγγειλαν τῷ ἐπισκόπῳ τὸν ἐνάρετον αὐτῆς βίον· καὶ ὁ ἐπίσκοπος συνελθὼν μετα κηρῶν καὶ ὕμνων, ἔθαψεν αὐτὴν ἐν επισήμῳ τόπῳ· ἅπαντες δόξαν καὶ προσκύνησιν ἀναπέμποντες· τῷ πατρι κτλ.* ⟨13 febr.⟩, [72] (ff. 216–218ᵛ) passio ss. Martyrum XL Sebast., *ὧν τὰ ὀνόματα εἰσὶ ταῦτα: Δόμνος· Κύριλλος· Οὐαλεντιανός... Ἀμμόνιος· Ἀγλάϊος καὶ ὁ καπικλάριος* (BHG. 1201), add. in fine *Ἐμαρτύρισαν δὲ οἱ ἅγιοι τεσσαράκοντα μάρτυρες τὸν ὑπερ Χριστου ἀγῶνα, πρὸ ἑπτὰ καλανδῶν μαρτίω· ἐτελειώθησαν δὲ μηνὶ μαρτίω θ′· ἐπι Λικινίου αὐτοκράτορος· κατ᾽ ἡμᾶς δὲ βασιλεύοντος τ. κ. ἡμ. Ι. Χ., νῦν κτλ.* (cf. simile additamentum in versione slavica veteri, F. Miklosich, Monumenta linguae palaeoslovenicae e cod. Suprasliensi, Vindobonae 1851, pp. 60 sq.) ⟨9 mart.⟩, [73] (ff. 218ᵛ–222ᵛ) passio ss. Puerorum VII Ephesenor. (BHG. 1595) ⟨22 oct.⟩, [74] (ff. 222ᵛ–225) passio s. Clementis papae (BHG. 349), des. ut in ed. Coteleriana, qua cum et in reliquis, quantum vidi, consentit ⟨25 nov.⟩, [75] (ff. 225ᵛ–229) passio ss. Xenophontis, Mariae et filior., inc. *Διηγήσατό τις γέρων μέγας· ὅτι Ξενοφῶν τίς, γέγονεν συγκλητικὸς, σπουδαίως περι τὰς ἐντολὰς τοῦ θεου,* des. *καὶ ἐνβαλεῖ τὸν φόβον αὐτοῦ εἰς τὰς ψυχὰς ἡμῶν· ἵνα μὴ τῇ ἀμελείᾳ καὶ ῥαθυμίᾳ ἡμῶν. ἀπολέσωμεν τὰ ἡτοιμασμένα ἡμῖν ἀγαθᾶ· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν· χάριτι καὶ φιλανθρωπια κτλ.*, [76] (ff. 229–230ᵛ) passio ss. Ciryci et Iulittae i. e. ⟨epistula Theodori ep.⟩ (BHG. 315) ⟨15 iul.⟩.

2 s. Basilii Magni homiliae diversae: [1] (ff. 231–236) in psalmum I (P. G. 29, 209–28), [2] (ff. 236–242ᵛ) in psalmum VII (ib. 228–249), [3] (ff. 242ᵛ–246ᵛ) in psalmum XIV (ib. 249–264) [ε′], [4] (ff. 246ᵛ–251) in partem psalmi XIV, *κατα τοκιζόντων* cod. (ib. 264–280), [5] (ff. 251–258ᵛ) in psalmum XXVIII (ib. 280–305), [6] (ff. 258ᵛ–264) in psalmum XXIX (ib. 305–324), [7] (ff. 264–272) in psalmum XXXII (ib. 324–349), des. *τῆς δόξης τοῦ Χριστου· αὐτῷ ἡ δόξα κτλ.*, [8] (ff. 272ᵛ–275ᵛ) in psalmum LIX (ib. 460–469), [9] (ff. 275ᵛ–280) in psalmum LXI (ib. 469–484), [10] (ff. 280–283ᵛ) in psalmum CXIV (ib. 484–493), [11] (ff. 283ᵛ–287) in psalmum CXV* (P. G. 30, 104–116), cuius in fine litt. uncial. exscribuntur iambi pessumae notae quattuor in s. Basilium (*εἴ τίς ποτε ᾖ, γουργάθῳ* [l. γυργ–] *ἐξαντλῆσαι· ἢ κυάθῳ τὴν θάλασσαν πειρᾶται· οὗτος καὶ Βασίλειον τόν μέγαν γνώσει· ἰσχύσει*

λαβεῖν εἰς τέλος ἐν συνέσει), [12] (ff. 287–290) in illud, In principio erat Verbum (P. G. 31, 472–481), [13] (ff. 290–292v) de fide (ib. 464–472), [14] (ff. 292v–298) de gratiarum actione (ib. 217–237), cuius in fine litt. uncial. *ἐλπὶς τῶν καλῶν· σὺ Χριστὲ φρουρὸς δόξα*, [15] (ff. 298v–305v) in martyrem Iulittam (ib. 237–261 [BHG. 972]), [16] (ff. 305v–311) in Gordium martyrem (ib. 489–508 [BHG. 703]), [17] (ff. 311–316) in XL Martyres (ib. 508–525 [BHG. 1205]), [18] (ff. 316–327v) in principium Proverbiorum (ib. 385–424), cum schol. *οὗτος ὁ λόγος ἐρρέθη ἐπὶ παρουσία τοῦ ἁγ. Μελετίου κτλ.* (ib. 385 n. 76), [19] (ff. 327v–332) quod Deus non est auctor malorum, def. in vv. *καὶ αὐθαίρετον ζωὴν λα|βοῦσα* (ib. 329–344 B 11) [*κα'*].

Marginibus, ipsius librarii manu, verba omissa (raro), glossae, lemmata, scholia, animadversiones inscribuntur.

Ff. 1–9, e codice saeculo XI duobus laterculis 52–56 linear. exarato decerpta, praebent s. Nili de monastica exercitatione cc. 19–75 (absque ulla *κεφαλαίων* distinctione), inc. mut. *εὐεργέτας αὐτοὺς· καὶ τῶν χριστιανῶν κηδαιμόνας* (P. G. 79, 744 C 9–809). Textum emendaverunt subpleveruntque manus duae, scribae coaevae vel fere, altera inter lineas uti plurimum, altera sive in rasuris sive in marginibus: quarum prior, oris internis folii 9r-v olim fortasse contectis, prima ultimave unius cuiusque lineae verba, quae legi non poterant, superioris in fine initiove subplevit, altera vero uncialibus parvis, quae dicuntur, litteris opellae conclusioni subiunxit + *τοῦ ἀββὰ Νείλου λόγος ἀσκητικὸς περὶ φιλοσοφίας· καὶ οἷον εἶναι δεῖ τοὺς ταύτῃ προσερχομένους· καὶ ὅτι πρὸ τῆ[ς] τελείας ἐν τῇ ἀρετῇ ἕξεως, ἐπικίνδυνον τὸ ἑτέρων ἀναδέχεσθαι προστασίαν.* Glossulae quoque non nullae unciali charactere (librarii manu, ut vid.) oris inscribuntur.

Codicem (praeter ff. 1–9, de quibus infra) libri duo efficiunt quos, aetate, scriptione, ornatu dispares casuque tantum (quando, ignoro) in unum conflatos, disiunctim enarrabimus.

Liber prior, vel flavo exaratus liquore (cf. ff. 187v–210) vel (plerumque) subfusco parum tenaci (ut scriptio interdum evanuerit, quam recentior quidam infabre retractavit, cf. ex. gr. ff. 26v–27 et 99), fasciculos conplectitur 26 (1 hodie novem folior., 6 ternio, 7 quinio, ceteri quaterniones), eosque in angulo sup. externo primae singulor. paginae neque ab ipso librario neque, ut videtur, eius tempore inde a sexto dum taxat (cur?) graece subputatos (cf. numm. *θ'* f. 127, *ια'-ιδ'* ff. 143 ... 167, *κ'* f. 215, *κ⟨α'⟩* f. 223, ceterorum vel nihil vel solum vestigium cernitur, cf. ff. 69, 77, 95 et 111). Inscriptiones, litteris uncialibus parvis exaratae, flavo vel flavo atque violaceo pigmento (cf. ff. 23 et 30) superliniuntur. Litterae initiales, varias interdum figuras exprimentes (avis f. 21, anguis f. 100, piscis f. 110v, conmenticiorum animalium ff. 43v et 46), coloribus varie iunctis (rubro, caeruleo, flavo, violaceo) usque ad f. 178 adornantur, litterae autem potiores vel flavo (uti plurimum) vel violaceo (cf. ex. gr. ff. 104v–105v) vel rubro (cf. ff. 22v–26) distinguun-

tur: ornatus non nisi unus invenitur (f. 21), homiliae titulo inpositus iisdemque, quibus litterae initiales, coloribus depictus.

Librum alterum, fasciculis 13 constantem iisque quaternionibus (praeter ultimum, ternionem) in angulo sup. externo primae singulor. paginae graeca instructis enumeratione (notae ζ' et θ'-ιγ' tantum modo servantur, ceteras bybliopegi forfices absumpserunt), unus, ni fallor, librarius exaravit, non uno tamen atramento usus neque una scribendi ratione: folia enim 231-278ᵛ ab insequentibus prima saltem fronte discrepare videntur, intentiore tamen oculorum acie f. 254 ex. gr. cum 279 confer tibique, puto, persuaseris eumdem virum parum aequabili calamo codicem integrum descripsisse. Litterae initiales atque in inscriptionibus adhibitae unciali charactere, ornatus nullius obcurrit. Liber cum praecedenti saeculis XIII-XIV iam coniunctus erat, teste inscriptione manu illius temporis f. 231 iterata (cf. omnino similes eiusdemque viri ff. 167ᵛ, 205 et 230ᵛ). Ib. πύλη perquam rudis eadem manu subpleta.

F. 1-9 sunt quaternio <ς'> et primum folium fasciculi ζ' (ab ipso librario in ang. sup. externo faciei rectae signati) codicis XI saeculi, de quo supra plura locuti sumus.

Ff. 10-11ᵛ, paullulo minoris moduli, libri tabulam continent a <L. Felici Tiburtino hierom. Cryptensi> digestam, cuius initio nota Cryptensis / exscribitur.

Ff. II, 36ᵛ col. dext., 68ᵛ, 333ʳ⁻ᵛ pura. Folii 68 col. dextra sinistraeque pars inferior abscissae, nullo tamen τ ῦ κειμένου detrimento.

F. Iᵛ summo *Diuersorum Patru(m) orat.ᵉˢ in diuersas solemnitates Sanctorum*, m. <L. Allatii>. F. IIᵛ (mm. 200×215) inscribitur, m. saec. XVII in., *Τοῦτο τὸ βιβλίον ἦν τῆς μονῆς τῆς Κρυπτωφέρρης καὶ τὰ / ἕτερα π ίντα τὰ γεγραμμένα ἐν ἐλλειυικῇ γλώττῃ.* F. 1 summo, manu saec. XV quam similia notantem in cod. 1526 etc. deprehendimus, inscribitur *s(er)mones ... s(an)c(t)or(um)*. Folii 1ᵛ in marg. sup. + *μνήσθητ(ι) κ(ύρι)ε τοῦ δούλ(ου) σου· Νήφου εὐτελ(οὺς) της Καλ(ὰ)βρηας κάι / σηχωρησον αυτου*, f. 154ᵛ summo, eadem manu, + *μνὴσθητη κ(ὺρι)ε τοῦ δ.ύλου σου ἡρομωνὰχο Νήφονος ευτὲλου κ'ὶι ρακην/δὶτη· κ'ὶι σῖχώρησον αὐτοῦ· Νήφος ἐὐτ(ε)λῆς τὴς Καλαβρῆας της Ρηγηνης επαρ/χηας* (utramque inscriptionem ed. P. Batiffol, *L'abbaye de Rossano*, p. 87 n. 1, qui ib., p. 86, recte monuit Niphonem eumdem virum esse atque Niphonem hegumenum s. Iohannis Theologi quem in cod. 1595 enarrando memoravimus). F. 20ᵛ homiliarum libro contentarum indiculus graecus inperfectus m. saec. XII (?) (alius indiculus eiusdem generis eiusdemque fere aetatis f. 332ᵛ). F. 202 summo invocatio ad s. Iohannem Calybitam. F. 230ᵛ inperitissima manus doxasticum laudum Exaltationis s. Crucis inscripsit: *Σήμερον προέρχεται ὁ στ(αυ)ρος κτλ.*, (*Μηναια*, ed. Rom., vol. α', p. 165). F. 332ᵛ, praeter crucem latinam aviculamque rudi calamo nescio a quo vel a quibus delineatas, eadem manu, quae ff. 167ᵛ, 205, 230ᵛ et 231 inscriptiones non nullas conscribillavit, sententiae tres morales adpinguntur, nempe + *βίου τῶ κέρδος ἐκβιοῦν, καθιμέραν / δεινῶν πένεσθαι, χεῖρον δ' εὖπορὴν κακῶς* / et *ἐβεργετῶν νόμιζε μὴμίσθαι θ(εο)ν* (sic).

Codicem post PP. Bollandianos (cf. Catal. codd. hagiogr. graecor. Bibl. Vat., pp. 164 sq.) adcuratissime descripsit Ehrhard, op. et loc. citt., qui tamen iniuria ff. 231-332 saeculo XII tribuit: cum enim in ora ext. folii 328ᵛ librarius ipse notaverit *εὖγε π(άτ)ερ Βασίλειε ὄντως γὰρ καὶ νυν ἡμῖν τοῖς ταπεινοῖς Ταυρομενίταις ἐκ πλήθους αμαρτιῶν πολυειδῶν επηλθεν ὁ ὄλεθρος· καὶ δικαίως* (quae vv. P. Batiffol ad Tauromenium a. 902 a Saracenis expugnatum iure mihi quidem referre videtur, cf. *L'abbaye de Rossano*, p. 87), libri nostri

partem alteram saeculo potius X adsignare conpellimur (Tauromenium enim a. 1079 Saracenorum iugum excussit). Liber notatur dum taxat ap. Batiffol, *La Vaticane depuis Paul III* in *Revue des questions historiques* XLV (1889), pp. 209 n. 3, 212 et 213, nec non ap. A. Rocchi, De coenobio Cryptoferratensi eiusque bibliotheca, Tusculi 1893, pp. 278 et 305, qui nescio a quo Basilio descriptum autumat; cf. quoque Ioh. Mercati, *Per la storia dei mss. greci di Genova* etc. (*Studi e Testi*, 68), p. 97 n. 1, a quo conperimus librum cardinali G. Sirleto iam conmodatum, 25 novembris 1582 Cryptensibus monachis redditum esse. Folii 301ᵛ imaginem phototypam, quam dicunt, subpeditant L. Th. Lefort et I. Cochez, *Palaeograpisch Album van gedagteekende grieksche minuskelhandschriften uit de IXᵉ en Xᵉ eeuw* etc.. tab. 74.

Integumenti tabulae, corio purpureo signato vestitae scutaque Gregorii XV P. M. (tab. ant.) et (tab. post.) Scipionis Cobelluzzi card. bybl. (1618-26) prae se ferentes, fibularum non nisi vestigia retinent.

1674. Saec. XI, membran., mm. 322 × 266, ff. III. 265 (1-III et 265 chart.) coll. 2, linn. uti plurimum 29.

s. **Iohannis Chrysostomi** homiliae in Genesim: [1] (ff. 1-5ᵛ) hom. 1, *ὁμ. εἰς τ. ἀρχὴν τ. ἁγ. τεσσαρακοστῆς* cod. (P. G. 53, 21ᵇⁱˢ-26), [2] (ff. 5ᵛ-11ᵛ) hom. 2, *ὁμ. α'* cod., sed al. m., ut videtur (ib. 26-32); vv. *ἄξυον ἐνταῦθα διαπορῆσαι — τὸν ουρανον καὶ τὴν γῆν* (ib. 27 lin. 6 a. i.-28 lin. 11) librarii oscitantia f. 7ᵛ iterata recentior vir lineis inductis delevit, [3] (ff. 11ᵛ-18) hom. 3 (ib. 32-39), [4] (ff. 18-25ᵛ) hom. 4 (ib. 39-48), doxol. amplior ed., [5] (ff. 26-32) hom. 5 (ib. 48-54), [6] (ff. 32-39) hom. 6 (ib. 54-61), [7] (ff. 39-46ᵛ) lin. 7 (ib. 61-69), [8] (ff. 46ᵛ-52ᵛ) hom. 8 (ib. 69-76), [9] (ff. 52ᵛ-57ᵛ) hom. 9 (ib. 76-81), [10] (ff. 57ᵛ-64ᵛ) hom. 10 (ib. 81-90), [11] (ff. 65-71) hom. 11 (ib. 90-98), [12] (ff. 71-77) hom. 12 (ib. 98-105), qua in vv. *ἄξιον ἐνταῦθα ζητῆσαι κτλ.* (ib. 99, linn. 27 sqq.), scribae neclegentia bis exarata, f. 72 deleta sunt, [13] (ff. 77-82) hom. 13 (ib. 105-110), [14] (ff. 82-88ᵛ) hom. 14 (ib. 111-118), [15] (ff. 88ᵛ-94ᵛ) hom. 15 (ib. 118-125), [16] (ff. 95-102) hom. 16, des. *εἴδετε διαβόλου κακουργίαν καὶ ἀνθρωπου ραθυμίαν καὶ δεσπότου φιλανθρωπιαν; αὐτῷ ἡ δόξα κτλ.* (ib. 125-134 lin. 15), [17] (ff. 102-113ᵛ) hom. 17, des. *καὶ ἐπι καρδίαν ἀνθρωπου οὐκ ανέβη· χάρητι καὶ φιλανθρωπία κτλ.* (ib. 134-148 lin. 8), [18] (ff. 113ᵛ-122) hom. 18 (ib. 148-158), [19] (ff. 122-128ᵛ) hom. 19 (ib. 158-166), [20] (ff. 128ᵛ-135ᵛ) hom. 20 (ib. 166-174), des. *ἵνα τὴν ἐκεῖ σαυτῷ προαπόθῃ παρρησίαν· ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν· χάριτι κτλ.*, [21] (ff. 135ᵛ-144ᵛ) hom. 21 (ib. 175-185), verbis *Καὶ ἔζησε φησι Λάμεχ* (vv. *Καὶ ἔζησε, φησί, Μαθουσάλα — ἐγέννησε τὸν Λάμεχ* errore omittuntur) — *τὰ λειπόμενα ταμιευσώμεθα* (ib. 181, lin. 25-182, lin. 5 a. i.) post illa *τῆς ἀρετῆς φθάσωμεν μέτρον* (ib. 183, lin. 29) translatis ut in

cod. 1640, [22] (ff. 145–154^{v}) hom. 22 (ib. 185–196), [23] (ff. 154^{v}–162^{v}) hom. 23 (ib. 196–206), [24] (ff. 162^{v}–172) hom. 24 (ib. 206–218), [25] (ff. 172–182^{v}) hom. 25 (ib. 218–229), [26] (ff. 182^{v}–192^{v}) hom. 26 (ib. 229–239), [27] (ff. 192^{v}–203) hom. 27 (ib. 238–251), [28] (ff. 203–211) hom. 28 (ib. 252–260), [29] (ff. 211–221^{v}) hom. 29 (ib. 260–273), [30] (ff. 221^{v}–230) hom. 30 (ib. 273–282), [31] (ff. 230–238^{v}) hom. 31 (ib. 282–292), [32] (ff. 238^{v}–250) hom. 32 (ib. 292–305), doxol. brevior edita, [33] (ff. 250–256^{v}) hom. 33 (ib. 305–312), [34] (ff. 256^{v}–264) hom. 34, *ὁμ. λγ´* cod. (ib. 312–321).

Lemma ipsius, ni fallor, librarii calamo unum tantum obcurrit (f. 15^{v}), duo alia lectoris XIII saeculi (ff. 66^{v} et 117), eiusdem nimirum quem ad codd. 1633, f. 294, 1667, f. 10, et 1671, f. 153, laudavimus quique longum scholion de Evae sanctitate deque peccati originalis natura (utrum ab eo conpositum aliundene depromptum ignoro, inc. *ἴδε ὡς ἐπαινεῖ καὶ θαυμάζει· τὴν τῆς Εὔας εὐγνωμοσύνην ὁ μέγας Χρυσόστομος* [cf. P. G. 53, 178 lin. 29 a. i.], des. *φανερῶς λέγεται ὅτι οὐκ ἦν συνουσία ἐν παραδείσῳ ἀλλὰ παρθενία φυλαττομένη*) margini summo externoque folii 139 codicis nostri adpinxit. Lemma latinum m. saec. XV, ut videtur, in ora dextra folii 127 notavimus.

Codicem, ab uno eodemque librario italo-graeco perscriptum (atramento modo subnigro modo subflavo interdum pallente, scriptura non nullibi est retractata, cf. ff. 12–13, 32^{v}, 48), quaterniones 33 efficiunt, in ang. sup. externo primae singulor. paginae subputati (notae dum taxat *ε´, ζ´, θ´, ι´, ιβ´, ιδ´, ις´, ι⟨η´⟩, κα´, κδ´, κ⟨ε´⟩, κ⟨ς´⟩, κθ´* et *λ⟨α´⟩* hodie leguntur, librarii manu adpositae, nisi forte duas tresve excipias, *κα´* ex. gr.). Inscriptiones unciali, qui dicitur, parvo charactere, litterae maiores maximaeque eodem, quo *τὸ κείμενον*, atramento descriptae, has tamen recentior nescio quis grandiores purpureasque refecit (cf. unam in piscis speciem f. 250^{v}), idemque, purpureo pariter colore, taeniolas ante inscriptiones delineavit, ornatus varios marginibus iniecit (rotulas, cruculas, aves, cf. ff. 25^{v}–26, 53, 129, virum f. 203, feminae *προτομὴν* ib.: si ornamentum summo f. 46^{v} iniectum cum *πύλῃ* in f. 231 superioris libri subpleta conparaveris, utrumque ab eodem calamo fluxisse tibi facile, reor, persuadebis). Folia non nulla scissa, textus interdum non sine damno (cf. ff. 12, 13, 41, 48, 104 etc.), duorum ora superior decurtata (ff. 34 et 39), non nulla acia et acu consuta (cf. ff. 76 et 94). Folior. 193–200 (fasc. *κε´*) et 201–208 (fasc. *κς´*) ordo inversus (cf. notulas manu saec. XIV-XV ff. 192^{v}, 193, 200^{v}, 201, 208^{v} et 209 iniectas).

F. I^{v} summo, m. ⟨L. Allatii⟩, notatur *Io. Chrysostomi expositio in Genesim*. F. II-III, multo minoris formae (mm. 165 × 115), praebent: (f. II^{v}) contentorum indiculum graecum a. ⟨Luca Felici hierom. Cryptensi⟩, praemissis notis *X* et (alia manu) *n.° 22* (illa imo, summo haec f. 1 iteratur, ubi manus multo antiquior, saeculi nimirum XV, notaverat *omelie x(ri)sostomj*, cf. eiusdem viri similes adnotationes in cod. 1526 etc.), atque (f. III) animadversionem illam saepius adlatam *Τοῦτο τὸ βιβλίον ἦν τῆς μονῆς τῆς Κρυπτωφέρρης*. Folii 18 in ang. sup. externo nescio quis conscribillavit *ἀρχὴν ⟨ν⟩ὶμηζὲ τα̣̉ ἴσα θεω*; pia invocatiuncula obcurrit summo f. 38^{v}.

Codicem obiter memorant P. Batiffol, *La Vaticane depuis Paul III*, in *Revue des*

questions historiques XXV (1889), pp. 209 n. 3 et 213, et A. Rocchi, De coenobio Cryptoferratensi eiusque bibliotheca etc., Tusculi 1893, pp. 269 (sub num. 22), 272, 277 (ubi non recte saeculo XIII tribuitur) et 305.

Integumentum ex tabulis ligneis corio purpureo signato vestitum fibularum non nisi vestigia retinet: in tab. anteriore scutum Gregorii XV P. M., in tab. posteriore scutum Scipionis Cobelluzzi card. bybl. (1618-26) auro inprimitur.

1675. Saec. XI in., membran., mm. 330 × 245, ff. III. 342 (I-III, 96 et 342 chart.), coll. 2, linn. 28.

s. **Gregorii Nazianzeni** orationes XIX, epistulae III, carmina II aliaque non nulla eidem, ut videtur, falso tributa: [1] (ff. 1-12) oratio 29, theologica III, *περι υἱοῦ λο. α'* cod. (P. G. 36, 73-104), [2] (ff. 12-23ᵛ) oratio 30, theologica IV, *περὶ υἱοῦ λόγος β'* cod. (ib. 104-133), [3] (ff. 23ᵛ-38ᵛ) oratio 31, theologica V (ib. 133-172), [4] (ff. 38ᵛ-47) oratio 38, in Theophania (ib. 312-333), [5] (ff. 47ᵛ-57ᵛ) oratio 39, in ss. Lumina (ib. 336-360), [6] (ff. 58-84ᵛ) oratio 40, in s. baptisma (ib. 360-425), [7] (ff. 84-95ᵛ et 97-102ᵛ) oratio 45, in s. Pascha (ib. 624-664), [8] (ff. 103-108ᵛ) oratio 44, in Novam Dominicam, *εἰς τ. καινὴν κυ. τοῦ ἀντίπασχα* cod. (ib. 608-621), [9] (ff. 108ᵛ-118) oratio 41, in Pentecosten (ib. 428-452), [10] (ff. 119-127) oratio 33, contra Arianos et de se ipso (ib. 213-237), doxol. brevior ed., [11] (ff. 127ᵛ-135ᵛ) oratio 22, de pace II, *εἰρηνικὸς τριτ. εἰς Ἀμφιλόνεικον* (P. G. 35, 1132-1152), [12] (ff. 136-151ᵛ) oratio 32, de moderatione in disputando, *περὶ ἐνταξίας τῆς ἐν ταῖς διαλέξεσι* cod. (P. G. 36, 173-212), [13] (ff. 151ᵛ-161ᵛ) oratio 26, in se ipsum (P. G. 35, 1228-1252) cum schol. *οἶμαι τὸ κατα δάφνην καὶ Ἀπόλλωνα λέγειν — ἀντιμάχεσθαι καὶ τὸν ἔρωτα* ad vv. *Ἔστι τι μύθῳ φυτὸν κτλ.* (ib. 1240 C 13), [14] (ff. 162-168) oratio 36, de se ipso, om. vv. *καὶ εἰς τὴν τοῦ λαοῦ κτλ.* in tit. (P. G. 36, 265-280), [15] (ff. 168ᵛ-182ᵛ) oratio 42, Supremum vale (ib. 457-492), [16] (ff. 183-189) epist. 101 (P. G. 37, 176-193), [17] (ff. 189-192) epist. 102 (ib. 193-201), [18] (ff. 192-193ᵛ) epist. 202 (ib. 329-333), [19] (ff. 194-241ᵛ) oratio 4, contra Iulianum I, *κατὰ Ἑλλήνων καὶ κατα Ἰουλιανοῦ στηλιτευτικος πρωτ.* cod. (P. G. 35, 532-664), [20] (ff. 241ᵛ-261ᵛ) oratio 5, contra Iulianum II (ib. 664-720), [21] (ff. 262-273) oratio 37, in Mattheum XIX, 1-12, *εἰς τὸ ῥητὸν τ. εὐαγγ. λεχθεὶς ἐν Κωνσταντινουπολει* cod. (P. G. 36, 281-308), [22] (ff. 273-274ᵛ) oratio 13, in consecratione Eulalii ep. (P. G. 35, 852-856), [23] (ff. 275-276ᵛ) carmen I, 2, 3, ad virgines exhortatio, *προς παρθένον παραινετ. συνήνωται δὲ τῇ δοξολογίᾳ* cod. (P. G. 37, 632-640), [24] (f. 277) carmen I, 1, 32, *δοξολογία* cod. (ib. 511-514, et cf. Ioh. Sakkelion, *Πατμιακη βιβλιοθηκη*, p. 23, ubi recensio cum

libri nostri in lectionibus non nullis magis consentiens praebetur), 25 (ff. 277v-280v) epist. 243*, re autem vera s. Gregorii Nysseni epist. 26 (P. G. 46, 1101-1108), 26 (ff. 280v-281v) significatio in Hiezecihelem * (P. G. 36, 665-669), 27 (ff. 282-295v) ⟨s. **Gregorii Thaumaturgi**⟩ metaphrasis in Ecclesiasten (P. G. 10, 988-1017).

Lemmata, unciali praesertim charactere (cf. ff. 2-11v. 101v etc.), *σφαλμάτων* medelas (cf. ex. gr. ff. 60, 61v, 125v-126v), variantes lectiones ex alio codice ('*ἐν ἄλλῳ*', cf. ex. gr. ff. 102, 121v, 125v, 152v etc.), signa quattuor illa (solem scil., asteriscum, ῶ et σ⁾) marginibus adpinxit librarius ipse, manus vero plus minusve recentiores *τὸ κείμενον* hic illic integraverunt vel emendaverunt (cf. ff. 24v, 33, 76, 119v etc.).

Subditur ⟨**Ps. Nonni**⟩ conlectio atque interpretatio historiarum quarum meminit s. Gregorius ⟨Nazianzenus⟩: 1 (ff. 296-301) in oratione in ss. Lumina (or. 39) historiae viginti quinque, eadem fere omnino ratione atque in cod. 1663, cuius enarrationem vide, 2 (ff. 301-324) in invectiva priore adversus Iulianum (or. 4) historiae octo et nonaginta, id. id., nisi quod historiar. 96-97 ordo invertitur, 3 (ff. 324-333) in altera invectiva in eumdem (or. 5) historiae triginta septem, quarum 1-35 = 1-35 codicis modo adlati, 36, de Acteone, inc. *Ἀκταίων κυνηγέτης ἦν· οὗτος εἶδεν γυμνὴν τὴν Ἄρτεμιν* (cf. A. Westermann, *Μυθογραφοι*, Brunsvigae 1843, p. 360 n. VI, et P. G. 36, B 13-C 4), 37 autem, de Orione, inc. *Εὐρυεύς τις τῆς Βοιωτίας ἦν βασιλευς κτλ.* (Westermann 389 n. LXXX, P. G., vol. cit., 1061 C 4-12). In fine *πεπλήρωνται αἱ ἱστορίαι.*

F. 96r-v, saec. XVII in. a quodam Cryptensi monacho iniectum, exhibet *τὰ προκείμενα*, quae dicuntur, *τῆς λειτουργίας* toni plagalis primi et secundi, nec non troparium sive apolyticium, theotocium contaciumque toni plagalis secundi et (contacio excepto) toni gravis, inc. *⟨Σ⟩ῶσον με κυριε ὅτι ἐκλέλυπεν ὅσιος*, abrump. in vv. *πρὸ τόκου παρθένος καὶ ἐν τῶκω* (*Ωρολογιον... κατα την εκπαλαι ταξιν... του της Κρυπτοφερρης μοναστηριου*, Romae 1677, pp. 22 lin. 2 a. i.... 24 lin. 8 a. i.).

Ff. 334-341 (quaternio scil.) e libro procul dubio italo-graeco saeculi XI duobus laterculis (36 linear.) exarato decerpta nostroque adglutinata, exhibent: 1 (ff. 334-340) s. **Gregorii Nazianzeni** oratio 38, in Theophania (P. G. 36, 312-333), in qua post verba *πόρρω τοῦ συγκαλέσαντος* (ib. 317 A 4) non nulla leguntur ab ed. aliena (*τί γὰρ τὸ πρῶτον ἡμῶν ἀξίωμα — καὶ διαγέλα τοὺς γελῶντας τὰ καθαρὰ καὶ σεβάσμια*, f. 335 col. dext., lin. 14-335v col. sin., lin. 9 a. i.; notandum est ibid. obcurrere satis rarum verbum *ἀρυπάρως*, *ἀῤῥυπάρως* scil., quod et alibi Nazianzenus usurpat, cf. P. G. vol. cit., 424

B 6), [2] (ff. 340–341ᵛ) s. **Basilii Magni** * homilia in sanctam Christi generationem (titulum subpl. m. recentior, eadem nimirum quae in cod. 1673, f. 231 inscriptionem iteravit), abrump. in vv. *τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν· ἐκ πνεύματος* (*ἐστιν ἁγίου*, paullo inferius, in angulo scil. inf. dextro folii 341ᵛ, quaternionis huiusce postremo) (P. G. 31, 1457–1465 A 11).

Flavo vel subflavo atramento ab una eademque manu exaratus, litteris autem ad f. usque 231 (circiter) erectis, exinde vero dextrorsum inclinatis (cf. praesertim ff. 296–333), cum ornatuum litterarumque initialium auro coloribusque (caeruleo, rubro, viridi) micantium pulchritudine tum scriptionis elegantia membranarumque nitore locum sibi egregium vindicat. Fasciculi sunt 44, quaterniones uti plurimum (8 bifolium, 16 binio, 27, 34, 39 et 44 terniones, animum insuper adverte primi fasciculi folium primum, ultimum noni ac tricensimi nulla *τοῦ κειμένου* iactura excisa esse), iidemque singulorum primi folii in ang. sup. externo subputati fuerunt, oris nihilo minus ab incauto bybliopego resectis, notarum non nisi vestigia raro deprehenduntur (cf. ff. 16 et 90). Margines valde latos librarium scholiis accipiundis destinasse credas, quae tamen omissa sunt. Ff. 50–109 inferne mures adroserunt, folior. autem 7–11, 32–39, 135–144, 158–163, 253–259 oras inferiores nescio quis barbarus exsecuit. Ff. I, 118ᵛ et 342ʳ⁻ᵛ scriptione carent.

F. Iᵛ summo notavit L. Allatius *Gregorij Nanzianzeni* (sic) *Orationes*. Ff. II-III, multo minoris moduli (mm. 218 × 155), exhibent libri tabulam graecam a ⟨Luca Felici Tiburtino, hierom. Cryptensi⟩ confectam, quam praecedunt notae, Cryptenses pariter, O et *n.° 15* (haec summo f. 1 iteratur). Folii II in ora inferna notatur praeterea *τοῦτο βιβλίον ἦν τῆς μονῆς τῆς Κρυπτωφέρρης*. Folio 57ᵛ, in quo non nulla nescio quis agresti morum squalore praeditus conscribillaverat deindeque, facti sero paenitens, non bene deleverat, lector saec. XIII, ut videtur, eius insaniam abominatus, versiculos hosce inscripsit: *οἱ κυθρωπροσωπόχριστοι καὶ μὸυζοκοπημένοι* (en verba duo lexicis, ut videtur, ignota) | *ἠφάνισαν ἠχρείωσαν κάλλος τῆς· θείας βίβλου·* | *αὖθις ἀλλ' οὖν μετέγνωσαν ἰσχὺν μὴ κεκτημένοι·* | *τοῦ πρώτου πρὸς ἀνάκλησιν κάλλους· φεῦ τῆς ἀνοίας·* | *δεῖ γὰρ ἡμᾶς πειράζεσθαι πρῶτον· τολμᾶν δὲ τρόμωι*, inferius autem subiunxit *δεῖ γὰρ αὐτοὺς πειράζοντας, πρὶν εἶτ' ἀτρομαινεῖν* (*αι* conr. sup. lin. ex *ει*) *μήπω*. F. 333ᵛ inscriptio nuncupatoria ad monasterium Studitanum *σταυροειδῶς* disposita *Ἐδωρήθη ἡ βί/βλος ἄυτη τῆι εὐ/αγεστάτηι μονῆι τοῦ / ἁγίου Ἰωάννου / τοῦ προφήτου / προδρόμου καὶ βαπτιστοῦ, τῶν Στουδίου· / παρὰ Νικολάου πριμικηρίου καὶ ἄρχοντος / τοῦ χρυσοχείου Ἐπὶ Νικολάου* (vv. *παρὰ Νικολάου — Ἐπὶ Νικολά* in ras., sed certo certius eadem manu quae cett. exaravit) *τοῦ εὐλα/βεστάτου μοναχοῦ πρεσβυτέρου καὶ ἡγουμένου / τῆς αὐτῆς ἁγιωτάτης μονῆς· μηνὶ μαρτίωι / ἰνδικτιῶνος πρώτης· Ἔτους ἀπὸ κτί/σεως κό/σμου· ἑξακισ/χιλιοστοῦ πεν/τακοσιοστοῦ εἰ/κοστοῦ ἕκτου* (= 1018) (edd. Lietzmann-Franchi de' Cavalieri, Specimina codicum graecor. Vaticanor.[2], Berolini et Lipsiae 1929, p. XI, nec non R. et S. Lake, *Dated greek minuscule Manuscripts to the year 1200*, VII, 1, Boston 1937, p. 13). Ibid. inferius, manu coaeva; + + *ὁ εὐτελὴς μον(α)χ(ὸς) Βίκτ(ω)ρ* (?) *πρεσ(βύ)τ(ε)ρ(ος) καὶ βιβλοφύλ(αξ) τῆς αὐτῆς ἁγίας μονῆς τῶν Στουδ(ίου)* (ex parte dum taxat mendoseque edd. Lake, op. et loc. cit.).

De codice cf. P. Batiffol, *L'abbaye de Rossano*, p. 81; id., *La Vaticane depuis Paul III*, in *Revue des questions historiques* XLV (1889), pp. 209 n. 3 et 213; A. Rocchi, De coenobio Cryptoferratensi eiusque bibliotheca etc., Tusculi 1893, pp. 272, 277 (ubi

saeculo XIII perverse tribuitur) et 305; Lietzmann-Franchi de' Cavalieri, op. et loc. citt.; K. Weitzmann, *Die byzantinische Buchmalerei des 9. u. 10. Jahrhunderts*, Berlin, 1935, p. 18, qui recte ambigit librum eodem anno quo in Studitanum coenobium inlatus est ortum habuisse. Folii 119 imaginem phototypam, quam dicunt, dederunt Lietzmann-Franchi de' Cavalieri, op. laud., tab. 20, folii 103 L. Th. Lefort et J. Cochez, *Palaeographisch Album van gedagteekende grieksche minuskelhandschriften uit de IX^e en X^e eeuw* etc., tab. 75, foliorum 157, 296 et 3·3ᵛ K. et S. Lake, op. cit., tabb. 494-96, non nisi ornatuum ff. 103, 1 et 23ᵛ conspicuorum Weitzmann, op. cit., tabb. 121-23.

Integumenti tabulae ligneae purpureo tergore contectae, quarum altera scutum Gregorii XV P. M., altera Scipionis Cobelluzzi card. bybl. (1618-26) auro inpressum prae se fert, fibularum non nisi vestigia hodie retinent.

1676. Saec. XIV, chart., mm. 303 × 210, ff. II. 410 (410 membran.), linn. 25-37.

Plutarchi moralia: [1] (ff. 1-9ᵛ) Platonicae quaestiones (cum parvo schem. f. 7 imo) [λζ']; [2] de placitis philosophorum [a] (ff. 10-16ᵛ) liber I, [b] (ff. 17-21) lib. II, [c] (ff. 21ᵛ-25) lib. III, [d] (ff. 25-29ᵛ) lib. IV, [e] (ff. 30-35ᵛ) lib. V (quo in ordo capitum 23-24 invertitur); singulis libris praemittuntur (ff. 9ᵛ. 16ᵛ-17. 21-21ᵛ. 25. 29ᵛ-30) capitum tabulae [λη'-μβ']; [3] (ff. 36-41ᵛ) coniugalia praecepta; [4] (ff. 41ᵛ-54) mulierum virtutes; [5] (ff. 54-56) amatoriae narrationes*; [6] (ff. 56-58ᵛ) de vitando aere alieno; [7] (ff. 59-60ᵛ) de latenter vivendo; [8] (ff. 60ᵛ-72) non posse suaviter vivi secundum Epicurum; [9] (ff. 72-77ᵛ) de primo frigore, [10] (ff. 78-82) bruta animalia ratione uti, [11] (ff. 82-97ᵛ) de sollertia animalium, [12] (ff. 97ᵛ-99ᵛ) aqua an ignis utilior, [13] (ff. 99ᵛ-109) de tuenda sanitate praecepta, [14] (ff. 109-125ᵛ) praecepta gerendae reipublicae, [15] (ff. 125ᵛ-126ᵛ) de unius in republica dominatione, [16] (ff. 126ᵛ-128ᵛ) ad principem ineruditum, cuius in fine *αἲ αἲ τὸ λεῖπον ζημιοῖ με μειζόνως ἢ τὸ προληφθὲν παιδαγωγοῦν ἡδύνει*, [17] (ff. 129-131) maxime cum principibus viris philosopho esse disserendum, [18] de Alexandri fortuna aut virtute (ff. 131-134ᵛ) oratio I, et (ff. 135-141ᵛ) oratio II, [19] (ff. 141ᵛ-147ᵛ) de fortuna Romanorum, [20] (ff. 147ᵛ-154ᵛ) parallela Graeca et Romana, [21] (ff. 154ᵛ-171 lin. 8 a. i.) apophthegmata Laconica*, quibus, nulla facta distinctione, subduntur, [22] (ff. 171 lin. 8 a. i. — 173 lin. 11 a. i.) instituta Laconica*, et [23] (ff. 173 lin. 10 a. i. — 174ᵛ) Lacaenarum apophthegmata*, [24] (ff. 174ᵛ-198ᵛ) regum et imperatorum apophthegmata*, [25] (ff. 198ᵛ-220) aetia romana, *κεφαλαίων καταγραφή* cod., [26] (ff. 220-229) ⟨aetia⟩ Graeca, [27] (f. 229-229ᵛ) Stoicos absurdiora poëtis dicere, [28] de vita et poësi Homeri, (ff. 230-231 lin. 8 a. i.) lib. I, et, nulla facta distinctione, (ff. 231 lin. 8 a. i. — 256ᵛ) lib. II, [29] (ff. 256ᵛ-257ᵛ) Aristophanis et Menandri conparationis epitome, [30] (ff. 257ᵛ-259) de

animae procreatione libri epitome, [31] (ff. 259v-271v) X oratorum vitae, [32] (ff. 271v-286v) de Stoicorum repugnantiis, [33] (ff. 286v-292v) de Є apud Delphos, [34] (ff. 292v-310v) de defectu oraculorum, [35] quaestionum convivialium (ff. 310v-320v) lib. I, (ff. 321-330v) lib. II, (ff. 331-337v) lib. III, (ff. 338-349) lib. IV, eadem cum praeced. laborans perturbatione qua codices a M. Planude nuncupati (cf. ed. a C. Hubert parata, Lipsiae 1938, p. xv), (ff. 353-362) lib. V, (ff. 362-369v) lib. VI, (ff. 370-382) lib. VII, (ff. 382v-396) lib. VIII, (ff. 396v-405v) lib. IX, quo in quaestio 6 def. in vv. *πρὸς τὴν σελήνην*, ed. laud., p. 316 lin. 4, 15 vero abrump. in vv. *καὶ Θέμην αἰδοίην ἑλικοβλέφαρόν* τ' (ib. 333 lin. 7) [ογ'-πα'] (singulis libris praecurrunt, ff. 310v, 320v-321, 330v-331, 338, 353, 362, 369v, 382r-v, 396r-v, capitum tabulae).

Verba membrave omissa sive inter lineas sive in marginibus, ipsorum librariorum manu, interdum subplentur (cf. ff. 10v. 11r-v, 12 etc.), animadversiones (cf. ff. 9, 12 etc.), lemmata (cf. ff. 42-52v, 231v-255v), emendationes (ff. 20. 22v. 25v) passim obcurrunt.

Altera tantum pars libri, cuius prior in cod. Neap. gr. III. E. 28 adservatur (cf. Plutarchus, Moralia, I, edd. W. R. Paton, I. Wegehaupt et M. Pohlenz, Lipsiae 1925, p. xxv), conplurium tamen librariorum, pariter atque ille, manus prodens (*a* ff. 1-6v. 15-179 lin. 10. 230-279, *b* ff. 7-14v, *c* ff. 179 lin. 10-229 lin. 11 a. i., 279v-405v, *d* f. 229 lin. 10 a. i. — 229v), fasciculos unum et quinquaginta complectitur, ex quibus 1-29, quaterniones (primi folia 1-2 desiderantur, ultimi ultimum, scripturae videl. expers), notis graecis angulo inf. externo primae singulor. paginae inscriptis enumerantur (numm. β'-ιδ' rubri, κη', margine inprovide resecto, periit, numerorum κε'-κζ' non nisi vestigia cernuntur), ceteri autem fasciculi, quaterniones omnes, propria notarum serie (utpote initio per se stantes) eodem, quo superiores, loco instruuntur (numm. ιδ', ιε', ιη', κ' et κβ' omnino effluxerunt, quaterniones ζ'-⟨κβ'⟩ nescio cur in ora quoque inf. media novissimae singulorum chartae aversae notis ⟨α'⟩-ις' signentur). Custodiae causa bifolium praemittitur, binio subsequitur nec non aliud bifolium (membran.), cuius altera charta, in longitudinem plus quam dimidiata, operculo posteriori interno glutine adhaerescit. Taeniola f. 1 rubro atramentoque, litterae autem initiales maiorisque moduli, opellarum inscriptiones atque subscriptiones, numerorum denique notae quibus singulae distinguuntur (summis oris singulorum folior. adpictae) rubro purpureove colore describuntur. Officinarum chartariar. insignia: [a] (ff. 2 + 3. 40 + 45 ... 47 + 54) bos (cf. Briquet, nrr. 2748-53), [b] (ff. 9 + 12. 7 + 14 ... 33 + 36 ... 175 + 182 ... 278 + 285) circuli duo linea transversa secti in cruculam desinente (cf. Br. nr. 3190), [c] (ff. 183 ... 211. 218 ... 229. 330. 405) alii duo circuli etc. etc., minoris tamen moduli (cf. ex. gr. Br. 3174), [d] (ff. 55 + 62 ... 143 + 150. 232 + 235 ... 256 + 259) trutina (cf. Br. nrr. 2364-67), [e] (ff. 216. 290-292. 294 ... 321) lilium (cf. ex. gr. Br. nr. 6751), [f] (f. 293) pirum cum duobus foliis (cf. ex. gr. Br. nr. 7347): quae signa, sed et chartae «crassae, rudis, fuscae» vel sola species codicem saec. XIV descriptum esse luculenter testantur (non autem XV, ut editores recentissimi autumave-

runt, Salvatorem Cyrillum nimirum secuti, Codices graeci mss. Regiae bibl. Borbonicae etc., II, Neapoli 1832, p. 463). Folia I-II. 349v-352v. 400v-401v. 406-410v vacua. Libri sectio summa externa ima flavo colore lita.

F. Iv plagula mm. 127 × 96 adglutinatur, qua in ⟨Fr. Ehrle⟩, Bybl. Vaticanae praefectus, notavit « Vatic. gr. 1676 è la / 2a parte del cod. Neapol. / gr. III. E. 28 ». F. IIv summo, manu saec. XV, adpingitur *platonicę questiones*, inferius, calamo ⟨L. Allatii⟩, *Plutarchi Opuscula quędam Moralia*; ib. possessionis nota *Liber Magnifici Viri / Vicentij Rustici*, sedulo abrasa, vix legitur (Vincentius Rusticus, Cincii Romani nepos, 30 nov. 1532 sepultus est in eccl. S.te Mariae super Minervam, cf. Ottob. lat. 2552, litt. R, pp. 460 sq.). Folii 1 in ora inf. inscriptio nuncupatoria *S.mo D(omi)no n(ost)ro Paulo V. / D. Constantinus Abbas Caietanus D. D. anno D((omi)ni 1619. / mense Octobris.*

Integumenti tabulae saec. XV tergore coloris castaneae signato contectae fibularum vestigia dumtaxat retinent, dorsum corio flavi coloris inferne refectum.

1677 et **1678**. Saec. XVI, chart., mm. 332 × 232, ff. 757 (= IX. 248 + IV. 520 *), linn. 30 et (ff. 512 sqq.) 32.

1 (ff. 1–715) catena in Psalmos (typ. III Karo-Lietzmann, Catenar. graecar. catal., pp. 25 sqq.), inc. mut. *νῦν αἰῶνος τὴν βασιλείαν ἐφύλαξαν* sub finem explanationis in ps. LIV (cf. Vat. gr. 1682, f. 221 lin. 15): cuius catena pars tomo priore, 1677 nimirum, contenta verbis absolvitur *οὐδενὸς ἡμῖν μεταδιδοὺς* in fine excerpti Θεοδώρου ad ps. LXXIII, cf. Vat. gr. 1683, f. 316v, lin. 12) Auctores nominantur: Apollinarius, Athanasius, Basilius, Cyrillus, Didymus, Diodorus, Eusebius, Gregorius Nyssenus, Gregorius Theologus, Hesychius, Iohannes Alexandrinus, Iohannes Chrysostomus, Origenes, Severus, Theodoretus, Theodorus, Theodotion, Theodotus.

2 (ff. 715v–752v) catenas in Odas. Auctores nominantur: Basilius, Cyrillus, Didymus, Eudoxius philos., Eusebius, Gregorius Nyssenus, Hippolytus, Iohannes Chrysostomus, Maximus, Nicolaus presb., Origenes, Severus, Theodoretus, Theodorus Heracleensis, Victor.

Emendationes atque subplementa cum inter lineas tum marginibus inseruntur, sive librariorum sive *διορθωτῶν* recentioris aevi saltem duorum manibus (cf. ex. gr. *a* ff. 5, 11v, 13v, *b* ff. 5, 7, 9r-v): hi tamen in cod. 1678

* Utrumque librum, folia initio atque in fine recentius addita fere omnia neclegens (i. e. in 1677 ff. I-IX. 247-248, in 1678 ff. I-IV. 517-520), una serie arabica manus XVIII saec. distinxit (animum, quaeso, adverte singulam chartam post 265, 382, 415, 421 et 460 numeri nota carere).

pauca tantum initio (cf. f. 248^{r-v}) marginibus adscripserunt, conplura autem in foliis additis (ff. 753-757) sub numm. 1-108 et ⟨10⟩9-⟨1⟩57 iidem procul dubio digesserunt (cf. Pitra, op. et loc. infra citt.), monentes in fine *conferito insino al centesimo trigesimo* (psalmo videl., cf. locum, quem ultima nota, ⟨1⟩57 nimirum, respicit, in explan. psalmi 129, f. 658^{v} lin. 8). Theodori fragmenta in catena Corderiana, quae dicitur, edita saepe notavit ⟨A. Mai⟩, singulis adponens illud *ed.*, minutissimo charactere exaratum (cf. ff. 3, 5^{r-v}, 6^{v} etc.), alius nescio quis, coaevus tamen (an Ioh. B. Pitra?), psalmorum non nullorum initio notas numerales sive plumbo sive graphitide rubri caeruleive coloris posuit.

Catena haece, tribus voluminibus olim constans (teste inscriptione operculo ant. externo utriusque codicis nostri adpicta, cf. in altero *Catenae aureae super Psalmis Vol. IIJ*), trium librariorum calamos prodit, quorum *a* (idem nimirum qui codd. Vatt. gr. 1555 et 1647, ff. 19^{v}-152, nec non Ross. 962 descripsit) ff. 1-511^{v}, alter 512-660 lin. 16. 668-670^{v}. 682-752^{v}, tertius 660 lin. 19-667^{v}. 671-681^{v} exaravit: folium autem 330 deperditum recentiori aevo (an saec. XVI ex.?) subpletum est (eadem manus in cod. 1683 folia 346 et, ex parte, 349 renovavit). Psalmorum inscriptiones, auctorum nomina, litterae interdum maioris moduli rubro colore vel purpureo. Officinarum chartariar. insignia duo frequentissime obcurrunt: [a] (cf. ex. gr. ff. 83, 96, 252-254) ancora circulo inserta, quem stella sex radior. supereminet (adced. ad nr. 492 ap. Briquet, qui tamen non nihil differt), [b] (ff. 85, 99, 247, 260 etc.) alia ancora id. id., minoris tamen moduli (cf. Br. nr. 480). Utriusque libri sectio summa, externa, ima flavo colore lita, in acie inf. notatur litt. quadratis: *comment. in Psalm.*

Codex 1677, praeter quinionem initio, bifolium in fine custodiam propter conpacta (illius prima charta operculo ant. interno adhaerescit), fasciculos conplectitur 25, quiniones omnes, ultimo tantum excepto, ternione, eosque duplici subputatione insignitos, graeca scil. ipsius librarii manu in marg. inf. dextro primae singulor. paginae (folia insuper 2-5 uniuscuiusque fasciculi notis II-IIIII distinguuntur), arabicis autem numeris a viro coaevo paullove recentiore in angulo sup. externo primae singulorum paginae: quae altera numerorum series alterius quoque codicis fasciculos conplectitur (*26-77*). Ff. 1-2, lacerata udoreque tacta, tessellis chart. superinductis parum decore nescio quis resarsit. Chartae I-VIII^{v}. 247-248^{v} scriptione vacant.

F. IX^{v} superne legitur *Catena aurea sup(er) Psalmos / quaterni* xxv / *A Psalmo LV. usque ad LXXIII.*, manu saec. XVII-XVIII. Folii 1 in marg. summo *qui⟨n⟩ternj .66. Scome⟨n⟩za da psalmo* νε. *et finise In psalmo* ρκδ, quae verba codicem tunc temporis non ultra f. 651^{v} transcriptum esse testantur. Ib. possessionis nota *Jo. Matthaej Giberti ep(iscop)i Veron(ensis)* (1524-43), nescio an ipsius Giberti manu, certissime autem eiusdem viri qui titulos supra memm. operculis anterioribus externis utriusque tomi adpinxit.

Cod. 1678, praeter binionem pro custodia initio conpactum (cuius prima charta operculo ant. int. glutine adhaeret) nec non folia quattuor ista de causa in fine adglutinata, fasciculis constat 23, quinionibus uti plurimum (43 et 45 terniones, 44 quaternio, senio novissimus, cuius ultimum folium absque textus lacuna excisum est). Qui fasciculi

ad folia usque 502-511, in parte scil. a primo librario descripta, omnino ut in cod. superiore subputantur (α'-κζ'), in ⟨28⟩ et ⟨29⟩ folia dum taxat (1-5) numeris arabicis muniuntur, reliquorum primae paginae numeris arabicis in marg. inf. dextro (1-23), paginae autem 2-5 notis romanis II-IIII, ut in cod. 1677, signantur (hae tamen propter margines externos valde resectos non nisi inde a f. 603 discerni queunt). Folio IV, paullo minoris moduli, eadem profecto manus (an Giberti?), quam supra laudavimus, inscripsit: *incipit a parte quadam reliqua expositionis in psalmu(m) / septuagesimu(m) tertium. et usq(ue) in fine(m) psalmor(um) omniu(m) progredit(ur)*. F. 1 (247) summo possessionis nota ut in cod. praeced.

Utrumque codicem paucis laudaverunt A. Mai, Nova Patrum Bibliotheca III, 1, p. IX (sub siglo H) et Ioh. B. Pitra, Analecta sacra etc. II, pp. 406 sq., summatim descripsit A. Rahlfs, *Verzeichnis d. griech. Hss. des A. T.*, p. 265.

Integumenta simplici membrana obducta tessellas corii rubri cum libri numeris saec. XVII auro inpressis ferunt in summo dorso; ligaminum non nisi reliquiae supersunt.

1679. Saec. XII, membran., mm. 326 × 238, ff. I. 341, coll. 2, linn. 28.

menologium metaphrasticum octobris, quod praecedit (ff. 1-2) *πιναξ ἀκριβὴς τῆς γραφῆς τοῦ βιβλίου*: [1] (ff. 3-6v) passio s. Ananiae ap. (BHG. 76) (1 oct.), [2] (ff. 7-25v) passio ss. Cypriani et Iustinae (BHG. 456), doxol. ut in codd. BCDF (P. G. 115, 881 sq., n. 26) (2), [3] (ff. 25v-36v) passio s. Dionysii Areopagitae (BHG. 555) (3), [4] (ff. 36v-40v) passio s. Charitines (BHG. 300) (4), [5] (ff. 40v-48v) passio s. Thomae ap. (BHG. 1835) (6), [6] (ff. 48v-65) passio ss. Sergii et Bacchi (BHG. 1625) (7), [7] (ff. 65-72) vita s. Pelagiae Antiochenae (BHG. 1479) (8), [8] (ff. 72v-80) passio ss. Eulampii et Eulampiae (BHG. 617) (10), [9] (ff. 80v-89) passio ss. Probi, Tarachi et Andronici (BHG. 1575) (12), [10] (ff. 89-103) passio ss. Carpi, Papyli et socior. (BHG. 295) (13), [11] (ff. 103-110v) passio ss. Nazarii, Gervasii, Protasii et Celsi (BHG. 1324) (14), [12] (ff. 110v-122) passio s. Luciani (BHG. 997) (15), [13] (ff. 122-130) passio s. Longini centurionis, *τοῦ ἐν τῷ σταυρῷ τοῦ κυρίου* add. cod. (BHG. 989) (16) *, [14] (ff. 130-137) commentarius in s. Lucam (BHG. 991), doxol. longior edita (18), [15] (ff. 137v-149) passio ss. Vari et socior. (BHG. 1863) (19), [16] (ff. 149v-160) passio s. Andreae in Crisi (BHG. 112) (eadem die), [17] (ff. 160-194) passio s. Artemii (BHG. 172) (20), [18] (ff. 194-223v) vita s. Hilarionis (BHG.

---

* Summo f. 130 notatur manu recentiori: ζήτ(ει) εμπρόσθεν (σθ conr. sup. lin. in στ) λόγ. ις', passionem scil. s. Andreae in Crisi (ff. 149v-160), quae in codice diei 19 octobris adsignantur. An quod adnotatoris in patria vel in monasterio s. Andreas die 17 eiusdem mensis, ut passim, colebatur? Cf. f. 149v, ipsius manu, λόγ. ις' et paullo superius ... [ι]ζ'.

755) (21), [19] (ff. 224–248v) vita s. Abercii ep. Hierapolitani (BHG. 4) (22), [20] (ff. 248v–259) commentarius in s. Iacobum ap. et fratrem Domini (BHG. 764) (23) [21] (ff. 259–285) passio s. Arethae et socior. (BHG. 167) (24), [22] (ff. 285v–287v) passio ss. Marciani et Martyrii (BHG. 1029) (25), [23] (ff. 288–297v) passio s. Demetrii (BHG. 498) (26), [24] (ff. 297v–306v) passio s. Anastasiae Romanae (BHG. 77) (28), [25] (ff. 307-329v) vita s. Abrahamii (BHG. 8) (29), [26] (ff. 329v–335v) passio ss. Zenobii et Zenobiae (BHG. 1885) (30), [27] (ff. 336-340) passio s. Epimachi (BHG. 594) (31).

F. I et 341 (quae inverte!), e missali saec. X-XI in Italia media, ut videtur, carolina scriptura, quae dicitur, exarato decerpta nostroque libro custodiam propter adsuta, continent: (f. Ir-v) missam in vigilia s. Andreae ap. (29 nov.), inc. mut. *caput iusti. ideo dedit illi hereditatem* (cf. Eccli. XLIV, 26), abrump. in vv. *beato Saturnino martyre tuo. per eadem nos pla|catus* (in secreta pro s. Saturnino, eodem die culto); (f. 341v-r) missas in vigilia et in festo conplurium apostolorum, inc. mut. *qui etiam proprio filio suo non pepercit* (Rom. VIII, 32), des. *Domine probasti me. Oratio* (in fine introitus ipsius diei festi). Missale hocce duobus laterculis 31 linear. descriptum est, marginibus tamen decurtatis umoreque conruptis (v. infra), summa vel summae lineae unius cuiusque laterculi effluxerunt.

Liber, ab una eademque manu flavo descriptus liquore, fasciculos 43 (praeter bifolium initio positum) conplectitur, quaterniones omnes, ultimo dum taxat excepto, ternione, quorum in 5 folium sextum, in 13, 23, 32 folium tertium, nullo *τοῦ κειμένου* detrimento, excisum: qui fasciculi graeca serie angulo inf. externo primae singulor. paginae ab ipso librario iniecta distinguebantur, oris tamen (infernis potissimum) aqua vitiatis muriumque insuper, ut videtur, rabiei obnoxiis, notae paucae dum taxat superant, *δ'* nimirum (f. 27) nec non *λα* et *λγ'* (err. pro *λβ'* et *λδ'*, ff. 248 ... 253). Tituli litteraeque maioris moduli nec non illa *μη(νὶ) ὀκτωβρίω α', β'* etc., summis paginis unciali charactere inscripta, auro exarantur (in pinace titulus, notabilia, litterae maiores rubra), passionum autem litteras initiales plerasque omnes sanctorum imagunculae auro variisque coloribus adfabre depictae exprimunt, inscriptionibus *πύλη* (f. 3) taeniolaeve eadem ratione adornatae inponuntur (f. 103 icunculae taeniola includuntur, alibi litterae initiali vel taeniolae insistunt, cf. ff. 149v et 259). Titulos rubricatori scriba indicavit in margine sup. paginarum (cf. ff. 6v, 65, 122 etc.), litteras grandioris moduli in margg. externis (cf. ex. gr. ff. 182 sqq.). Folia non nulla acia et acu consuta (cf. ff. 205, 220, 237 etc.).

Folii 1 in ora summa notatur *n.° 7* (ibid. *μη(νι) οκτοβρίω*, m. saec. XIV-XV?), in ima vero *H*, notae scil. Cryptenses (cf. f. 3 summo *τοῦτο τὸ βιβλίον ἦν τῆς μονῆς* |*τῆς Κρυπτωφέρρης*: ibid. nota *n.° 7* iteratur). Folio 2 (cuius pars dextera fere tota est abscissa) inscribitur superne + *μη(νὶ) ὀκτ(ωβ)ρ(ίῳ) (κε' μνήμη τῶν αγ(ίων) νοτ(α)ρ(ίων) Μαρκιαν(οῦ) καὶ*

Μαρτ(υ)ρ(ί)ου add. sup. lin.) *ἰνδικτιῶν(ος) ιγ΄· ημέρ(ᾳ) γ΄· ὥρ(ᾳ) ὡσεὶ / ἑβδόμη· ἐχού(σης) τῆς (σελήνης) πέντ(ε) (κύκλους) (δίμιρον, δίμοιρον* scil., sed expunctum), *ἐ/γεννήθ(η) ὁ δοῦλ(ος) τοῦ θ(εο)ῦ Ἰωά(ννης), βασι/λεύοντος Ἀλεξίου καὶ Εἰρήνης ἔτει / ,ςχιγ΄* (= 1104). Ibid. in pag. inf. sinistra + *μνησθ(η)τ(ι) κ(ύρι)ε τοῦ ἁμαρτ(ω)λ(οῦ) δοῦλου· Ἰω(άννου), τοῦ / Παναρέτου· καὶ σὺνχώρ(ησον) αὐτῶ ὅσα ἥ/μαρτον ἐν τ(ῷ) ματαῖω καὶ πρόσκέρω τούτ(ῳ) / βίω, ἐν γνῶ(σει) τὲ καὶ ἀγνύα· ὡς φιλάνθρ(ωπος) / καὶ οἰκτίρμ(ων) θ(εὸ)ς ἡμῶν καὶ κειδώμ(εν)ος / τῆς αἰώνίου σωτηρίας τῶν χριστιαν(ῶν)· διὸ καὶ / ὁ· ἐντυγχάν(ων) τῆ παρού(σῃ) τἀπεινή μ(ου) γρα(φῇ)· ἅτε καὶ / αυτὸς χριστιαν(ὸς) ὃν καὶ φοβούμ(ε)ν(ος) τὸν θ(εό)ν καὶ πε(ρὶ)/κείμ(ε)ν(ος) σάρκ(α) ὁμοιωπαθ(ῆ), ἐπὶλεγέτω τὸ, ὁ θ(εὸ)ς / σώση καὶ σὺνχωρ(ήσῃ) αὐτ(ῷ) εἰς ἃ εἴμαρτ(εν)· ἐν γνῶ(σει) / καὶ ἀγνοία ἐνώπ(ιον) τοῦ θ(εο)ῦ· ἵνα κακεῖν(ος) τὰ ὅμ(οια?) / σχει· ἐν τ(ῇ) βα(σιλείᾳ) τῶν οὐρανῶν, ἀμήν.* F. 2ᵛ nescio quis XVII saec. notavit ***Metaphrastes de vi*** (litteris maiusc.) ***tis / SAnctor Mensis Octobris / eloquentiss(im)us Auctor, atq(ue) Vtinam / typis excuderetur.*** F. 349ʳ⁻ᵛ aliam precationem Iohannis Panareti mox laud. leges (cuius scriptura, saeculo XIV tribuenda, omnino differt a possessionis nota quam alius vir eiusdem nominis f. 403ᵛ libri Urb. gr. 123 — non Vat. gr. 101, ut perperam habent Vogel-Gardthausen, ***Die griechischen Schreiber*** etc., p. 184 — saec. XV iniecit): + *ἐλέ(ησον) κ(ύρι)ε· οἴκτηρον δέσποτα· σὺνπαθ(ησον) / φιλάνθροπ(ε)· διά τ(ῶν) πρεσβιῶν τῆς ἀει/παρθ(έ)ν(ου) θ(εοτό)κου καὶ ἀχράντ(ως) τεκούσης σε· / τῶν ἄνω ἁγίων νοὲρῶν καὶ ἐπουρανίων / δυνάμ(εων)· προφητ(ῶν)· ἀπὸστόλ(ων)· μαρτύρων· / ἱέραρχ(ῶν)· ὁσίων· δικαί(ων), καὶ λοιπ(ῶν) πάντ(ων) / ἁγίων τῶν ἀπαιῶνος εὐἀρεστησάντ(ων) τὴν / σὴν ἄπειρον ἀγαθώτ(η)τ(α), Ἰωάννην ἁμαρτ(ω)λ(ὸν)· / τῇ ἐπονυμ(ίᾳ) μὲν Πανάρετ(ον)· ἀρετὴν δὲ ἀγαθ(ὴν) / μὴδεμίαν κεκτημ(έν)ον συνόλ(ως)· ὡς σοῦ μό(νου) / φιλάνθροπ(ε) κ(ύρι)ε λέγο(ντος)· τὸ, οὐκ ἦλθ(ον) κα(λέσαι) δικαί(ους) / ἀλλὰ [ἁ]μαρτολοὺς εἰς μετάνοιαν* (Mt. IX, 13)· *καὶ* / (f. 340ᵛ) *τὸ, δεῦται πόντες οἱ κοπιῶνταις καὶ πεφορτησμ(έν)οι κἀγὼ ἀ/ναπαῦσω ὑμας* (Mt. XI, 28). *μὴ οὖν μνησθ(ῇς) ἀνωμιῶν μου ἀρχ(αίων) εὐδιάλ(α)κτ(ε) / κύριε· ἀλλ' ἔπειδε καὶ ἐπὶ τοῖς κ(α)τὰ σάρκ(α) περιλημπανομ(έ)ν(οις) μου / συγγε(νέσι) καὶ διέξέγα(γ)ε αὐτοῖς* (sic) *τ(οῦ) παρόντος βιωτ(ι)κ(οῦ) κινδ(ύ)ν(ου)· ἐν ἠρίνε* (sic, l. *εἰρήνῃ*) / *αγά(π)η· ὁμωνοία·* .... *των εν πλουσίων σου δω/ρεὼν· καὶ ἀνὰμαρτησία εὐάρέστος διέλθ(εὶν) τὸ πέρας / τῆς παρού(σης) αὐτῆς ζωῆς· ὡσὰν κἂν τούτο δοξασθ(ῇ) τὸ μέγας σον / ὄνωμα νῦν καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας· καὶ σὺ οὖν ὁ ἀναγινώσκ(ων) / τεῖν παροῦ(σαν) δέλτ(ον)* .... *λέγειν τὸ. ὁ θ(εὸ)ς σώση καὶ συν/χωρ(ήσῃ) τὴν ἁμαρτ(ω)λ(ὴν) ψ[υχ]ήτζαν ἐμοῦ· τοῦ ἁμαρτολοῦ Ἰω(άννου), τὴν / ὁμοίαν* .... *νῦν τε καί εἰς τοὺς ἀ/τελευτήτ(ους) [αἰ]ῶνας ἀμήν* (non nulla propter evanidum atramentum legi nequeunt).

De codice, quem descripserunt Hagiogr. Bollandiani, Catalogus codd. hagiogr. graec. Bibl. Vaticanae, pp. 165-67, pauca insuper leges ap. Batiffol, *La Vaticane depuis Paul III*, in *Revue des questions historiques* XLV (1889), pp. 209 n. 3, 212 et 213; A. Rocchi, De coenobio Cryptoferratensi eiusque bibliotheca etc., Tusculi 1893, pp. 270, 272, 278 (ubi perperam a. 1106 tribuitur) et 305; A. Ehrhard, *Ueberlieferung u. Bestand d. hagiogr. u. homilet. Lit. d. griech. Kirche*, in *Texte u. Untersuch. z. Gesch. d. altchristl. Lit. ... hrsgg. v. E. Klostermann u. W. Eltester*, 4 R., VI B., Leipzig 1938, p. 377.

Integumenti tabulae, corio subflavo signato vestitae scutaque Gregorii XV P. M. (tab. ant.) et Scipionis Cobelluzzi card. bybl. ab a. 1618 ad a. 1626 (tab. post.) prae se ferentes, fibularum non nisi vestigia servant.

1680. Saec. X-XI, membran., mm. 405 × 273, ff. I. 440 (I et 440 chart.), coll. 2, linn. 31.

s. **Iohannis Chrysostomi** homiliae in Mattheum: [1] (ff. 2–12v) homilia 1 (P. G. 57, 13–24), doxol. ab ed. diversa, [2] (ff. 12v–21v) homilia 2 (ib. 23–32), [3] (ff. 21v–29v) homilia 3 (ib. 31–40), doxol. longior edita, [4] (ff. 29v–45v) homilia 4 (ib. 39-54), [5] (ff. 45v–53) homilia 5 (ib. 55–62), doxol. ab edita diversa, [6] (ff. 53-64v) homilia 6 (ib. 61–72), doxol. longior edita, [7] (ff. 65–75) homilia 7 (ib. 73–82), doxol. longior edita (f. 73v imo notatur litt. uncial. parvis *ἐκ τούτου δείκνυται· ὅτι ἐν Ἀντιοχεία ὢν ὁ πατηρ, τοὺς λόγους τούτους εἶπε πρεσβύτερος ὤν*), [8] (ff. 75–82v) homilia 8 (ib. 81–90–176), doxol. longior edita, [9] (ff. 82v–92) homilia 9 (ib. 89–175-184), doxol. brevior edita, [10] (ff. 92–101v) homilia 10 (ib. 183–192), [11] (ff. 101v–113) homilia 11 (ib. 191-202), [12] (ff. 113-120v) homilia 12 (ib. 201–208), [13] (ff. 120v-131v) homilia 13 (ib. 207–218), [14] (ff. 131v–138) homilia 14 (ib. 217–222), [15] (ff. 138–157) homilia 15 (ib. 223–238), [16] (ff. 157–176v) homilia 16 (ib. 237-254), [17] (ff. 176v–188) homilia 17 (ib. 255–266), [18] (ff. 188–198v) homilia 18 (ib. 265–274), doxol. brevior edita, [19] (ff. 198v-213v) homilia 19 (ib. 273–286), [20] (ff. 213v–223) homilia 20 (ib. 285–294), [21] (ff. 223v-229v) homilia 21 (ib. 293-300), [22] (ff. 229v–239) homilia 22 (ib. 299–308), [23] (ff. 239v-255) homilia 23 (ib. 307- 320), [24] (ff. 255 -262v) homilia 24 (ib. 321- 328), [25] (ff. 262v–270) homilia 25 (ib. 327–334), doxol. brevior edita, [26] (ff. 270–283) homilia 26 (ib. 333-344), doxol. longior edita, [27] (ff. 283–290v) homilia 27 (ib. 343-350), [28] (ff. 291-300) homilia 28 (ib. 349-358), [29] (ff. 300-305) homilia 29 (ib. 357- 362), doxol. longior edita, [30] (ff. 305–315) homilia 30 (ib. 361- 370), doxol. longior edita, [31] (ff. 315-323v) homilia 31 (ib. 369-376), doxol. longior edita, [32] (ff. 323v-337v) homilia 32 (ib. 377- 388), doxol. longior edita, [33] (ff. 337v–349v) homilia 33 (ib. 387–398), doxol. longior edita, [34] (ff. 350-358) homilia 34 (ib. 397–404), [35] (ff. 358-368v) homilia 35 (ib. 405-412), doxol. longior edita, [36] (ff. 368v- 375v) homilia 36 (ib. 413–420), [37] (ff. 375v- 387) homilia 37 (ib. 419–428), [38] (ff. 387v- 394) homilia 38 (ib. 427–434), [39] (ff. 394-399v) homilia 39 (ib. 433–438), [40] (ff. 399v- 407) homilia 40 (ib. 439–446), [41] (ff. 407v-414v) homilia 41 (ib. 445–452), [42] (ff. 414v–421) homilia 42 (ib. 451- 456), [33] (ff. 421- 430v) homilia 43 (ib. 455- 464), doxol. brevior edita, [44] (ff. 430v–439v) homilia 44 (ib. 463-472), doxol. longior edita. In fine *τοῦ ἐν αγίοις πατρος ἡμῶν Ιωαννου τοῦ Χρ. ἑρμηνεία εἰς τὸ κατα Ματθαῖον εὐαγγέλιον, βιβλίον α'· περιέχων λόγους μδ'.*

Praecedit (f. 1–1v) *ἠθικῶν* 44 (unum pro una quaque homilia, *μβ'* tan-

tum ab ed. discrepat, singula suo quoque loco marginibus adpinguntur) pinax ob folium post 1 deperditum mutilus, abrump. in vv. *εἰ γὰρ μὴ τοῦτο ἦν, πολλὰ* | in *ἠθικῶι λδʹ* (cf. P. G., vol. laud., 403–404 n. 35–36).

Verba pauca inter scribendum omissa plerumque librarius, admodum raro nescio quis recentior, in oris subplevit (cf. ff. 21, 44 etc.; 100v–101); *σφαλμάτων* medelae (ff. 80, 179v, 201v etc.), notulae lemmatave (ff. 117, 137v, 294), illa *ση., ὡρ.* (cf. f. 298 *σημ. φο(βερὸν) υπ., ὑπόδειγμα* scil.), scribae pariter manu, marginibus iniciuntur.

Ab una eademque manu subflavo liquore, scriptione autem expedita elegantique, dextrorsum tamen plus quam mediocriter inclinata exaratus, quaterniones 55 conplectitur (praeter bifolium initio positum, cuius alterum folium excidit, v. supra: ultimi, cave insuper, fasciculi ff. 7–8, vacua nimirum, in alios usus abscissa sunt); quos fasciculos in angulo sup. ext. primae singulorum paginae librario ab ipso graece subputatos invenies (oris bybliopegi cultro incaute resectis mucoreve conruptis notae non nullae, *α-δʹ. ηʹ. ιεʹ. μθʹ. ναʹ-νδʹ* scil., vel totae vel ex parte effluxerunt). Custodiae, insuper, causa bifolium chartaceum utrimque conpactum, prioris tamen charta prior, alterius altera operculo interno adhaerescit. Litterae initiales simplici admodum cultu delineatae, litterae grandiores magnitudine tantum a reliquis distinguuntur, S. Scripturae verba homiliarum initio adlata, *τὰ ἠθικὰ* nec non illa *ὁμιλία αʹ, βʹ* etc. marginibus adpicta charactere unciali parvo, qui dicitur, exarantur. Folior. non nullorum margines externi turpiter excisi praeter *τοῦ κειμένου* detrimentum (ff. 16, 65, 81, 126 et 295), aliorum orae refectae litteraeque paucae deperditae a nescio quo, scriba tamen paullo recentiore, subpletae (cf. ff. 254v–257v). Liber, superne praesertim, umore maculatus, initio folia non nulla mures adroserunt. Chartae Ir-v, 440r-v scriptionis expertes.

